Post seruitiorum meorum commendationem gratiam et pacem a Deo, patre domini nostri Jesu Christi uobis exopto, optimi et prudentissimi uiri, domini obseruandi. Adest nunc tempus, quo collaboratoribus ordinarium pro isto quadrante anni stipendium numerandum est. Quare oro E. D. V., si uobis tantum in aerario est pecuniae, ut mihi transmittatis, quo illis satisfacere possim, Paulo Hordlero 4 florenorum et adstantibus (ut uulgo uocant) 3 florenorum. Illud etiam ab E. D. V. maiorem in modum etiam atque etiam peto, ut mei rationem habere uelitis, quod ad sumptus mihi restituendus attinet, ac diligentius ea de re inquirere, tunc procul omni dubio ea, quae proxime uobis dixi, uerissima esse comperietis, nimirum optimum et prudentissimum senatum praeter ordinarium stipendium etiam se sumptus mihi redditurum significasse, et promisisse. Certe Hadrianus, quem optimus et prudentissimus senatus Vitebergam misit, eadem, quae tunc Vitebergae dixit, etiam nunc dicit, uidelicet optimum et prudentissimum senatum sumptus mihi restituturum. Venerabilis et pius dominus parrochus una cum concionatore mihi testabuntur optimum et prudentissimum senatum illa die Veneris, qua me coram suscepit, cum de sumptibus a me compellaretur, statim de summa interrogasse seque mihi ad sequentem septimanam redditurum significasse. Egregius et prudens uir, dominus Bernhardus Henckel sese eiusdem memorem esse ostendit. Nec dubito optimos et prudentissimos uiros, dominum Martinum Siglerum, dominum Joannem Bresler, dominum Joannem Kraus, dominum Erasmum Windeck, dominum Danielem et alios prudentes uiros, qui tum temporis in senatu fuerunt, eiusdem facile recordaturos, si admoniti fuerint. Quin hoc ipso anno optimo et prudentissimo senatui idem saepe in memoriam reuolaui, qui semper iussit, ut commodius tempus expectarem, donec plus afferretur. Illud tamen mihi aliquoties obiectum esse non ignoro me a priori iudice (piae memoriae) exigere debuisse. Ad quod ego semper respondi et respondeo id quidem factum a me, sed cum mihi significasset sese ad nundinas Cralouienses, quae circa festum Michaelis superioris anni celebratae sint, domino Trotzendorffio 12 thaleros, quos mihi ad sumptus mutuo dedisset, missurum, reliquos me semper ab optimo et prudentissimo senatu petere posse, facile eius uerbis acquieui, ac domino Trotzendorffio iuxta judicis petitionem nomine uniuersi senatus pro exhibita illa beneuolentia gratias egi. Neque postea amplius compellaui, nec compellassem, nisi a domino Trotzendorffio admonitus fuissem. Nescio enim, quid obstiterit, quo minus illa pecunia tunc missa fuerit. Sed nolo esse prolixior, non enim dubito senatum mihi sumptus illos, videlicet 16 florenorum, restituturum, et proximam dilatationem non sine singulari consilio factam esse. Impossibile enim est mihi et cuiuis alij propter 40 florenorum tam longum et periculosum iter suscipere, cum in itinere (praesertim si anno elapso iterum discedendum esset) tantum insumere cogeremur, inde autem nobis uestes, libros et alia apprime necessaria compararemus. Si de nostra, aut parentum et amicorum nostrorum sumptibus uiuendum esset, profecto multo commodius illud in academia aliqua faceremus, ubi indies aliquid addisceremus, neque ullis curis aut molestijs uexaremur. Bene ualeat E. D. V., ac me meosque iuuent ac tueantur, cum

absque uestra tutela scholam recte gubernare non possimus. Datae ex museo nostro 16. Decembris Anno 1551.

Vestrae prudentissimae deditissimus
et obsequentissimus magister
Beniamin Lybschwitz

Címzés: Optimis ac prudentissimis uiris, Judici ac senatoribus Inclytae urbis Leutschouiae, dominis et fautoribus suis obseruandis.

9/1

14.

Anton Platner a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Goldberg, 1552. november 19.

Több panaszos levelet írt már a tanácsnak, viszont rájuk választ még mindig nem kapott. Nem gondolták, hogy ilyen sokáig kell majd Goldbergben maradniuk, s hogy itt ennyi nehézséggel kell megbírkózniuk. Az eddig eltelt három év alatt a sok nélkülözés nagyban hátráltatta őket a tanulásban. Még a papírt is, melyre levelét írja, csak kölcsönbe bírja. Kéri, hogy személyesen nekik küldjék a pénzt, ne tanáruknak, aki amúgy se szereti, ha hitelezőik őt ostromolják, különösen, ha a rábízott pénz már elfogyott. Pünkösd után vasárnap megkapták a tanács által küldött 28 tallért. Ebből 4-et tanáruk megtartott, 2-t a mosónőnek, a többit pedig szállásadójuknak kellett adniuk. Ez utóbbi, mivel még így is adósai maradtak, felkereste tanárukat, s kérte, hogy az adjon neki a sajátjából kölcsön, s ha Lőcséről megérkezik az újabb ösztöndíj, abból a megfelelő összeget fogja ki magának. Tanáruk az ajánlatot visszautasította, ahogy nekik sem ad egyelőre kölcsön, mert állítása szerint nagyok a kintlevőségei. Nem tudja, társa mért nem ír ezekről a dolgokról pártfogóinak, mikor ő is megtehetné.

S. P. D. Complures iam ad vos dedi literas, Dominj et Patronj Ornatissimj, in quibus satis (vt mihi videtur) vobis statum rerum nostrarum, qui fuit, atque etiamnum est miserrimus, indicauj. Simulque a vobis petij, vt has miserias et molestias nobis liberalitate vestra aliquantulum mitigaretis. Quod nondum votj mej compos factus sum, valde doleo. Istius autem rej nullam aljam reor causam, quam tabellariorum perfidiam et negligentiam, qui literas sibi commendatas negligenter solent reddere. Nequaquam enim mihi persuadere possum, cum sciam vos promissionum vestrarum esse seruantissimos, nos in tantum a vobis neglectos fuisse, si literarum mearum, quas ad vos dedi, saltem aliquas accepissetis, atque inde, quid nobiscum ageretur, percepissetis. Nunc vero vos humiliter oro atque obsecro, vt tandem iuxta promissa vestra nostrj meminisse, et nos vobis maiorj curae esse, nostrisque studijs aliquanto melius, quam hactenus, consulere digneminj. Non credo nos a vobis in hanc terram ideo esse missos, vt hic perpetuis miserijs maceraremur, sed potius, vt vestra beneficentia adiutj sine difficultate et molestijs in studia honesta incumbere, et olim vobis totique patriae (quantum nobis Deus gratiae concesserit) seruire et honorj esse possemus. Hunc ego arbitror finem nostrae ablegationis. Quid vero obstat, quo minus ita fiat?

Doleo profecto, et mihi ipse succenseo, quod non dudum ad vos de istis rebus scripserim, quod quidem fecissem, si sperassem nos tam longum tempus hic mansuros, istasque miserias tamdiu duraturas. Sed tamen ad huc tempus est, Dominj Ornatissimj, si vobis (quod spero) libet, vt nos ab his miserijs liberetis, nostraque studia iuuetis et promoueatis. Hoc triennio, quo multum proficere debebamus (fateor cum dolore) studia nostra non mediocriter impedita sunt, propterea, quod nobis res ad ea necessariae, etiam minimae quaeque, de quibus me pudet scribere, defuerunt. Haec etiam charta, quam iam in manibus habetis, est mutuantja, non tantae facultatis eram, vt mihi propriam chartam emerem, sed mihi ab amicis mutuo sumenda erat. Cogitate, quaeso, quo animo studia nostra colere, aut quid ista ratione proficere debeamus. Praeterea, cum (vt scitis) iamdudum ex ephebis excesserimus, iamque per aetatem ipsi, quid nobis ex vsu sit, intelligere possimus, a vobis etiam atque etiam peto atque contendo, vt nobis quoque aliquid prae manibus detis, vt nosmet ipsi nobis necessarja comparemus, ne opus sit nos domino praeceptorj esse molestos. Quam sit enim illi grata haec dispensatio, intelligere licet ex his verbis, quae soepe solet repetere: Ich wolt schier gerne midt der farberey zu fryeden sein. In primis vero aegre fert, si nostra causa eum creditores monent, et pecuniam postulant (id quod soepe fit), cum illi nulla in promptu est. Soepe etiam solet quaerere, quid causae sit, quod tam tarde tamque parce nobis sumptus mittantur. Dominica trinitatis a vobis accepimus 28 taleros (pro quibus vobis ingentes ago gratias). Illos vero illico nos expendere necesse fuit. Dominus praeceptor 4 taleros retinuit, lotricj vero 2 dedimus. Reliquam partem hospiti pro victu, sed tamen adhuc restabat debitum aliquot talerorum. Ab illo tempore nihil prorsus illi dare potuimus, cum tamen soepe nos monuerit. Petijt hospes a domino praeceptore, vt interim sibi daret mutuo aliquot taleros, deinde, cum nobis missa fuerit, reciperet, hic se totum pecunia exunctum esse dixit. Nobis etiam soepe petentibus ne teruncium quidem dedit, causam praetendens ciues sibi esse in nominibus. Promisit vero se nobis mutuo daturum, cum illj soluerint. Interim nos male stamus, atque hac conditione non possumus scire, vnde pendeamus. A vobis nullam pecuniam expectare debemus, siquidem domino praeceptorj mittere soletis, ab illo nihil impetrare possumus, quandoquidem etiam raro aliquid habet. Interea a nobis creditores rigide debitum exigunt, atque sic fit, vt praeter miserias et molestias alias etiam dedecus et infamia nos sit secutura. Quanto enim honorj cum nobis, tum vobis sit, quod tam diu illis non satisfacimus, vos iudicate. Jam quoque vestibus aduersus hyemem prorsus destituemur, nisi vos pro vestra liberalitate et beneficentia consuleritis. Bene valete.

Mirabiminj fortassis, quid sit, quod ego ita querar de statu nostro, cum tamen alter, ad quem magis attinebat scribere, taceat, atque haec ficta atque falsa arbitraminj, sed in rej veritate ita est, vt vobis scripsi, neque etiam satis miserendum nostrum statum describere possum. Scio ego, quam soleat priuatim quotidie (si non singulis horis atque momento) fortunam nostram deplorare. Quae vero sit causa, quod nihil scribat, non possum dicere. Sciuit et vidit me ad

vos scribere, tamen vsque abstinuit. Iterum in Christo valete, et me vna cũm meis omnibus commendatos habeatis. Goltpergae 19. Nouembris. Anno 1552.

Vestrum amantissimus Antonius Platner

Címzés: Ornatissimis viris, Prudentia et virtute praestantibus, Domino Judicj et Senatoribus Reipublicae Leutschouiensis, Dominis et Patronis summa semper pietate colendis

6/6

15.

Valentin Trotzendorf a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Goldberg, 1552. december 16.

Saját véleménye Paul Kramer és Anton Platner tanulmányait illetően egyezik a tanács véleményével, melyet az magának a két diák leveleiből formált. Ezt a tanácstól kapott levélből tudja. Anton a tehetségesebb, ezért a tanács határozatának értelmében Paul következő tavasszal visszatér hazájába, hogy iskolai szolgálatba álljon. Anton viszont itt marad mindaddig, amíg Wittenbergben és Frankfurtban meg nem szűnik a pestisjárvány, ami már Lipcsében is kezdi felütni a fejét. Addig itt is folytathatja tanulmányait. Az ez év áldozócsütörtöke után küldött 40 tallérból elvette azt a tizenkettőt, amit Benjamin Lybschwitznek adott kölcsön még akkor, mikor az hazájába visszaindult. A többit a két diák élelmezésére fordította. Advent környékén Bartholomäus Hornig által Boroszlóból 50 tallért kapott szállásuk költségeinek kiegyenlítésére, illetve ruhák és más szükséges dolgok beszerzésére.

S. D. Clarissimi viri, iuditium uestrum de studijs duorum adolescentum, Pauli Kromer et Antonij Plateneri, quod ex eorum scriptis fecistis, ex literis vestris intellexi, quod uestrum iuditium cum meo etiam congruit. Vterque quidem diligentiam in discendo iustam prestitit, sed ingenium in Antonio foelicius, in Paulo vero tardius est.

Itaque in progressu studiorum ab Antonio longe superatur Paulus, igitur iuxta decretum uestrum proximo vere ineunte ad vos remeabit, vt in scholis instituenda iuuentute seruiat patriae et reipublicae. Antonio vero hic erit commorandum aliquantisper, donec in academiam tutum fiat iter. Nam hoc tempore pestis grassatur Vitenbergae, Francofordiae, et Lipsiae quoque semina illius sunt, et malum paulatim serpit. Habebit vero hic interea, in quibus studia sua vtiliter exercere poterit.

De 40 taleris, qui sub dies Rogationum huius anni uertentis missi sunt, detraxi 12 taleros, quos magistro Benjamin Luschwitz mutuo dedi ad vos proficiscenti, reliquam partem pro victu adolescentum solui. Jam vero circa Aduentum Domini per Bartholomeum Hornig ex Vratislauia missi sunt 50 taleri ad soluenda debita in diuersorio, et vestes aliaque necessaria emenda. Valete. Deus vos

cum ecclesia et republica vestra seruet, et ab omni periculo custodiat et defendat. Amen. Datum Goltpergae, 16. Decembris Anno Christi 1552.

Valentinus Trozendorff

Címzés: Ornatissimis Viris, Judici et Senatoribus Vrbis Leuchouiensis, dominis et fautoribus singulariter colendis

A tanács megjegyzése: de duobus adolescentibus <...>

4/4

16.

Valentin Trotzendorf a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Goldberg, 1553. február 15.

Reméli, hogy véget ér a pestisjárvány Wittenbergben és Frankfurt/Oder-ban. Háború kitörésétől lehet tartani. Platner egyetemi tanulmányait illetően a tanács kezében van a döntés. Kramer, akiről már korábban is írta, hogy kevésbé tehetséges, viszont szorgalmas, kéri, hogy az ösztöndíjat, melyről azt állítja, hogy számára hat évre ígérték, három, vagy legalább két évig továbbra is megkaphassa, hogy tanulmányait Trotzendorf irányításával tovább tudja folytatni. Ezt ő maga is javasolja és kéri a tanácstól.

G. D. Ornatissimi Domini. Nos speramus Deum esse daturum, ut sit tranquillitas a peste in academijs Vitebergica et Francofordiensi. Bellorum motus uero haud obscure impendent. Deus pacis fremitus maris compescat, et concedat ecclesiae et scholis mediocrem tranquillitatem. De Plattnero mittendo in academiam vestri erit consilij. Paulus Cromer uero, etsi ut ante scripsi, ingenio est tardiore, tamen diligentia in discendo ei nequaquam deest. Nec dubium est eum, etsi tardius, tamen tandem etiam consecuturum esse progressus in doctrina tolerabiles. Vt in itinere, etsi non possis currere, tamen assiduitate etiam ad metam peruenitur. Petit vero maiorem in modum, ut stipendium, quod sibi in sexennium promissum esse dicit, liceat adhuc retinere triennium, uel saltem biennium, ut studiorum suorum cursum possit persequi diutius et ad metam perducere. Quod ut illi concedatis, ego quoque illius nomine a uobis, quantum possum, oro et contendo, ne e medio cursu suo reuocetur. Valete. Goltpergae die Cineralium Anno 1553.

Valentinus Throzendorff

Címzés: Ornatissimis Viris, prudentia et virtute prestantibus, Dominis Judici et Senatoribus Vrbis Leuchouiensis, Dominis et fautoribus obseruandis

4/6

17.

Anton Platner a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Goldberg, 1553. április 21. .

Előző, február 5-i levelében értesítette pártfogóit itteni helyzetükről és az 50 tallér felhasználásáról. Ismételten kéri, ne nehezteljenek rájuk, hisz a pénzt hasznosan költötték el. A wittenbergi egyetemmel kapcsolatos kérését megismétli. Kéri, hogy úgy saját óhajára, mint tanára javaslatára engedélyezzék egyrészt az utazást, másrészt nyújtsanak neki még egy, esetleg két évig további anyagi segítséget. Egyetemi tanulmányait, illetve távolabbi jövőjét illetően is kéri, hogy pártfogói legkésőbb szent Szaniszló ünnepéig közöljék vele kívánságukat. Őt magát nem a közhivatalok, nem is az egyházi pálya, hanem már kora ifjúságától a tanári szakma vonzza.

S. P. Nullum mihi est dubium, quin ex proxima mea epistola statum rerum nostrarum cognoueritis, et quantum de 50 talerorum expensum, quidue reliquum sit, perceperitis. Nunc igitur iterum (vt ante) a vobis peto atque obsecro, Dominj et Patronj Ornatissimj, ne vos sumptuum, quos facimus, poeniteat, nec animo aegro aut molesto feratis, quod hanc pecuniam iam expenderimus. Potuistis enim ex proximis literis, Nonis Februarij datis intelligere nos nihil profudisse temere. Quod vero tum de academia Wittenbergensi scripsi, id nunc repeto, et quaeso, si vobis mea voluntas et dominj praeceptoris consilium probatur, mihi facultatem eo proficiscendj detis, et pro vestra mirifica liberalitate mihi iterum de mediocribus sumptibus prospicere, ac studia mea in annum adhuc vnum atque alterum pro vestro arbitrio atque iudicio promouere digneminj, donec Deo ducente studia mea ad aliquam frugem perduxere atque ijsdem vicissim vobis et totj patriae, quantum Deus concesserit, seruire potuero.

In primis autem, vt scitis, constituendum est, quos nos et quales esse velimus, et in quo genere vitae, quod cum omnibus est faciendum, qui vitam honeste agere conantur, tamen haud scio, an neminj potius, quam ijs, qui in studijs literarum versantur. Eorum enim maxime interest, vt suam quisque naturam consulat, ad quod genus doctrinae sit procliuior, proponatque sibi certum scopum, quibus nam artibus praecipue operam dare atque incumbere velit. Quod cum ita sit, a vobis etiam atque etiam peto, vt mihi (cum vacabit) per primum nuncium ad festum Stanislaj significare velitis, quem me potissimum vitae cursum sequi, aut quas praecipue artes colere probetis, ne incertus iam aliud secter, aliud vero posthac a me requiratur. Mihi quidem (vt vobis mentem et animum meum aperiam) prae omnibus functionibus politicis, ecclesiasticis, aut qualescunque sint, cordj fuerunt functiones scholasticae, atque a teneris semper annis hoc vnicum a Deo optaui, vt mihi hanc gratiam concederet, quo olim patriae in functionibus scholasticis et exercenda pueritia seruire possem. Ad has operas a natura ducj videor, hasque licet laboriosas et exiles omnibus functionibus, uel splendidissimis antetulj. Verum vobis nihil praescribere volo, vos, qua estis, prudentia decernite, quid me fierj uelitis. Id modo a vobis vnice peto atque contendo, ne quid supra vires mihi iniungatur. Promitto vobis omnem diligentiam, laborem et operam in

omnibus, quae naturae meae fuerint possibilia. Bene valete. Goltpergae, 11. Calendarum Maij Anno 1553.

Vestrum amantissimus Antonius Platner

Címzés: Ornatissimis Viris, Virtute et prudentia praestantibus, Domino Judicj et Senatoribus Reipublicae Leutschouiensis, Dominis et patronis summa pietate colendis

A tanács megjegyzése: Adolescentis ex Goltperga

6/7

18.

Anton Platner a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Goldberg, 1553. június 19.

Megkapták a tanács levelét, s ebből egyrészt megtudták, hogy pártfogóik 50 tallért küldtek számukra, másrészt viszont arról is értesültek, hogy ennek az összegnek a levéllel együtt kellett volna megérkeznie. Ez azonban nem történt meg. A kocsis, akitől a küldeményt átvették, azt állította, hogy ő egy liegnitz-i szőlősgazdától, az pedig két erdélyitől kapta a levelet. Kérik a tanácsot, hogy írják meg nekik, ki volt az az ember, akire először bízták a pénzt, hogy attól bővebb felvilágosítást kérhessenek. Wittenbergben már megszünt a pestis, a diákok újra visszatérnek az egyetemre, és hamisnak bizonyultak a háborús készülődésről szóló hírek is. Goldbergben viszont még most is dühöng a járvány, egy diák meghalt, s már csak tíz idegen tanuló maradt a városban. Ők maguk a fogadóban laknak, pénzük elfogyott. Itt a pestises betegekkel úgy bánnak, mint a kutyákkal, úgyhogy ha azt nem a járvány, hát az éhség öli meg. A városban nagy a riadalom. Kérik a tanács anyagi segítségét.

S. P. D. Literas vestras, Dominj et patronj Ornatissimi, accepimus, ex quibus intelligere potuimus vos nobis ad iuuanda et promouenda nostra studia misisse 50 taleros, pro qua vestra in nos liberalitate et beneficentia immortales vobis agimus gratias, vobisque omnem diligentiam in studijs pollicemur atque recipimus. Quod vero scribitis nos pecuniam istam vna cum literis a tabellario simul accepturos, non possumus satis mirarj. Nam literas quidem accepimus, de 50 talerorum vero nihil prorsus vidimus. Auriga, qui nobis attulit literas, dicit se accepisse a uinitore quodam Legnicense, qui se a duobus transiluanis sibi prorsus ignotis accepisse retulit. Ita non possumus scire, quorsum euenerint. Petimus vero, vt nobis hominem istum indicetis, cui vos primum tradidistis, vt tandem aliquid ab illo nancisci possimus.Cupitis porro certiores fierj de statu scholae Wittebergensis. De eo hoc sciatis scholam illam esse iam in multo foeliciorj et meliorj statu, quam nostram. Isthic enim de peste (gratia Deo) nihil iam periculi est, sed studiosi vndique agminatim accurrunt, de bellicis tumultibus fuerunt aliquandiu vagi atque incerti rumores, iam quoque omnia prorsus silent. Nostra vero schola propter pestem, quae iam late in vrbe grassatur, tum quoque propter obitum cuiusdam studiosi in schola, prorsus dissipata est, vt iam extraneorum non sint supra 10, qui tamen quotidie parant abitum. Nos vero miserj, cum pecunia prorsus destitutj simus, et in diuersorio debeamus, nescimus, quo nos conse-

ramus. Humiliter itaque a vobis peto, si vobis salus nostra curae est, sine mora nos sumptibus iuuetis, ne in his miserijs etiam cum vitae nostrae periculo versemur. Maxime nos crutiat hominum apud nos ἀστοργία, qui non mitius cum aegrotis, quam cum canibus agere solent. Si (quod deus auertat) nostrum aliquis in morbum incideret, si non peste, tamen fame illi esset moriendum, nisi deus ex immensa sua misericordia illum singulariter aleret et sustentaret. Iam propter nuncij celerem abitum, tum propter animj turbationem vobis plura scribere non possum. Tanta est trepidatio in praefectis scholae et reipublicae, quod nihil supra. Vos oro obtestorque, ne nos deseratis, sed, vt antea pro vestra liberalitate singularj fecistis, opem feratis. Bene valete. Quod literis meis desideratur, non ignauiae, sed autem perturbationj ascribatis, oro. Raptim Goltpergae 19. Junij Anno 1553.

Antonius Platner

Címzés: Ornatissimis Viris, Virtute et prudentia praestantibus, Domino Judicj et Senatoribus Leutschouiensibus, Dominis et patronis summe colendis

A tanács megjegyzése: Adolescentis ex Goltperga

6/8

19.

Valentin Trotzendorf a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Löwenberg, 1553. június 26.

Néhány hete Goldbergben megkapta a tanács levelét, melyet egy ismeretlen férfi adott át a liegnitzi kapuőrnek. Ebben értesítik őt az Anton Platnernek és Paul Kramernek küldött 50 tallérról, melyet azonban nem kaptak meg. Paul, akit a pénz felkutatására küldött, sem Liegnitzben, sem Boroszlóban nem járt sikerrel. A tanács kérdezze meg a küldönctől, hogy kire bízta az összeget. Június 10-én hirtelen meghalt egy diák. Minthogy pestisre lehetett gyanakodni, a diákság elmenekült. A járvány csakhamar kitört, s ő elrendelte, hogy a külföldi diákok hagyják el a várost, maga pedig június 20-a körül a közeli Löwenbergbe távozott. Pault és Antont Boroszlóba küldte. Elhatározta, hogy a járvány megszűntéig Bécsben fog időzni.

S. D. Clarissimi Domini, ante paucas hepdomades, cum adhuc essemus Goltpergae, literae vestrae mihi reddebantur, quae Ligenitiae apud custodem portae ab ignoto homine depositae erant. In quibus literis scriptum erat, quod adolescentibus uestris, Antonio Platener et Paulo Cromer mitterentur 50 taleri (tot enim, nisi fallor, praestabant literae), sed pecuniam nullam vidi, neque exquirere potui, an ea alicubi, uel Ligenitiae, uel Wratislauiae esset deposita, et iussi Paulum statim proficisci Ligeniciam et Wratislauiam ad inquirendum, sed nihil potuit exquiri. Haec vobis significanda iudicaui, vt ab eo, cui pecunia commissa est, requiratis. Interea decimo die Junij tristis casus incidit, ut in schola subito puer moreretur non sine suspitione pestis. Qvare uniuersus coetus scholae repente fuit dimittendus, et in illa tristi dissipatione alius alio se contulit, et quod

antea erat in suspitione coeca, id paucis diebus post palam erupit ac in ciuitate lues atrociter grassari incepit. Quare, cum id effeci, ut externi scholastici ex oppido omnes excesserint, quisque in tutiora loca, ego sub 20 die Junij Leobergam me recepi, urbem distantem tribus milliaris a Goltperga. Paulum vero et Antonium modico viatico instructos iussi, Wratislauiam ut se conferrent. Mihi uero constitutum est interea in Vienna oberrando exulare tantisper, dum Deus post castigationem paternam tranquillitatem restituerit, ut possit aliquis coetus discentium ex ista dissipatione denuo colligi. Valete, Leobergae 26. Junij Anno MDLIII.

Valentinus Throzendorff

Címzés: Clarissimis Viris, Virtute et sapientia praestantibus, Dominis Judici et Senatoribus vrbis Leuchouiae, dominis et amicis reuerenter obseruandis

4/5

20.

Martin Barth a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Bártfa, 1554. február 26.

A tanács jótéteménye hosszú hallgatás után most ismét írásra készteti. A küldött 200 érme azt a reményt keltette benne, hogy továbbra is élvezni fogja a tanács jóindulatát.

S. P. Etsi non dubito, quin pro mea, quanta vel potuit esse, maxima in vos, ornatissimj virj, obseruantia me fidelem animj gratitudinem conseruare putetis, tamen silentij mej, quo eram his temporibus vsus, non timore aliquo, sed verecundia finem attulit illud beneficium mihj nuperrime a vobis exhibitum. Tantam enim humanitatem, tam inusitatam inauditamque pietatem, tantam in summa penuria rerum omnium liberalitatem, tam denique inopinatam et nunc pene sepultam beneficentiam tacitus nullo modo praeterire possum. Accepta enim pecunia non solum meam inopiam subleuatam, sed, vt in posterum vestro fauore adductus in meis studijs honestissimis maiore cum alacritate versarer, mihj, quasi calcar subiectum, putauj. Quantam enim vim habeat ad virtutem fauor et beneuolentia hominum, id vestris sapientissimis cogitationibus cogitandum relinquo. Etsi igitur beneficium per se non est contemnendum, cum praesertim a vobis primarijs in republica viris sit profectum, tamen non possum non vel maximj facere, propterea quod nullum in tota scriptura coelestj beneficium magis praedicatur, quam illud, quod in optimarum artium studiosos confertur. Imo hoc in iudicio vniuersali palam ab omnibus angelis et sanctis celebrabitur. Cuj enim ignota sunt illa Christj: Si quid minimo etc. Dolebam autem, et vehementer angebar me in eadem cum alijs quibusdam statione militantem non tamen eadem foelicitate potirj posse. Minabantur enim studia mea ruinam, et inclinata fulcris indigebant, quae cum sint a vobis fulcita, quibus laudibus efferam, quibus studijs prosequar, qua beneuolentia complectar. Promouere enim optimarum artium

studiosos nunc non tantum est plus, quam haec heroica quaedam virtus, sed factum plane diuinum. Quantas enim calamitates secum doctrinae inopia tractura sit, id cum aeterno malo sentietur. Itaque, cum Deus deos vos vocet, ego secundum Deum vobis, clarissimj et humanissimj virj, ago gratias immortales pro 200 nummis, quibus me donastis. Quod si Deo iuuante aliquid etiam facultatis mihi ad gratiam referendam erit, hoc totum vestrae honestissimae voluntatj conseruabo. Contendo iam precibus a Deo, vt vos vasa misericordiae suae manere sinat, et omnia vestra consilia atque negocia fortunata esse velit ad suam gloriam et totius reipublicae salutem atque vtilitatem. Bartphae 26. Februarii 1554.

Martinus Barth

Címzés: Prudentissimis et Clarissimis Viris, Domino Judicj et Senatuj inclytae ciuitatis Leutschouiensis, Moecenatibus suis et merito et plurimum obseruandis

10/1

21.

Anton Platner sógorának, Martin Siegler lőcsei főbírónak
Wittenberg, 1554. augusztus 16.

Köszöni sógora eddigi segítségét. Útjukat nagyban megnehezítette a hőség, néha maguknak kellett cipelniük poggyászukat. Wittenbergi tanulmányaikról csak jót tud mondani. A nagy drágaság viszont gondot okoz számukra. Amit Goldbergben egy garasért megvehettek, az itt 3–4 garasba is belekerül. A tanács által adott 4 tallér, mivel Goldbergben tartozásukat is megadták tanáruknak, alig volt elég az útra. Mialatt Paul Kramer Schweidnitzben járt, leégett egész Goldberg. Wittenbergbe augusztus 10-én érkeztek. Azonnal beiratkoztak, és kifizették a több, mint 1 tallérnyi díjat. Három napig kerestek szállást – maga Melanchthon járt közben érdekükben –, s végül bizonyos erdélyi diákok ajánlatára sikerült egy megfelelőt találniuk. A szoba évi 6 tallérba kerül, amihez télen még 3 tallért kell fizetniük tűzifáért. 10 garasért étkeznek egy özvegyasszonynál. Négyen kosztolnak itt, s meg kellett ígérniük, hogy mindig pontosan fognak fizetni. Jelenleg 3000 hallgatója van az egyetemnek. Ez az oka a nagy drágaságnak. Könyvekre már nem futja pénzéből. Hasonlóképpen nem tud magánórákat venni, pedig ez nélkülözhetetlen a sikeres helytálláshoz. A menzán tizenöten étkezhetnek, fejenként 5 garasért. Nekik már nem sikerült ide bejutniuk, pedig az így megtakarított pénzen könyveket és cipőt vásárolhattak volna. Sokan próbálkoznak óraadással pénzhez jutni, Melanchthon szerint azonban nekik nincs szükségük ilyen plusz jövedelemre. 50 tallérból viszont nem lehet Wittenbergben kijönni, különösen nem az első évben, amikor be kell rendezkednie a hosszabb itt tartózkodásra. Szüksége van ágyra, ágyneműre (3–4 tallér), asztalra, padra, ruhásládára stb. Bútorokat csak használtan tudna venni. Lipcsében kétszer is hiába keresték Christoph Preussert. Levelet hagytak neki. Itt a víz ihatatlan, de a sör sem sokkal jobb. Kramernek azért több a pénze, mint neki, mert megtartotta azt a 17 tallért, amiről korábban azt állította, hogy azzal a schweidnitzi lelkésznek tartozik. Goldbergi dolgaikról egy másik levélben számol be. Kéri a tanács anyagi támogatását.

Die gnade gottes, sampt langwerender gesuntheit vnd aller wolfart zuvor.

Ehrsamer, günstiger, lieber Herr Schwoger, wen es E. N. W. vnd all den vnsern wolging, erfure ich hertzlich gerne. Mir gehett es noch, gesuntheit halben, gott hab lob, zimlich. Gott wolt es weyter midt mir machen nach seinem gnedigen willen. Ehrsamer, günstiger, lieber Herr Schwoger, nachdem mir Ewer getrewes, geneigts vnd vetterlichs Hertz so bekant vnd erfarn ist, müst ich ein vndanckbar vnd gar ein lohser tropff sein, wen ich solcher trew vnd woltadt, so mir E. E. N. W. ertzeigtt hatt, nicht gedencken vnd mich dafur danckbar ertzeigen solt, dieweil ich aber solches nymermehr vmb E. N. W. verdienen kan. So sage ich dieweil E. N. W. vleissigen danck, das mir E. N. W. so viell behulfflich gewesen ist midt Radt vnd tadt vnd will auch, so viell mir möglich ist, vleiss ankehren, auff das ich wiederumb den Ewren dienen vnd nutzen möge, so viel mir gott seine gnad verleyen wirtt.

Weiter günstiger, lieber Herr Schwoger, will ich E. N. W. nicht vorhalten, wie es vmb vns stehett. Auff dem wege wer es nun noch wol gangen, allein das wir fur grosser hitz kaum fort haben können kommen, vnd haben offtmals vnserer bindell halben lang auff furlewt müssen warten, vnd doch zu letzt selbs müssen tragen. Jetzunt aber zu Wittemberg stehet es der lehr halben gantz wol, allein, das es mechtig tewer ist. Wir haben gemeinet, es könne nirgent so tewer sein als es zum goltperg war. So sehen wir nun, wo wir zum goltperg midt eynen groschen sein ausskommen, do müssen wir alhie 3 oder 4 haben. So haben wir aber sehr geringe beytell. Die 4 taler, die vns ein Ehrsamer Radt zu zerung geben hatt, haben kaum können wehren, biss wir von goltperg sein ausstzogen, one das, was wir dem Hern Praeceptorj schuldig sein gewesen. Weil Paulus zur Schweynitz war, do er etlich sachen gelassen hatt, hab ich zum goltperg gewartt, vnnd in des ist das fewer ausskommen, das vns der Herr Praeceptor nicht balt hatt können abfertigen. Wir sein allererst am 10. tag Augustj gen Wittemberg kommen, da hatt balt die depositio vnd das anschreiben beim Rectore einem mehr den 1 taler gestanden. Wir haben darnach 3 tag müssen vmblauffen vmb ein stuben. Der Philippus hatt selber etlich siebenburger gebetten, die vns zu eynem gewiesen haben. Fur das selbe stubel, das doch klein ist, müssen wir ein iar 6 taler geben, vnd kommen vber den winter midt 3 taler zu holtz kaum auss. Ein tisch haben wir bey einer widtfrawen vmb 10 sylber groschen. Dieselbe speist 4 tisch. Wir haben ihr müssen zusagen, das wir ihr nymmer wollen schuldig bleiben, sondern ymmer fur der zeit das gelt geben. E. N. W. wolt gedencken, was ein iar auffgehen muss in solcher menge der studenten. Den man zelet yetzunt bey 3 tausent studenten, die warlich stuben, tisch vnd alles tewer machen. Midt dem gelt, das ich noch hab, kan ich wol fur den tisch vnd fur die stuben zahlen, sondern ich kan mir gar kein buch schaffen, das ich mir in des Herrn Philippi lection bedarff. Ich geschweyge den andere, die mir auch von nötthen weren. Kein lection kan ich priuatim hörn, vnd wer da hie was studiren will, der muss einen priuatum magistrum haben. So hatt E. W. meyne kleider wolgesehen, die ich vmb vnd an hatte, da ich weg zug, die ich auff der Reise in solchem staub

vnd grosser hitz sehr hab hinbracht. Ich hoff aber, ein Ehrsamer Radt wirt solches betrachten vnd vns besser verstehen.

Im collegio speist man funfftzehen tisch zu 5 silbergroschen one trincken. Man gibt essen daselbs. Es möcht wol gott erbarmen. Noch wern wir gerne hinein getzogen, auf das wir was auff bücher vnd (midt zichten zu melden) auf schuch sparen mögen. Sondern die stellen sindt yetzunt zu vol, wir haben nicht können hinein kommen. Es sein mir gesellen drin, die nicht weyter können, den man hatt noch daselbs gedult midt der zalung ein monet oder 2, aber so balt einer gelt bekomptt, so schawet er warlich, das er raus könnt. Wen einer gern ein poedagogiam anneme, so sein ihr zu viell, die drauff warten, vnd habens beim herrn Philippo schon aussgebethen. So meinet der Philippus nicht anders, weil wir von dem testament studirn, wir sein gar wol versorgt, vnnd durffen solchs nicht, vnd hilfft lieber einem andern.

Ich bitt E. W., yhr wollet weyter das beste thuen, vnd bey denen, die es nicht verstehen wollen, anhalten, das wir besser versorgt werdenn. Des gelts halben, was ich yetzt hab, kan ich das iar zu Wittemberg nicht bleiben, sondern werde in ein ander weg müssen tretten, so es nicht besser würde. Auff 50 taler darff einer zu Wittemberg nicht lang tzehren, sonderlich das erste iar, da er muss bett, tisch, laden, banck vnd solche gattung kauffen. Mein bettgewandt vnd etlich bucher, die ich im sterben zum goltperg im kloster gelassen hab, hatt man mir vertragen vnd ich halt, es wirdt midt den anderen sein in rauch aufgangen. Es ist einer alhie auss Kernten, dem ich die 22 taler schuldig war, der thutt yetzunt das beste, der lest mich dieweil bey ihm in seinem bett liegen, biss das etwan, wils gott, mein beytell schwerrer wirtt, das ich mir eygens bett kauff oder entleine. Yetzunt vermag ich nicht viell, von geringen bettgewandt zu vermytten, muss einer ein iar balt 3 oder 4 taler geben, wen ers nur bekommen kan. Tisch, banck vnd laden können wir vns nicht new zeigen, den es ist vns zu tewer, müssen dieweil warten, biss yrgent ein studiosus weg zeucht, das wir etwas von alten stucken, das noch in zimlichen kauf ist, bekommen. Zu Leiptzig haben wir den Christoph Preusser 2 mal gesucht, haben ihn nycht daheim funden, darnach lissen wir den brieff da, vnd kamen den andern tag auch 2 mal dahin, haben ihn gleichwol nycht funden, vnd haben also midt geferten müssen weg tzyhen. Ich versehe mich, E. N. W. wirt, wie zuvor, vnser eingedenck sein vnd helffen, das wir nicht vns vnd einem Ehrsamen Radt zu schanden leben mögen. Wasser trincken, wie mancher gerne wolt, können wir nicht. Wir durften kaum 2 oder 3 mal trincken, so hetten wir vnser leben lang gnug. Wir haben yetzunt ein bier, wen man trincken will, muss man die augen zuthuen. Ich weiss E. N. W. yetzt in der eil nicht mehr zu schreiben. Wie es vmb goltperg stehet, kan E. N. W. auss dem andern brieff wol entnemen. E. N. W. wolt sich nicht wundern, so ich ehe vmb gelt schreiben werde den Paulus, den er hatt die 17 taler, die er sagt, er wer sie schuldig, gantz behalten, vnd hab es selber auss seinem mundt gehört zum Goltperg, das er dem pffaffen bey der Schweidnitz nichts schuldig gewesen ist. Solches hab ich E. W. wollen antzeigen, nicht darumb, das ich ihn bey E. N. W. oder einem Ehrsamen Radt hett wollen eingeben, sondern das man mirs nicht verarge, so ich ehe schreib den er. Ich bitt, E. W. wölle mir nicht fur vbel han,

das ich so vnvleissig geschrieben hab, der bodt ist mir vbern halss gewesen, das ich auch das kaum hab können fertigen. Damidt will ich E. N. W. vnd all die ewern gott, dem allmechtigen bevohlen haben. Geben zu Wittemberg am 16. Augustj Anno 1554.

E. N. W. williger allzeit
Antonius Platner

Címzés: Dem Ersamen vnd wolweysen Hern Martino Sigler, yetzunt Richter in der Leutsch, meynem gunstigen, lieben Hern Schwoger zu Handenn

6/9

22.

Anton Platner a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1554. augusztus 16.

Köszönetet mond az eddigi jótéteményekért, s egyúttal beszámol Goldbergbe való utazásukról. Útjuk viszonylag jól sikerült, noha a nagy hőség miatt csak lassan tudtak haladni. Július 11-én érkeztek meg végül, s tanáruknak kifizették tartozásukat, ő tudniillik a 2 1/2, Paul Kramer pedig a 3 tallért. Paulnak holmijáért Schweidnitzbe kellett mennie. Ő Goldbergben várt rá. Július 17-én azonban kora reggel szörnyű tűzvész pusztított a városban, két és fél óra alatt szinte minden teljesen leégett. A monostor épülete, s benne az iskola is csaknem teljesen a tűz martalékául esett, egy hálókamra kivételével, amelyben most a lelkész lakik. Mivel a plébániatemplom is életveszélyessé vált, a tűzvészt követő vasárnap a lelkész az egyébként szintén leégett városháza előtti téren tartott prédikációt. A polgárok pincegádorokban laknak. Neki mindenét ellopták, de kár érte Pault is. Tanáruk ajánlólevelével felkereste Kaspar Peucert, aki egyrészt megígérte, hogy segítségükre lesz, másrészt Melanchthonhoz irányította őket. Ez, miután elolvasta az ajánlólevelet, szintén felajánlotta pártfogását. Egy özvegyasszonynál étkeznek 10 ezüstgarasért, akinek meg kellett ígérniük, hogy rendesen fognak fizetni. Szállást csak nehezen találtak, és oda is csak Mihály-nap után költözhetnek be. Ezért évente 6 tallért kell fizetniük. Wittenbergben jelenleg 3000 hallgató van, így nagy a drágaság. Az útravalóul kapott 4 forint alig volt elég Goldbergig, ösztöndíjukat, mely legfeljebb ha élelemre lesz elég, nem tudták érintetlenül megőrizni. Pedig szükségük lenne téli ruhára és tankönyvekre is. Magánórákat pénz híján nem tudnak venni. Kérik a tanács anyagi támogatását.

Salutem in Christo.

Antequam vobis statum rerum nostrarum indicem, Dominj et Patronj Ornatissimj, maxime me decere iudico, vt me prius beneficiorum mihj iam a vobis exhibitorum memorem et gratum erga uos declarem. Cum autem facultates meae (vt videtis) iam non ferant, vt vobis referre gratias queam, interim vobis, quas possum, ago gratias pro illa vestra in me liberalitate et beneficentia, qua me diutius in studijs honestis promouere et in hunc locum celeberrimum mittere non estis grauatj. Faxit aeternus Deus, vt uos vestrae erga me beneficentiae, et me quoque susceptae prouinciae atque conditionis huius nunquam poeniteat.

De statu nostro sic habete. In itinere nobis gratia diuina mediocriter successit, saltem quia tempore incommodissimo nos itinerj dedimus, soepe enim prae nimio aestu uix pergere potuimus, et propter sarcinas nostras, licet exiguas, djutius immorarj in vno loco coactj sumus, vt eo tardius in loca praescripta venire potuerimus.

Goltpergam 11. Julij uenimus, ac dominum praeceptorem reliquosque magistros saluos offendimus, et domino praeceptorj, quod debebamus, soluimus, ego 2 1/2 taleros, Paulus 3 taleros. Et quia Paulo Suidniciam prius eundum fuit, vbj reculas quasdam habuit, me Goltpergae expectare oportuit. Interea vero (proh dolor) 17. die Julij mane intra 7 et 8 ignis in aedibus fabrj cuiusdam exortus est, vnde tota vrbs intra 2 1/2 horis <!> tota conflagrauit, ne vnica quidem excepta domo, quae permansisset integra. Monasterium quoque, vbi scholae locus erat, vna cum templo in illo incendio interijt vno saltem hypocausto excepto, in quo iam dominus contionator, cuius aedes quoque conflagrarunt, habitat. Testudo templj parrochialis mansit, sed admodum ruinosa, adeo vt etiam non cautum sit in ea fierj conuentus. Proxima dominica post conflagrationem in foro ante curiam, quae quoque incendio perijt, dominus contionator habuit contionem. Atque nunc tantum luctus, lamentationes et eiulatus sunt in vrbe. Ciues iam in uestibulis cellariorum vna cum liberis latitant, illos non sonus horologij, non tinnitus campanarum, sed cantus gallorum suburbanorum excitant. Paulj quoque uas, quod per obliuionem ex illa consternatione in hypocausto superiorj relictum erat, una combustum est. Lecti mej et aliae reculae, quas in schola relinqueram, cum isthinc discederem, mihj omnes furto subtractae sunt, et procul dubio vna cum aliorum suppellectile incendio perjerunt. In illa calamitate dominus praeceptor nos mature expedire non potuit. Sequente septimana post conflagrationem dedit nobis literas ad doctorem Casparum Peücerum, decanum collegij et generum doctoris Philippi Melanthonis, illj nos commendauit, quj nobis in omnibus et consilio et opera adfuturum pollicitus est, ac nos ad doctorem Philippum deduxit. Ille lectis literis suam quoque operam nobis obtulit. Mensam apud viduam quandam 10 grossis argenteis conduximus, cuj promittere coactj sumus nos cum solutione nunquam cessaturos. Hypocaustum diu multumque quaesiuimus, tandem vnam inuenimus, in quod tamen ante festum Michaelis migrare non possumus. Ac pro eo soluere cogimur per annum 6 taleros. In tanta frequentia studiosorum hypocausta, mensae et omnia sunt carissima. Jam enim studiosorum numerantur prope 3000 plus minus. Quatuor illj florenj, quos nobis viaticj loco dederatis, vix Goltpergam vsque suppeditabant, et, vt audiuistis, praeceptorj Goltpergae soluimus. Itaque illam summam nobis datam integre Wittebergam ferre non potuimus. In tanta rerum omnium caritate maxime rerum mearum sum anxius, sed vos, qua estis, prudentia decernetis, quantum nobis in annum opus sit. Primo profecto anno Vitteberga loculos bene resertos requirit. Vos pro vestra beneficentia oro obtestorque, ne nos deseratis. Quaerite, quaeso, ab illis, qui experti sunt, quantum nobis hic in tanta frequentia et tanta caritate opus sit. Pecunia, quam adhuc habeo, pro cibo quidem sufficiet, sed (vt scitis) opus est nobis quoque vestibus ad hyemem, opus est nobis librjs, qui iam publice perleguntur. Horum certe nihil nobis de hac pecunia comparare possumus. Priuatim quoque

vix vllas lectiones audire poterimus, si nobis non sufficient sumptus. Polliceor vero mihj, quemadmodum mihj liberalitas vestra perspecta est, quod nos sitis liberaliter adiuturj. Bene ualete et me vobis commendatum habete. Datae Vittebergae 16. Augusti Anno 1554.

Antonius Platner

Címzés: Clarissimis Viris, Virtute et prudentia praestantibus, Domino Judicj et Senatoribus Reipublicae Leutschouiensis, Dominis ac patronis reuerenter colendis

A tanács megjegyzése: Antonius Platner

6/10.

23.

Anton Platner a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1556. március 9.

Fájlalja, hogy segélykérő leveleire oly régóta nem válaszolnak pártfogói. Korábbi levelében is írta már, hogy előző évi tartozásai miatt az ez évre küldött ösztöndíj nem fogja fedezni költségeit. Az 59 tallér még akkor sem lenne elég egy teljes éven keresztül, ha nem lennének tartozásaik. Szállásadóinak és egyéb hitelezőinek húsvétig meg kell adnia 12 tallérnyi tartozását. Még azokra az auktorokra sincs pénze, akiket a nyilvános előadásokon tárgyalnak. Sőt, meglévő néhány könyvét is kénytelen volt eladni, hogy legalább mosatásra, papírra és világításra legyen egy kis pénze. Albert Kreutzer magiszter sem adott nekik kölcsön, mivel erre a tanácstól nem kapott utasítást, s félt, hogy a pénzt esetleg majd nem tudják neki megadni. Kéri, hogy a lipcsei vásár idejére feltétlenül küldjenek számukra hathatós anyagi támogatást.

Salutem in Christo Jesu domino nostro. Amen.

Nequeo satis mirarj, Dominj Ornatissimi, quae sit causa, quod tam longo tempore nullum prorsus a vobis potuerimus accipere responsum, cum tot iam epistolis conditionis nostrae statum atque inopiam uobis indicauerim, uosque diligenter orauerjm, vt nos consilio et ope vestra adiuuaretjs. Quia uero propter silentium uestrum non certe possum statuere, an uobis scripta nostra sint reddita, nec ne, et nos summa cogit necessitas, non puduit me aliqua de superioribus repetere. Vos autem primum vehementer oratos uelim, ne meae impudentiae, sed potius necessitatj adscribatis, quod tam crebris petitionibus uos obtundo, tamque cito a vobis iterum sumptus desidero.

Scripsi enim antea nos praeterito adhuc anno contraxisse aes alienum, quod nobis iam soluendum erat, itaque hanc pecuniam, quam nobis misistis in hunc praesentem annum, non posse sufficere, imo etiam, si absque hoc esset, vt nihil debuissemus. Tamen nescio, quomodo duo per integrum annum 59 talerorum se hic sustentare possint, etsj uiuant sordidissime. Maximum igitur in modum a vobis peto, Dominj Ornatissimj, vt nobis et studijs nostrjs iterum subuenire, nosque a miserijs et solicitudine, in quibus uersamur, liberare digneminj, ac nostris studijs ita consulere, vt eo facilius uestrae de nobjs spej aliquomodo respondere possimus. Ita profecto nunc nobiscum agitur, vt optarem me potius multa ab hinc

esse miliaria, quam in tam celeberrima schola tantum miserijs conficj, et non, vt par erat, studia posse curare. Inter caeteras enim calamitates, quod videlicet debemus hospitibus nostris (nam ad festum Paschae debebo vtrisque hospitibus pro victu et hospitio et alijs quibusdam, quj mihi in necessitate subuenerunt, ad 12 taleros), quod quotidie fere ab illis admonemur debitj, quod incedimus pannosj, et nihil nobis non desit, etiam hoc malum reliquum est, quo prae caeteris maxime crucior, cum uideo nos studia eo frigidius posse colere, propterea quod necessarijs omnibus destituimur. Non habemus libros, quibus nobis opus erat, imo quod nobis etiam non sunt autores, qui publice perleguntur. Etiam de ista tenuissima librorum supellectile, quosdam vendere coactus sum, vt saltem haberem, quod lotricj darem, quibus chartam et candelas emerem, cum nobis certo singulis fere diebus pecunia opus sit. Non enim arbitreminj magistrum Albertum Creutzer nobis interea suppeditare necessaria, dolet quidem (vt ait) nostram uicem, et miratur, quomodo per hanc hyemem frigus hoc tenuissimo uestitu potuerjm sustinere, verum dicit se nullum accepisse a vobis mandatum, vt nobis aliquid interdum daret mutuo, et fortassjs etiam ueretur, ne illj postea non possimus reddere. Scio autem vos pro vestra munificentia nobis necessaria missuros, si nondum misistis, idque, vt ad nundinas lipsenses fiat, vehementer oro. Si enim eo tempore non acceperimus, non male modo nobiscum agitur, sed etiam nos ualde turpiter dabimus. Certo autem uobis persuasum habete vestram liberalitatem et officia, quibus pauperes scholasticos iuuatis, pulcherrimum esse cultum, quem Deus in primis a magistratibus et a singulis priuatis requirit, ac praesertim, si non tantum de superfluis, sed etiam de exigua substantia uestra aliquid decerpetis ad honesta studia iuuanda, scietis eo magis uestram liberalitatem Deo placere. Sicutj saluator noster multo pluris fecit uiduae pauperis duo minuta, quae ex sua penuria mittebat in gazophylacium, quam omnium diuitum munera multo maiora, quae de superfluis tamen eorum conferebant. Neque dubitetis, quin Deus uicissim per uestra beneficentia et officijs uobis uestrisque liberis et totj patriae sit benefacturus, uosque aduersus incursationes turcarum et saeuitiam quorundam tyrannorum, qui iam vos vna cum vicinis uestris (ut fama est) uexare et perdere conantur, clementissime sit defensurus. Bene ualete, mihique ignoscite, quod semper argumento querulo scribendj vtor, et facite, vt posthac alio magis iucundo mihj et vobjs vtj possim, ac operam date, vt nunc saltem mature creditores nostros compescere et nos mediocriter uestire possimus. Si quid in posterum nobis mittere uolueritis (quod maxime optarem) an secus, id nobis significabitis, nosque, quid facere debeamus, docebitis. Iterum feliciter valete. Datae Vittebergae 9. Martij Anno 1556. Salutat uos omnes magister Albertus Creutzer.

Antonius Platner

Címzés: Ornatissimis Viris, Virtute et prudentia praestantibus, Domino Judicj et senatoribus Reipublicae Leopolitanae <!>, Dominis ac Mecoenatibus omnj reuerentia colendis

A tanács megjegyzése: 1556. Atonius Platner

6/1

24.

Basilius Kroner a lőcsei tanácsnak
Wittenberg, 1556. október 28.

Manapság igen kevésre becsülik a tudományokat, ezért Isten, hogy az államot és az egyházat megőrizze, patrónusokat támasztott, amilyen a lőcsei tanács is, mely most is, korábban is több diák wittenbergi tanulmányait támogatta. Ő maga is, aki eddig anyjának költségén tanult az egyetemen, arra kényszerül, hogy néhány évre segélyt kérjen a tanácstól a Thurzó Elek-féle alapítványból, hogy tanulmányait folytathassa. Cserébe felajánlja szolgálatait.

Quantum hodie in contemptum uenerint bonarum literarum studia, et studiosi, uirj amplissimj et senatores prudentissimj, nullj non uestrum notum esse arbitror. Adeoque ut, nisi Deus omnipotens ex singularj sua bonitate et clementia ea conseruaret, iamdiu interijssent et funditus deleta essent. Sed Deus ipse subinde aliquos excitat, et suo quasi numine afflat, ut artes honestas et ea doctrinarum genera, quae maxime seruiunt ad gloriam Dej, illustrandam et humanam societatem conseruandam diligenter discant et fideliter excolant. Sic Abelj, primogenito Euae filio ad haec humanitatis studia excolenda maximae ingenij dotes diuinitus sunt datae. Similiter Abraham, Noe et aliorum parentum liberos Deus benedixit, et summis ornauit donis, ut recte et foeliciter artes doctrinamque de Deo ipsi discerent, aliosque docerent, et honestissimo uitae suae exemplo ceteris omnibus praeeuntes, ita artes ac alias doctrinas ab interitu uindicarent ac ab omnem posteritatem propagarent. Eodem modo Deus optimus maximus hodie quoque bonorum hominum excellentia ingenia exuscitat, ut uersatj in bonis disciplinis et studijs, cum prophanis tum sacris summis uigilijs et lucubrationibus partim reipublicae administrandae, partim doctrinae uerbi diuinj, quod filius ex sinu aeternj patris protulit, propagandae praeficiat. Ita tandem fit, ut doctrinarum adminiculo et ecclesia et politia recte gubernetur, et in tranquillo statu conseruetur, quae alioqui propter rudiores et propter plebis imperitiam funditus interiturae essent, ut recte Plato inquit de politia: Tunc denique beatas fore respublicas, si aut docti aut sapientes eas regere cepissent, aut qui omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. Mirificis itaque laudibus praedicanda est, prudentissimi senatores, uestra quoque liberalitas summaque beneuolentia, qua et uos literarum studia amplectiminj ac fouetis. Sunt enim et fuerunt, qui uestris sumptibus hic Vitebergae diu honestis literis operam nauarunt, et maximos in studijs profectus fecerunt. Cum autem ego ipse quoque aliquandiu Vitebergae honestis studijs incubuerim matris meae sumptibus, quos magna cum difficultate hactenus uix mihj suppeditare potuit, in maxima matris meae rei familiaris tenuitate et angustia ad uestrum auxilium, tanquam ad anchoram sacram confugio, omnemque spem in uestra liberalitate fixam habens supplex uestram excellentiam oro, ut per aliquot annos meis quoque studijs de illa pecunia, quam magnificus dominus Alexius Thurso rebus sacris legauit, aliquid sumptus suppeditare uelitis, ut studia mea in hoc nobilissimo academiae loco foeliciter cepta continuare, nec medio in curriculo interrumpere cogar. Dedico enim et consecro totam uitam meam studijs sacris bona fide promittens me summam

studiorum meorum vniuersam in eum scopum directurum, ut ad gloriam Dei ecclesiae et humanae societatis utilitatem referantur. Quare, ut ope et subsidijs uestris hunc meum conatum clementer iuuare et promouere digneminj, summis precibus uestram excellentiam oro, pro hac enim erga me beneuolentia reddet Deus iuxta promissionis suae veritatem uestrae excellentiae amplissimá praemia, et ipse pro his beneficijs erit copiosissima merces. Quod super est, toto pectore et ardentibus uotis aeternum Deum precor, ut uestram excellentiam una cum totius urbis imperio ad nominis sui gloriam et reipublicae salutem diutissime incolumem conseruet, vosque ab omnibus malis Turcarum et aliorum hostium seuitia tueatur, uestrosque conatus omnes regat ac gubernet, reddatque saluberrimos, nec unquam foelici successu carere sinat. Bene et foeliciter in Christo Jesu valete. Datae Vitebergae 28. Octobris Anno 1556.

Rogo etiam, ut quamprimum mihi rescribatis.

Vestrae Excellentiae deditissimus Basilius Croner, natus in urbe Leutschouia

Címzés: Honestissimis uiris, prudentia et uirtute praestantibus senatoribus inclytae urbis Leutschouiae, Dominis ac patronis plurimum colendis

14/1

25.

Basilius Kroner Daniel Türck lőcsei főbírónak
Wittenberg, 1557. április 11.

Előző levelében többek tanácsára azzal a kéréssel fordult a tanácshoz, hogy a wittenbergi egyetemen megkezdett tanulmányait az a Thurzó-alapítványból támogassa. Tudja, hogy már csak az idős Melanchthon miatt is teljesíteni fogják kérését. Hivatkozva Albert Kreutzer ajánlására ismételten kéri, hogy akár Anton, akár Paul helyett most őt vegyék pártfogásukba, s hogy döntésükről őt anyján keresztül értesítsék. Cserébe felajánlja szolgálatait.

S. Dulcissima et diuina sententia, clarissime et prudentissime Judex, scripta est in Ecclesiastico: esto orphano pater, tunc Deus magis diliget te, quam tua mater. Hac tanta promissione moueri V. H. scio, ut libenter omnibus benefaciatis, cumque hoc offitium fouendi et tuendi orphanos Deo gratum sit, necessarium uero in ecclesia et republica, et propter illud a Deo praemia promittantur, non dubito, quae alijs contingerunt, mihi defutura. Quare, cum proxime aliorum consilio ad amplissimum senatum uestrum scripserim (vt scitis), et rogauerim, ut mea studia hic Witebergae, ubi est maxima frequentia studiosorum, tantum propter reuerendum uirum D. Philippum Melanthonem, quj iam uere in senectute cygneam uocem canit, fouere uelint, cum enim, Deo sit laus, satis foeliciter mea studia coeperim, nolim ea, quasi in medio curriculo, interrumpi, sed dabo operam, ut ad scopum propositum uestra ope peruenire possim. Rogo itaque uestram H., ut me pro uestra beneuolentia iusta petentem iuuetis, et senatuj per-

suadere, ut loco Antonij uel Paulj me hic alere uelit, et uestrum animum breuibus literis, quas commendabitis matri meae, mihi significate. Nam alioquin, quia sumptus iam desunt, mea incepta studia infecta relinquam. Magnificus dominus Alexius Thurso perpendens secum multos esse, qui tenujtate fortunae impediti, cum alioquin ingenium non deesset, studijs literarum ualedicunt, in testamento certam summam pecuniae templo uestro legauit, ut inde studia illorum, quos antea dixi, nutriantur. Inde igitur et mihi, quem egere scitis, opem feratis, rogo. Quod autem ad meam fidem et diligentiam attinet, promitto uobis et vniuerso senatuj me auxilio Dej eam in theologicis et honestis artibus daturum operam, ut nullum suorum benefitiorum iure poenitere possit. Peto etiam atque etiam amanter, ut, sicut M. Albertus Creutzer uobis scripsit, mei curam suscipere uelitis. Ego uicissim conabor summo studio, ut me gratum agnoscatis, et quacunque in re potero, V. H. mea offitia semper sciatis esse parata. His praecor, ut Deus omnipotens uos custodiat aduersus Turcam, et alios hostes ecclesiae christianae, ut nomen ipsius uere agnosci et late ad posteros propagari possit. Bene et foeliciter valete. Datae Vitebergae, 11. Aprilis Anno Christj 1557.

V. H. deditissimus Basilius Croner Leuthouiensis

Címzés: Clarissimo uiro, virtute et eruditione excellentj, D. Danielj Turck Judicj ciuitatis Leutschouiensis, Domino et patrono charissimo

A tanács megjegyzése: Jacobi parui filius Witteberga. <...>

14/2

26.

Martin Barth a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1557. november 20.

Köszöni a tanácsnak, hogy az támogatja tanulmányait. Biztos benne, hogy pártfogói nem szabnak majd számára teljesíthetetlen feltételeket.

S. P. D. Vestra beneficentia et plus quam paterna liberalitas, quam in me exercuistis, Virj Clarissimj, patronique summa semper obseruantia colendj, fuit mihj ita grata, vt nihil supra. Nihil enim vnquam melius, optabilius meaeque huic aetatj conuenientius praestarj potuit, quam vt mitterer in hunc locum, in quo est et facultas optima et campus amplissimus discendj. Si enim, vt poetae verbis vtar, foelices, bona si sua norunt, agricolae, quanta erit amplitudo commodorum, quae ex literarum cultura cumularj possunt. Sed cum istud praestantissmum beneficium non minus a Deo, quam a vobis, Dej singularibus organis acceperim, Deo primum gratias agere, deinde vobis acceptum referre debeo. Itaque id facio, et precor filium Dej, vt vos deinceps quoque esse et manere velit suae misericordiae vasa saluberrima et lumina in nullam aeternitatem deficientia. Vobis quoque, Patronj reuerendissimi, ex intimo cordis mej sensu gratiam habeo omnium longe maximam, quod optime et praeclarissime de me et studijs meis honestissmis

meritj sitis, eaque non submergj et interire passj estis. Certe enim diuinitus magistratuj commissa est custodia tum literarum, tum aliarum rerum, sine quibus conditio humana incolumis esse nequit. Ego quoque tantum faciam, quantum vnquam potero, et infinitis precibus a Deo contendam, vt me quoque miserum hominem aliquem aliquando studij mej fructum vobis ostendere posse non dedignetur. Interim omnium vestrorum meritorum memoriam conseruabo non solum in hac, verumetiam futura vita, in qua pro infinita patris nostrj coelestis liberalitate beneficorum vestrorum fructus capietis maximos, et nullum vnquam finem habituros. Precor filium Dej, vt vos vna cum republica vestra tueatur atque defendat. Vuitebergae 20. Nouembris 1557.

V. P. deditissimus Martinus Bart

Quam scio me V. P. debere summam morigerationem et venerationem, eam sancte promitto. Nec dubito, quin V. P. mihj conuenientes et tolerabiles limites pangere velit.

Címzés: Clarissimis et prudentissimis viris, Domino Judicj et Senatoribus inclytae vrbis Leutschau, Dominis, patronis suis praeclare meritis

A tanács megjegyzése: Martinus Barth

10/2

27.

Martin Barth Johann Sowentz lőcsei főbírónak
Wittenberg, 1558. május 26.

Gratulál Sowentz főbíróvá való választásához. Szászországban, Meissenben és a környező tartományokban béke uralkodik, Franciaország viszont hadban áll Angliával.

Gnad vndt friedt vnnd alles gutts, euer namhafftigen vnd ersamen Weisheyt, von vnserm Herrngot wüntsche ich zufhor. Darnach wil ich euer namhaftigen vnd ersamen, wohlweisen meine arme, doch gantzwillige vnterthönige dienst, mitt aller ehr erbittung angebotenn vnnd angetragenn habenn. Es weiss iederman, das das Richterampt von Got selbst durch mittel vnter den menschen eingesezt vnd geordnett ist, auff das dieselbig person, welche ahn Gottes stadt da siztt, gleich wie ein sichtbarlicher got zwischen den menschenn sein solte, vnd gottes willen nach den zehen gebotenn handhabenn, bey gesetz vnd gerechtikeyt die bürgersberet zu erhaltenn, vnd sonderlich das vorsorgenn, was zu Gottes ehre fürnemlich dienett. Denn wo Gottes ehr nicht fürnemlich gesucht wirdt, da gschicht als vmbsonst, es köst so viel mühe vnd arbeütt, sorg, gelt, gutt vnd blutt, so viel es yhemer wölle. Weyl den euer namhaftige vnd ersame weisheyt aus fürsehung gottes, dem ampt nach, mehr den ander lewt, got gleichformig wordenn ist, vnd was zu fürderung gottes ehr dienett, fürnemlich beschaffenn sol, so wil ich eure namhaftige vnd ersame weisheit, demüttiglich

vnd vmb gotts will gebetenn habenn, mich yn meinem studirenn wie angefangenn ist, nicht zuforlassen, sondern hinfürt zu fürdern, auff das ich viel studirenn, vndt noch auch andere viel lerenn könthe. Denn ich hab ya mein datum gantzlich dahin geseztt, das ich nichst den studirenn vnd fleissig zu lernenn beger. Ohn gelt aber kan ich diesem meinem fürnemen weder zu Wittemberg noch anderswo nachkomenn. Derhalben vorsehe ich mich zu euer N. vnd E. W. alles gutts auch darumb, das mich euer N. vnd E. W. nicht allein wol kennet, sondern auch ym haus viel wolthatenn, darfür ich auch noch schuldigen danck bekenne, bewiesenn hatt. Bin derhalben gantz vorhofft, das E. N. vnnd Ersame W. mich, arme weiss nicht vorlassenn, sondern bedenckenn vnd fürdernn werde. Den dieweil mein studia zu gottes ehr fürnemlich gericht sein, wird euer N. vnd ersame W. auch got ein sonderliche ehr vnd dienst erzeugenn, vnd yhr selbst viel radts vnd gutts zu diesem lieben schaffenn. Denn got belohnett biss yns dritt vnd vierde geliedtt, was man den armen weysenn, auff welche er sonderlich als auff elendestenn vnd dürfftigsten sorgett, guttes thutt. Dieses ist die schrifft vnd erfharung ein gewisse, vnwiederruffliche prob vnd zeugnuss. Hiemitt wil ich eure namhafftige vnd ersame W. got befhelenn habenn. Zu Wittemberg eylendt geben den 26. Maij 1558.

Euer N. vnd E. W. alzeit williger,
vnterthöniger, gehorsamer diener
Martinus Barth.

Lapszélen: Nichst newes weiss ich zu schreiben, den das yn Sachsen, Meichsen vnd nahent vmbligenden lendern gantz fried ist. In Franckreuch aber vnd Engelland ein gewaltiger krieg.

Címzés: Dem Ersamenn, Namhafftigenn vnnd Wolweysenn Herrnn Johannss Sowentz, Richter der Khöniglichen stadt Leütschaw, meinem günstigenn vnd hochuorhaltenem Herrnn

10/6.

28.

Martin Barth a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1558. május 28.

A szülőknek az életet és az anyagi javakat, a feladatát jól végző magisztrátusnak pedig a lelki javakat köszönhetjük. Ez utóbbit illeti tehát nagyobb hála. Ennek megfelelően a tanács által szabott feltételeknek mindig szívesen fog engedelmeskedni. Belgiumban, Angliában és Franciaországban nagy a háborús készültség, mivel a francia király meg akarja bosszulni az előző évben elszenvedett vereséget. Itt minden békés.

Augusta grauitate Virj, pie, sancte Senatus, quj de diuino nomine nomen habes. Sj parentibus, Deo sic de suo honore dispensante, primus sencundum Deum gradus imperij, dignitatis et authoritatis tribuendus est, multo magis ijs, quorum beneficio parentes suum facere possunt officium. Frustranea enim esset

cura sobolis, nisj parentes per magistratum, quj est quasj visibilis Deus in societate humana, protegerentur. Huc accedit, quod parentes bona corporis tantum vel maxime propagare possunt, magistratus vero animj bona longe praestantiora vel solus augere et conseruare potest. Imo fortunae et corporis bona, quae a parentibus contingunt, non tantum non essent salutaria, verumetiam noxia, nisj per magistratum animj bona ordinatione diuinitus sancita instillarentur et informarentur. Eam igitur pietatem, obedientiam et reuerentiam, quam secundum Deum parentibus meis debeo, V. P. potissimum offero, omnemque honorem, hoc est quiddam solj Deo competens, vobis C. V. dominationis et patribus meis charissimis habeo et tribuo. Agnosco enim Dej in vobis praesentiam, vosque esse organa Dej salutaria, de me optime et in omnem aeternitatem praeclarissime merita omnique venerationi dignissima. Dedico quoque vobis, P. O., omnem omnium meorum studiorum, quem Deus aliquando dabit, fructum. Vestris quoque conditionibus suo tempore stabo, et libentissime vestrae honestissimae voluntatj morem geram. Cum enim magistratuj bene facientj plus quam parentes, summus honos debeatur, et V. P. mihj multo excellentiora, quam a parentibus habentur, beneficia praestiterit, merito hoc gradu dignitatis erit a me colenda. Ad finem hoc subijciendum putauj. In Belgico, Anglia et Gallia infinita est laniena. Nam rex Galliae cladem superiore anno acceptam vlciscj molitur. Sunt autem vtrinque et maximj, et instructissimj exertitus. Hic vero vndiquaque nihil hostile timetur. Postremo precor filium Dej, vt vos, C. V., vna cum republica vestra protegat et seruet. Vuitebergae 28. Maij 1558.

P. V. addictissimus Martinus Bardt

Címzés: Ornatissimis et Clarissimis Viris, Domino Judicj et Senatoribus inclytae vrbis Leutschau, Dominis, patronis suis summa semper obseruantia colendis

10/5.

29.

Martin Barth a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1558. szeptember 12.

Nagy anyagi nehézségei miatt kénytelen a kijelölt időpontnál hamarabb, s ha lehet valamivel több pénzt is kérni pártfogóitól a téli szemeszterre. A városban rengeteg az ember, s így az élelmiszerárak nagyon magasak. A szállásadók barátságtalanok, a tanulatlan emberek pedig különösen nem szeretik a diákokat.

S. P. D. Sj meae tenuitatis et timidae imbecillitatis rationem haberem, nunquam me huic, quasj hybernae nauigationj committerem. Valde enim vereor, ne mea mendica nauicula ad aliquem scopulum periclitetur, et studiorum iacturam fierj necesse sit. Sed fretus vestra, Amplissimj virj, erga me paterna beneuolentia et liberalitate ad portum me foeliciter peruenturum spero. Summa enim et extrema necessitas me quantumuis inuitum praecocem et petacem esse cogit.

Quanta potuj, vel maxime acurata limitatione sumptus fecj parcissimos hoc anno elapso, ne ante iustum tempus male improbus petitor fierem, tamen propter multas easdemque grauissimas causas, quas vestris sapientissimis cogitationibus cogitandas relinquo, hoc symptoma vitare non potuj. Testes esse poterunt ij, quj similem difficultatem in similj negotio expertj sunt, reuerenter igitur R. P. V. summis ardentibus ijsdemque supplicibus contendo precibus, vt sumptus studiorum necessarios aequo animo feratis, et mihj ad futurum hybernale semestre (cum residuj sint pauxillj) plures suppeditare non graueminj. Haec enim vestra pietas et liberalitas pariet immensas vtilitates, de quibus nil attinet me scribere, cum sint ipsa meridiana luce clariores. Haec est certe rerum humanarum conditio, vt non minus doctrinae beneficijs, quam aere carere possint. Quid enim maius, quid salubrius hominj in hac vita contingere potest, quam beneficio doctrinae reformarj ad pristinam Dej imaginem, sine qua vita humana est plus quam ἄνθεα <!> Centaurorum officina. Certe exactissimo calculo, et quanta vnquam potuj, praecisione vestra in me beneficia collata metiar, et non nisij nefario scelere vestra benignitate vel ingratus, vel imprudens abutar. Nam vult Deus gratitudinem praestarj cum propter alias causas, tum vero, vt eum quoque gratissimum et locupletissimum remuneratorem esse intelligamus. Nolens autem et volens cogor esse immature praecox ad petendum. Etsj enim nondum sum eneruatus, tamen, ne in medio cursu cum maximo nocumento mea studia impedirentur, mihj tempestiue prospiciendum putauj. Tanta est nunc in hac vrbe propter frequentiam hominum caritas annonae, tanta difficultas et barbarica morositas hospitum, tanta multorum hominum illiteratorum erga studiosos inhumanitas, vt neque ad momentum temporis hic mihj manendj facultas futura sit, nisj pecuniam in promptu habeam. Ac profecto haec Scylla (quod Deus auertat) esset meorum studiorum exitiosa ἐνάλια <?>. Quamobrem, P. V., cum sciam vobis mea studia, vt patribus meis obseruantissimis serio curae esse, et impendeat incurabilis ruina, et beneficentia vestra vobis Deo iuuante honorifica, et alijs vtilis futura sit, peto, vt hanc petitionem aequj bonique faciatis, et accensa studia vestra bonitate inflammetis. Precor filium Dej, vt sit custos et gubernator vestrj et reipublicae. Vuitebergae 12. Septembris 1558.

P. V. deditissimus Martinus Bardt

Címzés: Clarissimis, sapientia et virtute praestantissimis viris, Domino Judicj et Senatoribus Inclitae vrbis Leutschauu, Dominis et patribus suis obseruantissimis

10/3.

30.

Martin Barth Johann Sowentz lőcsei főbírónak
Wittenberg, 1558. szeptember 14.

Sowentztől már régebben is sok jótéteményben részesült. A bíró saját tapasztalatból is tudja, mennyire nehéz a külföldi diákok helyzete Németországban. Ezért fordul hozzá segítségért.

Pénzre lenne szüksége, hogy felkészülhessen a télre. A korábban kapott összeget nagyrészt könyvekre és más szükséges dolgokra költötte. Itt senki sem ad kölcsön a külföldi diákoknak, mert a lakosságot figyelmeztették, hogy ebből sokuknak már eddig is kára származott.

Meinen gantzwilligen, allzeit vnterthönigsten dienst mitt aller ehr erbittung zufor.

Namhafftiger, ersamer, wolweyser vnd von mir hochuorhaltener Herr Richter, ich vorsehe mich sonderlich alles guttes zu E. W., dieweil E. W. nicht allein gantz wol vnd gründtlich wisse, sondern auch gnügsam erfharenn hatt, ym Deutschen landt wie hoch es von nöthen ist, das man die studia fürdere, damit sie nicht gehindertt würden. Den das ist einem yeden vornünftigen menschen angeborn, das man fürnemlichen fürdern vnd handthabenn sol, was gottes ehr vnd der menschen nötigsten nütz belangett. So kan ya niemandt laügnenn, das man mus studiren, auff das die leer, dadurch gottes ehr vnd der menschen selickeyt gesucht wirdt, recht vorstanden vnd gefasset werde, das man nicht allein leerenn, sondern auch die leer wider des teüfels werckzeug vorfechten kan, auff das die warheyt nicht vortünckele, vnd man des rechten wegs feyle. Dieweil ich aber von Jugendt auff grosse gunst gehabt, vnd viel wolthaten von E. W. entpfangenn, hab ich als ein arme weyss meine zuflucht auch zue E. W. vnd bitt demüttiglich, E. W. wolle mir ein winterzehrung <...> des gmeinen nutz vormügen, zuesendenn, das ich meines studirens mit nutz vnd frucht warthen kan. Denn dieweil ich von dem vorentpfangenem gelt, welchs ich am meisten auff bücher vnd andere nottdurfft gewendett, nicht viel vbrig hab, vnd zu Wittemberg ohn gelt nicht bleibenn kan, bitte ich, E. W. wolle mirs nicht vorargen, das ich so baldt mehr fürderung bitte. Den ich weiss gewiss zu Wittemberg nichst auff zu borgen, wüste auch nicht, wo hinauss, wen ichs nicht zufor schrifftlich anzeugete, damit man dem fürkenne. Es ist newlicht zu Wittemberg ein warnung geschehen an alle bürger, das sie sich hinfort des borgens enthaltenn sollen, dieweil sie von vielen schaden entpfangen, welche sich mit borgen beladenn hattenn. Es weiss auch E. W. auss der erfharung am besten, wie es zugeht mit einem frembden studenten yn Deutschlandt. Denn sol er etwas sonderlichs ausrichten, so mus ers für vnd fürtreybenn, vnd nicht ein zeit anstehenn lassenn, wie da vieleücht geschehenn müste, wen yhn mittler zeit nicht nötige hülff kem. Bitte derhalben E. W. vmb gottes willen, wolle mich nicht lassen durch mangel gehindertt werdenn, den es wirdt meinen studijs mein leben lang schaden. Ich wil mich gewiss mit gottes hülff alle zeit rechtschaffen, treulich vnd fleissig yn meinem studirenn haltenn, das E. W. keinen vorluss noch etwas zu wieder oder vngeschickts von mir erfharenn sol. Damit yn Gottes befelch. Zu Wittemberg den 14. Septembris 1558.

E. N. W. vnterthönigster diener
Martinus Barth

Címzés: Dem Namhafftigenn, Ersamenn vnnd Wolweysen Herrn Herr Hans Sowentz, yztt Richter yn der stadt Leütschaw, meinem günstigen vnd hochuorhalten Hernn.

10/7.

31.

Martin Barth Johann Sowentz lőcsei főbírónak
Lipcse, 1558. október 9.

Hieronymus Preussertől kapott 20 tallért, mégpedig azzal a feltétellel, hogy a tanács azt Preussernek Lőcsén jártakor megadja. Jól tudja, hogy a tanács nem kéri meg majd tőle ezt az összeget, hanem inkább azt akarja, hogy majdan az iskola szolgálatába álljon.

Meine gantzwillige, allzeit vnterthönigste, arme dienst zufor.

Namhafftiger, ersamer vnnd wolweyser Herr Richter. Ich hab vieler vrsachen halben zu E. W. ein guttes zuforsicht vnd sonderlichs vortrawen vnnd vortröstung, das E. W. mich vnd meine studia mitt aller fürderung nicht vorlassenn, sondern zu guttem nütz vnd frücht bringen vnd vorhelffen werde. Darumb ich auch E. W. yn sonderheyt schreibenn wil, wie es vmb mich vnd meine studia stehe. Derhalben thw ich E. W. zu wissen, das ich von dem erbarn Herrn Hieronimuss Breyser zu Leipzig tzwantzig thaler entpfangen hab, zu enthaltung meines studirens, mitt diesem ausdieng vnd gstalt, das er solche obgemelte zwentzig thaler von einem ersamen Radt yn der Leütsch entpfangen solte, vnd bezalet werdenn, so bald ehr yn die Leütsch keme. Ich bitt aber erstlich, das man mir solchs nicht vbel dewten wolle, denn ich habs aus grosser nott, gfhar meines studirens zu forhütten, gethan, vnd darzu ist mir solch wolthat vnd gelts fürstrecken, von diesem Herrn Hieronimuss Breyser selbst angetragen vnd chriesstlich angeboten worden etlich mahl. Da hab ich solch grosse guttwillikeyt, grossen vnd trewen dienst nicht vergeblich für vber gehenn lassenn wollen, denn ich weiss, das man von mir nicht gelt, sondern ein vormügen, andere lewt zu lernen gewarthe.

Derhalben ist mein andere trewe vnd demüttige bitte, das E. W. diesem Herrn Hieronimuss Breyser die entpfangenen vnd mir fürgereichten zwantzig thaler nicht beschwärlich erstatten wolle. Denn ich bitte vnd beger von got, das er mich straffen soll, wo ich nicht mit dem gelt fürsichtig vnd seer karch vmbgehe, vnd also studire, das ich meinem vaterlandt woll dienen kan. Auch wil ich an dem gelt gnügsam haben mitt gottes hülff, biss auff Johannis ym sommer. Damit befelch ich E. W. vnserm Herrngot. Eilendt geben zu Leipzig den 9. Octobris 1558.

E. N. W. willigster diener Martinus Bardt

Címzés: Dem Namhafftigenn, Ersamen vnnd Wolweysenn Hern, Herr Hanns Sowentz, Richter der stadt Leütschau, meinem besonder günstigen vnnd hochuorhaltenenn Herrnn

10/4

32.

Martin Barth a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lipcse, 1558. október 9.

Igen nagy anyagi nehézségekkel küszködött, amikor Hieronymus Preusser Lipcsébe hívta őt, s a szokásos feltételekkel, tudniillik hogy a tanács majd Lőcsén jártakor visszafizeti neki a pénzt, kölcsönadott számára 20 Joachim-tallért.

S. P. D. Ornatissimj virj, Dominj patresque mej mihj secundum Deum vnice obseruandj. Cum omnia vndiquaque meis studijs minitarentur, plus satis noxium impedimentum et nociturum toto vitae meae curriculo, de depellente periculum medicina ita fuj sollicitus, vt nihil supra. Interea dum sic fluctuarem ardentibus sollicitudinibus, et percitus timore periculj totus concuterer, miseria et iactura paulo post omnino necessario facienda facta precatione effugium periculj diuinitus ostensum est. (Refero enim ad prouidentiam Dej singularem, cum nullum beneficium casu contingat.)

Nam hic honestissimus vir, Hieronimus Preyser vocitans me Lipsiam (quod sine vllo detrimento meorum studiorum, et sine aliquo, vel aliquo modo saltem magno sumptu factum est) sua liberalitate benignissime adiuuit. Nam propter multas easdemque grauissimas causas in vsum studiorum meorum dedit mihj vigintj joachimicos, cum hac conditione, vt, sicut antea in similj casu factum est, a Leutschouiensj senatu ej fiat solutio, quamprimum isthuc venerit.

Toto igitur pectore oro V. P., vt huic Hieronimo Preyser satisfacere, et mihj, quj in hoc negocio fuj timidus audaculus, ignoscere non graueminj. Inuoco enim Deum, vt sit testis huius meae actionis et scriptionis, et sancte fidem do me nil nisj rectissima et V. P. maxime placitura, ardentissime facturum. Nec plura pollicerj, sed plura facere gestio, imo flagro et ardeo. Precor filium Dej, vt sit custos et gubernator V. P. et reipublicae.

Properanter datae Lipsiae, vbj vnum tantum dimidium diem moratus sum, quj erat nonus Octobris 1558.

V. P. addictissimus
Martinus Bardt

Címzés: Clarissimis et prudentissimis viris, Domino Judicj et Senatoribus inclytae vrbis Leutschau, Dominis Moecenatibus suis praeclare meritis

A tanács megjegyzése: Acceptae 18. Nouembris

10/8

33.

Anton Platner a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1559. március 17.

A tanácstól ugyan már kapott pénzt tanulmányainak finanszírozására, de ez az összeg a teljes évre kevés lesz. Kéri, hogy pártfogói kérjék ki tanulmányi ügyekben járatos emberek véleményét, s küldjenek számára valamilyen segélyt. A dán király, aki az egyetemmel és annak professzoraival kapcsolatban komoly érdemeket szerzett, ez év elején meghalt.

S. D. Maxime optarim, Dominj et Patronj Ornatissimj, in eiusmodj loco res meas sitas esse, vt non amplius studiorum meorum auxilium et promotionem a vobis uel alijs emendicare mihj opus sit. Ac profecto (vt uere dicam) mendicationis huius me dispudet, cum eo vsque aetatem peruenerim, qua non ab alijs iam iuuarj, sed ipse meo labore et industria mihj ad vitam necessaria comparare debeam, et potius non mediocrem ex studijs meis fructum in amicos, patriam et multos homines promanare ac redundare aequum sit, quod fortassis Deo iuuante factum fuisset, si in eo, quod mihj certo proposueram (modo per uos licuisset), perrexissem. Quia uero praeter spem et omnes cogitationes meas ipsi vltro liberalitatem et beneficentiam uestram ad promouenda studia mea mihj obtulistis, quam plane reijcere mihi certe non erat integrum, hac me consolatione erigo illud mihj non futurum probro aut dedecorj, uobis etiam hanc mendicationem meam non molestam. Etsi autem nondum sumptibus destitutus sum, cum iam primum a vobis recentem acceperim pecuniam, tamen quia omnibus rationibus exacte subductis istam pecuniam per annum mihj non sufficere perspicio, nec aliam viam seu rationem, qua me hic sustentem, vllam reperio, nisi hoc uel studiorum meorum impedimento et incommodo, uel certe incolumitatis meae iacturae et vitae etiam periculo fiat. Ideo uos praemonitos atque uehementer oratos uelim, vt ipsi pro uestra prudentia decernatis, atque etiam ab illis, quj expertj sunt, et dextre iudicant, quid studja honesta sectantj opus sit, inquiratis, et cum id, quod plus est, vltro mihj obtuleritis, etiam id, quod minus est in me conferre non graueminj, alioqui enim, si alterutrum ex iam praedictis duobus malis eueniat (vt ipsi iudicare potestis), expectationj uestrae de me et promissionibus meis satisfacere difficulter possum. Hanc meam epistolam vt paterno animo legatis, uehementer oro.

Nouarum rerum, quod quidem esset certum, nihil habeo praeterquam, quod initio huius annj rex Daniae de schola et professoribus Vittebergensibus optime meritus, pie in Christo obdormierit. Jam uos Deo optimo maximo, me uero atque studia mea vestrae liberalitatj humiliter commendo. Datae Vittebergae 17. Martij Anno 1559.

Antonius Platner

Címzés: Clarissimis Viris, Virtute et prudentia praestantibus, Domino Judicj et Senatoribus Reipublicae Leutschouiensis, Dominis ac Patronis vnice colendis

A tanács megjegyzése: Cepimus den 5. Julij Antoni Barth

8/5

34.

Martin Barth Daniel Türcknek
Wittenberg, 1559. április 15.

Kéri, hogy pártfogója, aki őt annak idején az egyetemre küldte, eszközölje ki számára a teológiai és egyéb stúdiumok folytatásához szükséges pénzt, s azt minél hamarabb küldje Wittenbergbe. A lipcsei Hieronymus Preussertől a tanács nevében megpróbált ugyan kölcsönkérni, de reményeiben csalódnia kellett. Az itteni – egyébként rendkívül kapzsi – polgárok közül sem ismer senkit, akitől kölcsönkérhetne. A magas kamatok miatt így is két-háromszoros összeget kell majd hitelezőinek visszafizetnie.

Epaminondam aiunt parta victoria Leuctrica dixisse se omnium laborum fructum hunc capere maximum, quod parentes suae gloriae spectatores haberet. Hac voce ex intimo sensu optimae naturae prolata monet omnem nostram vitam eo referendam esse, vt ijs, quibus plurimum gratitudinis debetur, maxime probetur. Nihil enim est iustius, quam ad eorum voluntatem omnes actiones dirigere, a quibus honestam viuendj rationem accepimus. Itaque, cum sis pater studiorum meorum, et a te missus sim in academiam, omnj contentione ingenij perficere conabor, vt mea tibj studia et mej mores placeant. Ac peto a te, vt aequo animo mihj sumptus ad colenda doctrinae coelestis et aliarum artium studia necessarios impetres, et quamprimum transmittas. Nam cum vere egens Lipsicum Hieronimum Preyser nomine senatus compellassem de mutuanda pecunia, etiam spe potiundj decidj. Nunc iam prorsus sum eneruatus, nec scio quempiam ciuium (vsque adeo sunt durj), quj mihj crediturus sit aliquid. Quod si id, quod parum spero, mihj contigerit (cum ciues Vuitebergenses suis cotylidonibus tanquam polypj triplicare et quadruplicare bene sciant), dupla, aut fere tripla proportione sumptus necessario fient. Haec certe discentem non mediocriter remorarj possunt, quod ut secum reputet V. P., enixe oro. Nam ego scribo id, quod res est, et sj non adiutus fuero, nescio, quid faciam. Quare, cum omnis fructus studiorum, quj ad T. P. propemodum jure pertinet, tantopere sit periclitaturus, oro summopere V. P., vt mature succurrat, et studiorum fructum ab impendente tempestuoso interitu vindicet.

Id ego, quibuscumque licebit officijs, per omnem vitam meam ostendam fuisse mihj gratissimum. Denique V. P. Deo commendo. Vuitebergae Idibus Aprilis 1559!

Martinus Bardt

Címzés: Clarissimo viro, Doctrina, virtute et sapientia praestantj, Domino Danielj Turck administrantj Rempublicam Leucouiensem, Domino Patrono suo colendissimo <...>

A tanács megjegyzése: Petit iuuari studio sumptibus

10/9

35.

Martin Barth a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1560. március 15.

Köszönetet mond a tanács ugyanezen napon megkapott leveléért, s engedelmeskedve kérésüknek röviden beszámol tanulmányairól. Noha bizonyos, a teológiát érintő filozófiai stúdiumokat is folytatott, leginkább mégis magával a teológiával foglalkozott, amint azt tőle egyértelműen megkívánták, amikor Wittenbergbe küldték. Ebből könnyen lehet későbbi terveire is következtetni. Három nap múlva néhányan útra kelnek Bártfára. Velük juttatja el Leonhard Stöckelhez részletes beszámolólevelét, aki majd továbbítja azt a tanácsnak. A tanács megbízásának engedelmeskedik.

S. P. D. Primum reuerenter et officiose gratias ago domino judicj et senatoribus pro datis ad me literis, deinde ut honestissimae vestrae voluntatj morem geram, de tota ratione studiorum meorum paucis respondebo. Etsj hactenus in aliquot philosophiae partibus, necessarijs ad doctrinam ecclesiae recte cognoscendam, degustandis sim versatus, tamen praecipuum meum fuit studium theologia, nam id expressa conditione lingua nuncupatum est, cum Vuitebergam mittendus essem. Quantum vero profecerim in eo studio, ego nescio, sed hoc scio, quod laborauerim id approbante mihj mea conscientia. Hinc ergo, quid animj habeam, facile est conijcere. Quia vero res omnium maxima est, quae mouetur, et mihj eodem die statim, quo accepj vestras literas, rescribendum fuit, nihil praecipitanter, sed decenter agendum statuj. Atque in hanc partem eo facilius inclinauj ideo, quod certus sim quosdam hinc Bartpham profecturos post triduum. Scribam igitur cum illis ad uos de toto negocio cum deliberatione realj, literasque meas Leonarto Steckel commendabo, vt illinc isthuc transmittat. Laudo autem et probo vestram in hoc negocio tractando prudentiam, quod me praemonueritis. Hinc enim apparet cura relevos <!> serio adficj.

Caetera, quae requiruntur vestrae prudentiae, committo et precor filium Dej, vt vos vna cum republica vestra clementer protegat et gubernet. Vuitebergae raptim datae 15. Martij 1560.

V. P. deditissimus
Martinus Bardt

Címzés: Clarissimis Viris, Virtute et prudentia praestantibus, Domino Judicj et Senatoribus inclytae ciuitatis Leutschau, Dominis Patronis suis praeclare meritis

10/10

36.

Paul Eber a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1560. október 12.

A törökök és a moszkoviták fenyegetése miatt nagy szükség van képzett prédikátorokra. Martin Barthot ezért ajánlja a lőcsei lelkipásztori tisztségbe, aki a nyelvekből és a teológiából sikeres vizsgát tett Wittenbergben.

Gottes gnad durch vnserm Heiland Jhesum Christum, sampt meinem geringen vnd bereiten dinsten zuvor.

Erbare, fursichtige, weise, gunstige Herren. E. E. W. wissen, das die schrifft, darinn sich Gott gnediglich geoffenbaret hat, bedes verkundet, das zu den letzten zeiten der welt vil grössere vnruhe vnd zerruttungen der regiment sein werden, denn zuvor gewesen sein, vnd das ihm Gott gleichwol furvndfur biss an das ende der welt eine kirche durch sein wort im menschlichem geschlecht samlen vnd erhalten woll wider alle pforten der hellen, welches wir vns trosten mögen itziger zeit, da wir die grausame verwustungen mit schmertzen anschawen, welche in Vngern durch die türckische vnd in tiefländ durch die moschowitische Barbarey gemacht werden, vnd villeicht vmb vnser grossen sund vnd vndanckbarkeit willen durch Gottes verhengniss weiter fort gehen vnd schaden thun möchten. Dennoch sollen wir wissen, das an den orten gewisslich Gottes volck vnd kirch ist, da sein wort rein gepredigt vnd bekant wirt. Daselbst ist vnd wonet Gott, gibt ewige gerechtigkeit, freud, leben vnd säligkeit, erhöret gebet vnd will auch eusserliche plagen vnd leibliche straffen lindern vnd in seinem zorn auch an seine barmhertzigkeit gedencken. Darumb thun E. E. W. christlich vnd wol, das sie in solchen betrübten zeiten sich zu Gottes wort halten, dasselbe helffen pflantzen, furderen vnd sich bemuhen, das sie ire kirchen mit wolgeschickten predigern bestellen mögen, vnter welchen auch diser Martinus Bart nutzlich mit Gottes Hulff wirt dienen können, denn er in sprachen gute geschicklicheit hat, so hat er in examine löblich respondirt vnd ein christlich bekentniss gethan. Derwegen wir E. E. W. disen ihren Burgersson bevelhen vnd bitten Gott den allmechtigen, das er in mit seinem Heiligen Geist lehren, erleuchten, regiren, sterken vnd helffen wöll, das er zu Gottes ehre vnd viler leut seligkeit nutzlich dienen möge. Wolle auch E. E. W. sampt der löblichen gemein vnd kirchen zur Leutsch genediglich schützen vnd erhalten wider der Turcken vnd Tartarn wüterey. E. E. W. wolle mir auch diss mein vngeschickt schreiben gunstiglich zu gut halten. Datum Witeberg, am 12. Octobris des 1560. Jars.

E. E. W. williger Paulus Eberus
pastor Ecclesiae Vuitebergensis.

Címzés: Den Erbaren, Fürsichtigen vnnd weisenn Herren Richtern vnnd Rath der Könklichen Freystatt Leutschaw, meinen gunstigen Herren.

A tanács megjegyzése: Commendation Martinus Bardth a pastore Viteberg

2/12

37.

Gregor Topscher Hieronymus Preussernek
Wittenberg, 1562. december 30.

A könyvkötő Moritz Müller, akivel Wittenbergbe utazott, arról tájékoztatta a lőcsei tanácsot, hogy Topschernek nem kell sok pénzt adniuk. Wittenbergben ugyanis van egy bizonyos Hans Kanzler, aki szükség esetén tud kölcsönadni. Mivel a lőcsei főbíró ismerte Kanzlert, megbíztak benne. Így kevés pénzt adtak neki, annál is inkább, mert nem volt biztonságos az utazás. Beszerezte a tanulmányaihoz és az ellátásához szükséges dolgokat, sőt néhány könyvért még adós is 9 tallérral. December 13-án megkereste Kanzlert, hogy kölcsönkérjen, míg a tanács az említett könyvkötővel újra pénzt nem küld neki, de hiába. Nagy szüksége van azonban pénzre, így Preusserhez fordul segítségért, akinek iránta való jóindulatát Szent Mihály napján már tapasztalhatta. Három nappal az ünnepek előtt elfogyott a tűzifája, s Kanzlertől akart kölcsönkérni, hogy vehessen magának. Kanzler megtagadta a segítséget. Egy görlitzi diáktársa segítette ki 1 tallérral. Preussertől 20 tallért kér kölcsön, hogy tartozásait kifizethesse, a maradékot pedig az ellátására fordítsa.

Mein freundlichen grus vnnd willige dienst zuuor.

Es hat der buchbinder Mauritius Müller, mit dem ich heraus gezogen bin, meine Hern (wie er mir solches selber gesagt hat) überedt, es sey nicht vonnötten, das sie mir viel gelt mit geben, denn er wisse einen fromen vnnd ehrbaren man zu Wittemberg, mit namen Hans Canzler, der mir, wenn es vonnötten sein wirt, gelt leyhen werde, so viel ich zu meinen studien bedurffen werde. Auff solche seine wort haben sich meine gunstige Hern in der Leusch, fürnemlich, weil der Herr Richter den selbigen Hans Canzler, alhie wonhafftig, kennet, verlassen vnnd mir desto weniger gelt mit geben, zu welchem auch das vrsach gab, das man sagte, es wer vnsicher heraus zu zihen. Weil ich nu mein gelt alhie zu Wittemberg für solches, was mir zu meinen studiren vnnd auch zur leiblichen nottürfften vonnötten gewesen ist, ganz vnnd gar ausgeben hatte, also das ich noch für etliche nottwendige bücher bey 9 taler schuldig bliebe, redet ich den guten man Hans Canzler an, am 13. Decembris, vnd fragte ihn, ob er seines gelts so lang enpern, vnd mir von den selben fürstrecken kündte, biss mir meine gunstige Hern auff das zukünfftige iar mit dem gemelten buchbinder wiederumb gelt schicketen? War auch verhofft, er würde ja dazu sagen. Aber was geschicht? Er antwortet mir also: Es sey ihm izunt ein solcher handel fürkomen (davon ich dan auch ein wenig gehöret hab), das er mir solches nicht gewiss kan zusagen. Es darff sich wol zutragen, spricht er, das ich selber gelt werde müssen entlehnen.

Weil ich aber, mein lieber Herr Hieronymus, nicht vngewiss, sondern gewiss alhie mit gelt versorgt sein soll, welches mir am höchsten vonnötten sein würde, wenn mich Gott etwan mit einer kranckheit besuchen solt, hab ich von stundt an gedacht (weil ich am nechsten, do ich auff Michaelis bey euch war, ewer gutwilligkeit vnnd geneigtes Herz gegen mich erkant hab), zu euch zuflucht zuhaben, denn so yhr mich verlasset, so bin ich, weil ich sonst kein bekanten hab, von iederman verlassen. Bitte euch derhalben vleissig als meinen gunstigen Hern vnnd freundt, so es euch zuthun vnnd vnbeschwerlich ist, yhr wollet euch meiner

erbarmen vnnd mir so lang gelt fürstrecken, biss mir entweder meine Hern gelt heraus sicken, oder yhr selbs etwan hierin zihet vnnd dasselbe von ihnen wieder empfangen.

Solches vmb euch in allen guten zu uerdienen, will ich, mein lieber Herr Hieronyme, allezeit bevlissen sein, wollet mir derhalben, so es auch vnbeschwerlich ist, mit diesen boten ein freündtliche antwort schicken, ob yhr mir, wie ich denn verhoff, etwas leyhen wollet, damit ich gewiss weiss, ob ich auff den nechsten marck zu euch komen soll, oder nicht. Was aber meine Hern belanget, ob es ihnen gefallen wirt oder nicht, darumb wollet yhr, mein Herr Hieronyme, vnbekumeret sein. Denn ich vnd der Ehrbar man, Hans Canzler, alhie wonhafftig (dem es auch wolgefelt, das ich euch ansprech), werden ihnen izunt noch ewren marck davon schreiben, das sie es wol zu frieden sein, vnd auch dazu, wann yhr zu ihnen komet, für solchen dienst vleissig dancken werden, mit erstatung des gelts, das yhr mir gelihen werdet haben.

Die vorgehenden wort alle hab ich geschrieben etwan acht tag fur den fewertagen. Izunt aber will ich noch darzu schreiben, wie mirs mit dem guten Hans Canzler gehet. Es hat sich zugetragen, das ich drey tag für den fewertagen kein holz gehat hab. Bin derhalben hin gangen zum Hans Canzler, vnd hab ihn vmb gelt angesprochen, das ich holz kauffen möchte. Er aber sagte, er hab kein gelt, so ers doch gnug hat gab mir nichts, das ich also drey ganzen tag on holtz war vnnd muste in einer kalden stuben sizen. Het auch die ganzen fewertag müssen, wie ein hundt erfrirhen, wenn mir nicht meiner tischgesellen einer von Gerliz ein taler gelaühen het.

Doraus kan ich nu wol erkennen, das ich mich auff den Canzler hinfurt nicht verlassen darff, derhalben bitt ich euch vmb Gottes willen, mein lieber Herr Hieronyme, yhr wollet euch meiner erbarmen vnnd mir auffs ehest yhr könnet, mit einem gewissen boten schreiben, ob yhr das gelt schicken wollet, oder es ich selber darnach komen soll. Wenn yhr mir 20 taler izunt leihen könnet, es wer mir wol vonnötten, das ich zum teil die schuldt abzalete, vnnd das andere auff zerhung behilt.

Auff euch, mein Herr Hieronyme, steht all mein hoffnung nach Gott, ich hoff, yhr werdet mich nicht verlassen. Hiemit befelh ich euch dem almechtigen Gott. Datum zu Wittemberg den 30. tag Decembris im 1562 Jar.

Gregorius Topscher
aus der Leutsch
E. H. dienstwilliger allezeit

Címzés: Dem ehrbaren Hern Hieronymo Preisser, wonhafftig zu Leipzig, meinem günstigen Hern vnd Freundt zu handenn
Leipzig

22/6

38.

Gregor Topscher a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lipcse, 1563. január 3.

Azért kapott kiutazásakor olyan kevés pénzt, mert Moritz Müller azt mondta a tanácsnak, hogy a wittenbergi Hans Kanzler anyagi segítséget tud majd Topschernek nyújtani, amíg otthonról újabb összeget nem kap. Ezért Topscher Lipcsében Moritz Müller jelenlétében 20 tallért adott át Kanzlernek megőrzésre, hogy szükség esetén Topscher rendelkezésére bocsássa, esetleg még kölcsönözzön is neki. Kanzler azonban nemhogy kölcsönadni nem akar, de csak 10 és fél tallért adott vissza, mondván, a többit megtartja a kosztért és a könyvkötetésért. Hieronymus Preussernek küldött Lipcsébe egy levelet, melyből kitűnik, hogy Kanzler még tűzifára sem volt hajlandó adni néhány garast. Így az ünnepek alatt 2–3 napig hideg szobában lakott. Egy görlitzi diáktársa segítette ki 1 tallérral. Mivel tehát látta, hogy Kanzlerre nem számíthat, írt Preussernek Lipcsébe, s kért tőle 20 tallért. Preusser kedvező válaszát nem kapta meg, így újév napja után elment Lipcsébe, hogy személyesen tudakolja meg, kölcsönözee neki Preusser. Preussertől azzal a feltétellel kapott 12 tallért, hogy a tanács azt magyar aranyban adja meg majd neki. Kéri a tanácsot, fizesse meg a kölcsönt Preussernek, és együttal küldjön is vele pénzt, amiből Wittenbergben kifizetheti tartozásait. Ha negyedévenként így kell pénz után futkosnia, sok lesz a tanulmányi mulasztása.

Mein freundtlichen gruss vnnd willige dienst zuuor.

Ehrsamer N. W. Herr Richter vnnd N. weisen hern alle. Ehrsamer, namhafftiger, weiser Herr Richter vnd namhafftige, weise hern alle. E. N. W. weis wol, das mir in meinen auszug darumb so wenig gelt mit gegeben worden ist, weil der Mauritius Müller zu E. W. gesaget hat, das mir der ehrbar Hans Canzler, zu Wittenberg wonhafftig, meiner notturfft noch gelt fürstecken vnnd leihen kan, so lang, biss mir E. N. W. mehr gelt heraus schicken wirt. Darumb ich auch dem selben Hans Canzler, in gegenwertigkeit des Morizs zu Leipzig 20 taler vertrawet vnnd zu behalten geben hab, der hoffnung, er werde mir mein gelt zu meiner notturfft ganz vnd gar wieder geben, vnnd darzu auch, wo es die nott erfodern würde, mehr gelt leihen. Aber der gute Hans Canzler will mir nicht allein kein gelt leihen, sondern hat mir auch von meinem gelt nur 10 1/2 taler herauss geben, vnnd das andere für den tisch vnnd binderlohn eingehalten. In summa, wie er mit mir handelt, vnnd wie er für mich sorget, das wirt E. N. W. klerlich genug finden in dem brieff, welchen ich dem Herr Hieronymus Preysser gen Leipzig geschrieben hab. Denn er war nicht so barmherzig, das er mir nur etlich groschen auff holz geben hette, sondern liess mich für den fewertagen 2 oder 3 tag in einer kalden stuben sizen, vnnd ich hette auch die ganzen fewertag über, in der grössten kelt, kein warme stuben gehabt, wenn mir nicht mein tischgesell, einer von Gerlitz einen taler auff holz gelaihen hette. Weil ich nu sehe, das sich der gute Hans Canzler meiner gar nicht erbarmen wolt, gedacht ich auch hinfort meine hoffnung auff ihn nicht zu sezen, vnnd schrieb einen brieff gen Leipzig an den Herr Hieronymum Preysser, in welchem ich von ihm (wie E. N. W. solches in denselben brieff finden wirt) 20 taler begerte, damit ich zum teil die schuld alhie bezalen, vnnd von den andern mich erhalten möchte, biss mir E. N. W.

wiederumb gelt herauss schicken würde. Auff solchen meinen brieff hat er mir zwar ein freundtliche antwort geschrieben, aber der fuhrman hat mir den brieff nicht überantwortet. Derhalben hab ich nach dem Newiarstag in der grösten kelt selber müssen gen Leipzig zihen, damit ich gewiss erfahren möchte, ob mir der Herr Hieronymus Preysser etwas leihen will oder nicht. Vnnd wie ich zu ihm komen bin, hat er mich freundlich empfangen, vnnd mir zugesagt, 12 taler zu leihen vnnd auch den andern tag hernach geben, mit dem geding, das ihm E. N. W. für dasselbige gelt vngarische gulden geben soll. Bitt derhalben vntertheniglich vnnd vleissig, E. N. W. wolle ihm solches gelt, on allen verzug, mit sonderlichem danck wieder erstatten, damit er ein andermal E. N. W. vnnd mir in gleichen fall zu dienen vnbeschwerlich sey. Darnach bitt ich auch vleissig, E. N. W. wolt mir mit dem Herrn Hieronymus Preysser wiederumb gelt herauss schicken, von welchem ich meine schuld alhie bezalen, vnnd auch hinfort davon zehren möchte. Denn werde ich alle viertel iar vmb gelt sorgen vnnd hin vnd her zihen sollen, so werde ich in meinem studiren nicht ein wenig verseumen müssen. Ich bin der hoffnung, E. N. W. wirt mich also versorgen, das mein studiren (wie mir solches E. N. W. hat zugesaget) gefördert, vnnd nicht verhindert werden wirt, für welches mich E. N. W. nicht vndanckbar, sondern allezeit danckbar erfinden wirt. Hiemit befehl ich E. N. W. dem almechtigen Gott. Datum zu Leipzig, den 3. tag Januarij im jar nach Christi geburt 1563.

Gregorius Topscher E. N. W. vntertheniger,
williger diener allezeit

Címzés: Dem Ehrsamen, Namhafftigen Weisen Herr Richter vnnd Rath der stadt Lewsch, meinen günstigen Hern zu handenn.

Lewtschaw

A tanács megjegyzése: Topscher Gregorius scribit Witeberga

22/7

39.

Gregor Topscher a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1563. április 1.

Németországban, Ausztriában, Csehországban és másutt is pestisjárvány dúl. Nürnbergben az elmúlt évben három hónap alatt 5400-an haltak meg. Wittenberg környékére is betört a járvány. Ha a várost is eléri, a professzorok szokásukhoz híven Torgauba vagy máshova költöznek, s ott tartják meg előadásaikat. Neki azonban nincs pénze, hogy kövesse őket, így el kell mulasztania az órákat. Kéri a tanácsot, hogy amilyen gyorsan csak lehet, küldjön neki pénzt. Abból a 12 tallérból, amit Hieronymus Preussertől kapott kölcsön, könyveket és a tandíjat kellett kifizetnie. De még így is tartozik könyvekért és papírért 5 tallérral. Ehhez jön még az éppen esedékes szállás- és kosztköltség. Annak idején csak annyi ruhát hozott magával, ami rajta volt. Új öltözékre nincs pénze, de a régi javíttatására sem futja. A városban egy másik betegség is felütötte a fejét, mely szintén lehet halálos. Aggódik azért, hogy ha ő is megbetegedne, vajon ki segítene rajta, hiszen megfizetni nem tudja. Itt még azt sem látják el

szívesen élelemmel, akinek pénze és famulusa van, aki még a beteg szobájába is beviszi az ételt. Kéri a tanácsot, hogy ne haragudjon rá, de ösztöndíja nagyrészét könyvekre kellett kiadnia. Reméli, hogy a jövőben, hacsak nem lesz nagy drágaság, kevesebből is ki tud jönni.

Mein freundlichen gruss, vnterthenige vnnd willige dienst zuuor, Her Richter Namhafftiger weiser Herr vnnd Namhanfftige weisen Hern alle.

Wen wier, ehrsame, namhaftige, wolweyse vnndt grosgünstige Herrnn die wolthaten Gottes erstlich zue gemütt fieren vnndt bedencken wollen, müssen wier nicht allein bedenckenn, von wem, sondern auch durch wem vnns solche wolthaten widerfahren sindt. Derhalben, wiwol ich ja erkennen vnndt bekennen muss, das es ein sonderliche wolthat vnndt schickung Gottes sey, das ich, der ich mich sonst auff wenig hulff trösten vnndt verlassen kann, gleichwol mitt E. E. N. W. verlegung an dieses ortt kommen bin, da es nicht wol müglich ist, ohne gelt zue bleyben. Doch kan ich auch nicht vergessen der Mittel, durch welche mihr solcher zerpfennig ausgespendet worden sey, nemlich E. E. N. W. als emptlichen, welche mich armen vnndt ietzundt fast von allen verlassenen Jüngling bis her

verleget vnndt mihr solch stipendium vergünnet, auch mich vor gutt vnndt tichtig dazue geachtet haben. Von deswegen danck ich nicht allein Gott, dem himlischen Vatter, der tausent mittel vnndt weg weiss, denen die auf ihn ihr zuefersicht haben zue helffen, sondern bitt ihn auch, das er E. E. N. W. vnndt alle derselben mitgenossenn, durch welche mihr solche woltaten widerfahren sindt, widrumb reichlich segnen vnndt mit allerley güttern vnndt gaben vberschitten wölle, auch mihr gnade verleyen, das ich meine danckbarkeitt, die ich E. E. N. W. schuldig bin, mitt der that ein mahl beweysen möge. Vnter des aber wiell ich der selben E. E. N. W. wolthaten alzeit im frischen gedechtniss behalten vnndt so oft ich alhie, es sey ein bissen oder trunk, in mundt nehmen werde, darneben mit aller danckbarkeit bedencken, das ich solches nechts Gott, dem almechtigen, dem ich alles heimzustellen schuldig bin, E. E. N. W. zue danken hab. Damitt aber E. E. N. W. auch von meinen thuen ein wenig einen kurtzen bericht haben möchte, thue ich E. E. N. W. zue wissen, das ich, Gott lob vnndt dank, den 2. Julij frisch vnndt gesundt alhier ken Wittenberg ankommen bin, das ich auch, so lang es Gott gefellt vnndt die gelegenheit geben würde, verharren in willens gewesen bin. Aber in meinen abwesen hatt sichs alles in grundt so verkeret, das ich auch, wen ich schon gern wolte, alhie nicht bleiben kann, den das ich am Essen vnndt trincken anfang, so hatt meine Wirtin, bey welcher ich ein lange Zeytt gewesen bin, den 3. Augustj den studenten, die sie bisher gespeyset hatt, den tisch aufgesagt vnndt nicht mehr speyset, auch nicht speysen will, ob sie es schon gerne thuen wolte, den es ist alles so teyer wordenn, das man sich nicht gnugsam verwundern kann, da man fier einem Jhar ia nicht so lang ein scheffel oder kübel Kornn hatt vmb 9–10 groschen oder aufs teyers vmb einen halben thaller gekauft, muss man ietzundt ein thaller dafier geben, ia man kan es schier nicht dafür bekommenn, die leut reissen den beckern das brodt heiss aus dem Offenn, das sie nur den hunger stillen können. Welches alles der teüflische geitz des Fürsten macht, den er die Bürger gar zue sehr plaget, schindt vnndt schabet mit den steyer vnndt schatzgeltgebenn. Nach dem mihr aber meine alte Wirtin den tisch hatt aufgesagt, hab ich nicht gewüst, wohin oder was ich machen solt, bin derhalben zue der Fraw Magisterin gangen, die den Conradum gespeyset, vnndt sie angesprochen, sie wolle mich an ihren tisch nehmen, weil ich sonst nirgendt hin wüste, auch keine hulf vorhanden wahr, sie aber gab mihr spöttische antwort darauf, sie wer vom Conrado nicht bezahlet, solt sie den mihr auch noch borgen, so würde die schuldt sehr aufsteigen, sie kan vnndt mag ihr nicht mehr schulden auf den hals laden. Sondern wofern ich gelt zue vor angebe, wolt sie mich speysen, wo nicht, wüst sie vnndt köndt auch nicht mich ahn ihrem tisch speysen. Diweil ich aber mein gelt, das ich mitt mihr genommen hatte, schon anders wohin ausgeben vnndt den leutten, den ich zue thuen schuldig bin gewesen, hab bezahlen müssen, also das ich fast nichts behalten hab, den es gehet gar zue viel auf, kan auch mitt dem stipendio ietziger zeitt alhie nicht allein, sondern auch anderswo nicht auskommen, wo mihr nicht mehr dazue geschickt wirdt, es sey von den meinigen, oder ia das durch Gottes vorsehung anderswoher etwas dazue komme.

Nach dem allen bin ich zue dem Herrn Magistrum Othonem gangen, vnndt ihn angesprochen, er wolte mihr doch hirinnen einen Radt gebenn, wie ich ihm thuen möchte oder ia wolte mihr etwas an gelt firstreken vnndt behülflich sein, damit ich an den tisch köndt kommen. Darauf er mir den kurtz geantwortet hatt, er hette kein gelt, wie auch dem also ist, den er selbst teglich muss vil gelt ausgeben, damit das Opus verfertiget möcht werdenn, sonst wolt er mihr gar gern firstrecken. Idoch hab ich ihn kaum vberreden könnenn, das er fir mich ist bürge worden bey dieser Magistrin, das sie mich speysen wolle, biss auf das neye Jhar, vnndt wo ich vnter diesem gelt bekome, wolt sie mich weiter speysenn, wo aber nicht, köndt sie mich nicht an dem tisch behaltenn, wo ich nicht zue vor bezalte, den sie müste gelt haben, vnndt köndt nicht mehr borgen, diweil sie Conradus so lang aufgehaltenn hatt.

Was soll ich denn thuen? Soll ich dafon lauffenn? Nein, das will ich nicht thuen, sonder will diese kleine Zeitt lang gedult tragen, vil leicht wirdt es besser werdenn, wie ich doch nicht verhoffe, wirdt es aber nicht besser, vnndt ich vnter der Zeitt nicht gelt bekom, das ich diser Magistrin geben kan, damit sie mich lenger bey ihr behelt, weiss ich warlich nicht, wie ich ihm thuen soll. Wolt auch schier wuntschen, das ich mein tag auf dises Ordt nicht kommen wehr, diweil ich solche nachrede von eines andern Magen hören vnndt einfressen muss, das es mihr im hertzen weh thut, ia muss auch schier des tisches endtberenn etc. Exitus acta probabit, es soll nicht lang anstehenn.

Weil denn dem also ist, kann E. E. N. W. meines hertzen bekummernis wol weissagen, vnndt gar wol erachten, wie mihr zue gemütt sein muss, der ich schier ein bissen nicht ohne schmertzen in mundt steken kann. So ist derhalben mein vnterthenige, fleissige, emsige bitt, das E. E. N. W. mein höchstes anligen bedenken, mihr darin behülflich vnndt vorderlich sein wöllen vnndt als balt das gelt, das mihr von meinem Erbtheil noch zustehet, erleget wirdt verschaffen, das mihr 30 thaller oder wen es sein kan, mehr herauss dafon geschikt möchten werdenn, es sey, mitt wem es wölle, doch damit es fier den Neyen Jahr geschehe, denn biss auf diese Zeitt hab ich an den tisch zue bleibenn, lenger nicht, wo ich ihr nicht gelt gebe, den sie ist die Zeit her also betrogen worden von den studenten, das sie hinfort keinen mehr borgen, auch nicht an tisch leiden will, er sey auch, wer er wölle, wen er nicht gelt zue for herauss gibt. Welches den mihr auch wehr geschehen, wo der Herr Magister Otho nicht fier mich wer burge worden, welches sie doch kaum hatt thuen wöllen, vnndt wofern E. E. N. W. in willens wer, solches heraus zu schiken, so woll es E. E. N. W. nur dem Herrn Magistro Othoni zueschreiben, das er das gelt bekomme, diweil er fier mich birg worden ist, das vbrige kan er mihr wol zustellen, den ich nicht weidt von ihm ein stuben hab, auch auf dem Collegio haben doch E. E. N. W. auch botten gnugsam wo es nicht anders sein kan, so wolle E. E. N. W. den Benedic bottenn so vil vertrauen vnndt herausschiken, welches ich ihm von den meinigen gar gern bezahlen will, nur das ich in dieser Nodt nicht steken bleyb. Wo fern das nicht geschicht, weiss ich vor Gott vnndt vor der Welt nicht, was ich thuen soll, oder was ich anfangen soll, diweil ich nicht bey gelt bin. Ist derhalben noch mehr mein vntertheniges bittenn, E. E. N. W. wolle mich in dieser anligenden Nodt nicht stekenn lassenn,

vnndt wo mihr gleich solch gelt nicht geschikt wirdt, so muss ich doch einen eignen bottenn alhie anreden, vnndt hinein schikenn, der mihr solch gelt heraus bringt, den E. E. N. W. kan es nicht glauben, wie schwer vnndt elendt es alhie zuegehet.

Neben diesen allenn, diweil es E. E. N. W. alsemptlichen nicht vnbewust ist, wo zue vnndt von weswegen ich herauss geschickt bin wordenn, nemlich nicht, das ich missig gehen soll, oder auf dem pflaster daher trettenn, sondern das ich studirenn soll, sonderlich aber in der Theologia, damit ich in den schriften der Propheten vnndt Aposteln ein recht Fundament vnndt grundt, ja auch in den andern Artikeln Christlicher Religion haben möchte. Diweil aber ietziger Zeit nicht allein alhie zue Wittenberg, sondern viell erger zue Leipzigk vnndt auf andern Vniuersitetenn so vill grosser greulicher ihrtumb vnndt schwermerey in Religionssachen so sehr in schwang gehen, also das man auch fil wahr nicht weiss, welche die da recht habenn. Vnndt wen einer, er sey der Pfarher in der predigt oder ein anderer in der Lection etwas sagt von den streitbarn Artikelnn oder ia sonst von andern Artikeln des Christlichen glaubenns, so darffen ettliche nicht allein sagen, es sey nicht wahr, es sey nicht recht, Philippus habe anders gelehrett etc., sondern schlagen Carmina auf in ahn vnndt machen in der massen aus, das es nicht erger taug. Weil den dem also ist, so kan E. E. N. W. gar wol abnehmen, das ich alhie meinen nutz nicht schaffen kann, vnndt so ich ein mahl ein heim gefodert wurde, andere zue lehren vnndt zue justituiren, vnndt wer selbst von solchen sachen nicht justituirt vnndt vntherwisen wordenn. Was würde ich fier nutz schaffenn. Idoch wer es ahn mihr nicht gelegen, die schult wer mihr nicht zuegeben, denn ich von grundt meins herzen gern studiren wolt, vnndt will auch studiren, wen ich nur gelegenheit haben möchte, den alhie weis ich mihr keinen nutz zu schaffenn, sondern hab mich bedacht, auff dem zuekunftigen Sommer anderswohin zue begebenn, da ich etwas mehrers studiren möcht, den alhier.

Ist derhalben mein vntertheniges bitten, wie auch den Herrn Pfarhern ich davon geschrieben hab, er wolle mitt E. E. N. W. daraus reden vnndt handlen, E. E. N. W. wolle doch vonwegen der Ehre Gottes vnndt den schulen vnndt Kirchen Gottes zue nutz, diweil ich alhie nicht bleiben kan noch mag, von wegen gemelter vrsachen mich anderswohin nemlich ken Tybingen nur auf 2 Jahr lang schikenn, denn ich verhof, mihr in disen zweien Jahren daselbst mehr zue studiren, den alhie in 4, oder auch das ich mit gutten gewissen reden kan in finf Jahren. Den ich nicht allein aus schreiben, sonder auch müntlich vernommen hab von etlichen studiosis, die aus disen landen dahin geschikt seindt worden, das man alle ding die Artes, Linguas et omnia doctrinarum genera tanta perspicuitate tradiret, das sich nur zu verwundern sey. Vnndt weil es ein weiter weg ist bis hin, also das man nicht botten so leicht dahin haben kann, so ist mein fleissig bitten, E. E. N. W. wolle ein an andern vnnützen ausgeben, wie bisweilen geschicht, erspahren, vnndt mihr auf dise 2 Jahr lang gelt heraus schikenn, denn wen ich einmahl zugleich empfang, so darff ich ein andere zeitt nicht darauf warttenn, vnndt ob gleich mehr gelt daselbst aufgehet, nemlich 70 florenis ein Jahr, so soll sich doch E. E. N. W. nicht beschwehrenn, solches heraus zue schikenn, denn es E. E. N.

W. an einen andern Ordt widerumb hundertfechig vergolten kann werdenn, denn Gott ist noch almechtig, kann vnndt vermags woll wider zu gebenn vnndt diweil er nicht allein vermag vnndt kan geben, sondern ist auch dazue barmhertzig, guttwillig, nimbt sich auch aller diser ahn, die ihn in ihrer Nodt anruffenn, so höre ich nicht auff mitt seifzen vnndt beten zue Gott dem almechtigen, zue schreyenn, er wolle doch E. E. N. W. hertz also erweichen, das E. E. N. W. nicht vnwillig, sondern gar gernn mihr solches gelt firstreken wölle, verhof auch vnndt bin der zueversicht kegen Gott, meinem himlischen Vatter, das er mich nicht steken wirdt bleibenn lassenn, sondern diweil er zu seines göttlichen Namens lob, Ehr vnndt preiss, zue fortpflantzung göttliches wordts vnndt der warheitt, auch zue meiner vnndt anderer leutte selen seligkeitt gereichenn soll, E. E. N. W. gemütt, hertz, mutt vnndt sinn also erleichten vnndt erweichen das solch mein schreybenn bitten vnndt begeren nicht vmsonst sein wirdt, sondern, sondern so es ein glückseligen fortgang habenn soll wie ich nicht zweyfell diese bitten vnndt begeren vnndt disen einigen meines herzen wuntsch mihr widerfahren lassen.

Wo sich aber E. E. N. W. beschweren würde (wie ich nicht verhof), solch vnndt so vill gelt mihr firzustrekenn, so wolle mihr E. E. N. W. solches als balt zue wissen thuenn, damit ich nicht alhie lang hoffe vnndt harre vnndt auff die letzt gar nichts daraus wurde. Solches hab ich E. E. N. W., als meinen treyen Vättern wollen zu wissen thuenn, nach welchen sich E. E. N. W. wol wirdt wissen zu richten vnndt beratschlagen, doch damitt meiner mitt den meinigen gelt nicht vergessen werde, damit ich meine sachen vnndt vornehmen anders anstellen möge.

Befele E. E. N. W. sampt den eyrigen allen in Gottes schutz. Geben in Wittenbergk den 26. September Anno 1580.

E. E. N. W. vnterthenigster
Petrus Turcus Leutschovius

Címzés: Dem Ehrsamen Namhafftenn vnndt Wollweysenn Herrnn Richter vnndt Radt der Stadt Lewtsch meinen insonder günstigen Herrnn Freinden vnndt Patronenn

A tanács megjegyzése: Anno 1580. 16. Nouembris. Petrus Thurkus begert, ein E. R. wollen im vom Patrimonio fl. 30 vor dem Newen Jar zuschikhen, oder im schreiben Item auff 2 Jar gelt Tubinga profectura ad studia pro 1 Jar fl. 70.

8/9

51.

Balthasar Huber a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1580. október 1.

Konrad Henckell, aki korábban igen kicsapongó életet élt, most csendesen, szobájába visszahúzódva, tőle eddig szokatlan szorgalommal folytatja tanulmányait, amit egyébként mások is igazolhatnak. Ha a fiatalemberek rossz társaságba keverednek, de ezt hamar észreveszik, csak tanulságukra válhat. Henckellben is megbízhatnak, mert ő is tanult a saját kárán. Kéri a

tanácsot, hogy fizesse ki Henckell 50 forintos tartozását. Ez a korábbi adósságait, valamint egy évre visszamenőleg a Hubernél kapott ellátás összegét tartalmazza.

Ersame, wolweise, grossgünstige Herren. Es haben E. W. etliche Jare hir seinen Stipendiaten gehalten mit namen Conradus Henckel, welcher ob er wol zuuor ein vnordentliches leben gefurt,wie solches E. W. vorhin gnugsam wirt bekant sein. So ist doch solches zuuor geschechen, ehe dan er an meinen Tisch gekomen, vnd durch furbitt anderer von mir angenomen worden ist, vnd hat sich die Zeit also inne gehalten, wie ime dessen nit allein ich, sondern auch andere Zeugnus geben mussen, das er nit allein mit seinem leben niemand mehr ergerlich oder beschwerlich gewessen, sondern auch aller gesellschafft sich bisshero gentzlichen entschlagen, seines Studierens vleissiger als vor jemals abgewarttet vnd sich auf seine Stuben stille vnd eingezogen enthalten. Da er sich den auch disse Zeit vber von mir hat speisen lassen, vnd ist mir nun diesse Jarsfrist vber neben anderer schulden, damit er nue anfanglich als er hieher gekomen, auch fur kostgelt verhafft geblieben, noch biss in die 50 fl. schuldig worden, welcher schulden er den auch noch bekent vnd gestendig ist. Dieweil dan nun billich, das disse schulden, so zu notturfftig vnterhaltung dieses lebens angewandt werden, fur allen dingen sollen abgelegt vnd entrichtet werden, ohn welche er nit hette kunen hie sein noch sich enthalten. So ist auch ja billich, das E. W. als durch welcher geheiss er sich hieher begeben, vnd seiner Studien halben alhie auffenthalten hat, ime in dissem trösten vnd sein trawen vnd glauben ratt helffen, damit wie er mit ehren alhie ankomen, also mit ehren widerumb von dannen möge abkhomen, es gescheche nun von dem seinen oder eben von E. W. freygebigkeit. Den das ist ja billich, das einer an frembden orten einen guten Namen hinterlasse vnd widerumb mit ehren an die ort khomen dörffe, da er ein mal gewessen ist. Das wirt E. W. rhumlich sein als die ime darzu beförderlich vnd dienstlich gewesen sein vnd wirts auch zu seiner Zeit, wie mir nit zweifelt, mit aller danckbarkeit hinwiderumb verschulden. Darumb versteche ich nicht, werde nit allein diss, sondern auch was kunfftig an in mechte angewandt werden, nit vergeblich angelegt sein, sondern mit wuecher widerumb erstattet werden, den liederlich ists, das junge leut durch böse gesellschafft können verfurt vnd betrogen werden. Aber wen sie solches begönnen zu mercken, vnd wider vmb zu kenen, werden sie vil desto kluger dauon. Also zweifelt im gar nit, er werde sich auf diesem seinen eignen exempel vil hernach in moribus et in uita gebessert haben, wie solches an im mercklichen zu sehen ist. Daher den gute hoffnung ist, er werde das jenige wider herein bringen, was er zuuor durch nachlessigkeit verseumet hat. Vnd dieweil er sich noch jederzeit auf E. W. Stipendium beruffen hat, vnd darauf noch biss auf dato hin geblieben ist, vnd von mir sein ordentlich speiss vnd tranck wochentlich vnd teglich fast ein gantzes Jar vber auf die Stuben empfangen hat, so bin ich den tröstlich vnd gewussen zuuersicht, E. W. werden christlicher vnd billicher mainung dahin bedacht sein, damit ich zu volkomener bezalung seinethalben komen möge. Das wil ich mit schuldiger danckbarkeit zu jeder Zeit in guter gedechtnus behalten. Damit E. W. in Gottes gnedigen schutz vnd schirm

befelchent, vnd vil gluck vnd hayl zu Ihrer Regierung wunschent. Datum in Wittenberg, Sonabents nach Michaelis, den 1. Monatstag Octobris Anno 1580.

E. W. willigster Balthasar Huber

Címzés: Dem Ersamen vnd Weisen Richtern vnd Rathe der Kayserlichen Freyen Stadt Leutsch, in Zips gelegen, meinen grossgünstigen Herren zu handen
Leutsch

A tanács megjegyzése: Anno 1580. 18. Nouembris Huber petit Conrado mitti pecuniam dass er fur Tisch an dem in gehalten mochte bezalt werden

29/1

52.

Konrad Henckell a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1580. november 1.

Dicséri a tanács mecénástevékenységét. Pártfogói előtt igazságtalanul bevádolták őt. Pedig épp vádlója vétkes igazán. Hisz miért is kellett hazautaznia születési bizonyítványért? Itt az egész városban beszélték, hogy amint visszatér Wittenbergbe, megtartják az eljegyzést. Mi másért is hívták volna haza olyan messziről az illető lány anyját? Peter visszatérve szállásáról elköltözött, sőt, azóta új helyen is étkezik, de csak azért, hogy elcsitítsa a szóbeszédet. Korábbi levelében már egyébként is cáfolta a vádakat. Kéri, hogy a tanács fogadja őt ismét jóindulatába. Több csodás jelenség – üstökösök, egy tizenhároméves parasztlány jövendölései – egyértelműen jelzik, hogy szörnyű pusztítástól lehet tartani.

S. P. Non possum non, Mecaenates Amplissimi, pro angustia ingenioli mei animorum vestrorum φιλοστοργίαν plus quam paternam, et fontium in clientes derivatorum f<lu>entem scaturiginem laudibus dignis evehere. Ubi enim principes ad gubernacula rerum sedentes facile invenias, qui simili cura in hoc unum duntaxat incumbant, ut scholarum et ecclesiae Dei nutricij et altores existant, atque vestrarum amplitudinum mentes (absit invidia verbis) propensissimas ad liberalium disciplinarum, quae sacrosanctae theologiae pedissequae habentur, studiosos in academijs fovendos annuatim experimur. Sed quid ago? Munificentiam vestrarum amplitudinum sempiterna memoria dignissimam extollens, cum certum fixumque sit meam famam, qua mihi nihil carius et antiquius in hoc vitae curriculo, sexcentis maculis apud vos iniquissime esse conspurcatam et cauterio notatam. Iam pene oblitus fueram aphorismi Euripidei: Laudari a laudato, hoc demum esse laudabile, alioqui non abesse a vituperio. Sed haec fulmina in me innocentem ejaculata <...>ta me non terrent, cum illibatorum integritatis morum et vitae inculpatae mihi <...>bi conscius ad politicum, non ad divinum tribunal et judicium pro<...> enim qui faciat bonum, nullus est, ne unus quidem et omnia fece<rit...> servi inutiles sumus. Fecimus enim, quod debuimus. Hoc tamen un<um...> me incredibili moerore afficit, calumniam odio ementitam, clam me <...> ad respondendum ac refellendum prius non admisso, radices in plurim<orum> animis egisse altissimas. Quis vero has imposturas virulenti

hominis ex odio <in>placabili et assentatione, calumniae πνησία sorore profectas esse, et Deum, mendaciorum osorem et certissimum vindicem impunitam hanc crudelem injuriam relicturum dubitaverit? Quod si poena talionis uti in animum induxissem meum, in caput eius longe tetriores carbones regerere possem. Quis enim <ne>poti viduae me apud vestras amplitudines accusantis fidem dedisse creditur? Petrus. Quis tam difficilem et longe durissimam profectionem in patriam literarum, <ut> vocant, natalitiarum gratia suscepit? Petrus. Haec non sunt frivola cerebri mei figmenta. Verum fama constans in tota urbe ex aniculae garrientis relatu mox ipso reverso sponsalia esse celebranda percrebuit. Quid? Quod hanc etiam ob caussam mater filiae cuidam magistro elocata ex inferiori parte Franconiae domum erat revocata. Animadvertens Petrus ad nos denuo reversus rem serio agi, cum hospitio simul et tabulam mutavit, et sic rumoribus silentium aliquod imposuit. Hinc luculente patet, uter justiorem alterum deferendi ansam habuerit. Verum hisce supersedendum judico, cum non ita pridem scripto satis prolixo crimina existimationi meae labem inurentia vana, et distortae ac malitiosae naturae deliramenta esse testatum fecerim. Quare cum videatis scelerum in me eructatorum me non esse affinem, praejudicatam et praeconceptam de me opinionem exuite, et priorem novo quasi cum auspicio animum induite, atque in clientelam vestram his temporum difficultatibus, nec non procul a natalibus oris studio literarum flagrantem, ex qua pene delationibus malitiosis excideram, suscipite, fovete, amate.

Proinde quod ad novarum rerum commemorationem attinet, an hic subsistam, nescio. Nam in coelo terraque prodigiorum apparentium fatalesque poenas impendentes prae foribus esse denunciantium nullus est finis. Ut enim antiquiora non repetam, quam multas atque tetras venturarum calamitatum significationes tempus aestivum exactum nobis praebuit. Neque enim satisfuit in sublimi aere oculis nostris ante biennium objici ardentes toto bimestri flammas inusitatae molis cometae, verum etiam hoc tempore autumnali inflammatum esse cometam pertransientem corpus Aquilae, et regno Romano plurima mala minitantem secundum mathematicos. V. A. dubio omni procul liquido constabit, sed ad haec aliaque innumera puella vatidica 13 annorum in Veteri Marchia cujusdam rustici filia insignes mutationes, bella pestemque, Turcarum in Germaniam irruptionem et impetum hostilem aliasque calamitates mundo eventuras propter peccata nostra et contemtum verbi detestandum divino spiritu praedicit. Haec virorum doctissimorum literis celebrata, et fama constans huic vaticinatrici fidem fecit. Caetera volens omitto, ne epitolici <!> characteris oblitus esse videar. Bene valete. Vuitebergae 1. Novembris Anno 1580.

Vestrarum amplitudinum addictissimus
Conradus Henckel Leuchoviensis

Címzés: Amplissimis et prudentissimis, insigni pietate, humanitate praeclara omnique Virtutum choro conspicuis Viris, Judici Universoque Senatui Inclytae Reipublicae Leuchovianae, Dominis et Patronis meis omni reverentiae cultu dignissimis

A tanács megjegyzése: 1. Decembris Anno 1580. petit se in priorem clientelam <recipi>

27/3

53.

Konrad Henckell igazolása
Wittenberg, 1580. november 22.

Konrad Henckell igazolása arról, hogy Bartholomäus Vogel özvegyének, Barbarának könyvekért meisseni pénzben 33 forinttal, 5 garassal és 6 dénárral tartozik. Mivel a lipcsei vásáron most pénzt nem kapott, tartozását húsvétkor kívánja rendezni. Valentin Otto professzor jelenlétében tesz erre ígéretet. A hivatalos költségekkel együtt az összeg 33 forint és 23 garas.

Ich Conrad Henckell mitt dieser meiner eigenen handschriefft thue Kund vnnd bekenne, das ich der erbare, thugentsahme fraw Barbara, Barthel Vogels sehligen wittwe zue Wittenbergk vor Bucher schuldig worden bin drey vnnd dreissig gulden, 5 groschen, 6 denaren Meisnischer Landeswehrung. Gelobe vnnd gerede derwegen bey ehren vnnd treuen auch bey den wortten der hőchsten warheit, das, ob mier ietzund auff Leipziger new Jahrs Margks kein geld zugeschigkt wurde, vnndt ich solch geld zue der Zeitt nicht erstatten kundt, ich dennoch solche 33 gulden 5 groschen, 6 denaren auff Ostern hernach ermelter fraw Vogelin oder ihren Erben zue danck zahlen vnndt vorgnugen will, wie dan dasselbige ins wergk zu setzen neben mier der achbar, wohlgelartte Herr Magister Valentjnus Otto Professor alhier vorspreche. Des zue vrkunth habe ich dies mein pettschafft aufgedrugkt vnndt diese bekentnus mitt meiner eigenen handt geschrieben, vnnd vbergeben. Witebergae 22ten Nouemberjs Anno Domini 1580.

Vorzeichnus der geclagten Schulden, darmit Conradus Henckell von Leutzsch, in Zips gelegen, alhier zue Wittenbergk noch vorhafft ist.

XXXIII florenorum XI grossorum Barthel Vogels (sehligen) hinderlassenen Wittwen vnnd Erben vor ausgenommene bucher, lauth der handschriefft, XII grossorum vor gerichtlich vffgewantte vncosten ahn Schreiber vnnd Siegelgeldt. Summa thuet XXXIII florenorum XXIII grossorum

33/3

54.

A wittenbergi egyetem magisztrátusa a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1581. január 23.*

Konrad Henckell ügyében kérik a tanács segítségét. Szállásadónőjének tartozik a kosztpénzzel. Mellékelik Henckell sajátkezű igazolását erről. Kérik, hogy a tanács minél előbb fizesse ki az összeget, s máskor figyelmeztesse a hallgatókat, hogy ne halogassák tartozásaik kiegyenlítését.

Unsere freundtliche dienste zuuorn erenueste, erbare, wolweysse, gonstige liebe Herrn vnndt freunde. Welcher gestaldt euer studirender Burgers Sohn, einer mit Namen Conradt Hengkell, seiner armen Wirtin alhier noch an langwirigem tischgelde verhofft vnndt solches nach seinem von hinnen abreissen zu bezahlen zugesaget. Doch aber demselben diese lange Zeit vber nicht nachgesatzt. Dasselbe werdet ihr auss inliegender, des beclagten derhalben von sich gegebenen handtschrifft copien gonstig befinden. Wan dan diese arme Clegerin, solcher Schulden Zahlung, (so zu vnderhalttung des beclagten vnuormeidtlichen Leibes notturfft alleine angewendet) zum teglichen brodt vfs hochste benőttiget. Desgleichen mit sonderem Schaden ihrer nahrung, derselben bissanhero endtratenn mussen. Vnndt derwegen bey vns angesucht, sie gegen euch in Schrifften zuuor bitten, vf das durch euer hulff vnndt Vorordnung sie zu endtlicher bezahlung kommen mochte. Als habet Ihr gonstig zu erwegen, das vns dero vrsach ihr Suchen, ambttshalben, zu uorweigeren nicht hatt geburen wollen. Bitten demnach freundtlichen, Ihr wollet den beclagten oder die jenigen, so ihnen zum Studio anhero vorschickt, mit ernst darhin anhaltten, das ehr oder dieselben diese billiche Schulden, (wie sie zu thun pflichtigk) bezahlen vnndt briefszeigern sampt den geursachten Vnkosten zustellen mussen.Der gentzlichen zuuorsicht, weil dieses vnser Vorbitlichs suchen billich, Ihr werdet demselben also gonstig vnndt vnuorweigerdt stadt geben, welches dan wir hinwieder freundtlichen zu uordienen willig vnndt bereidt seindt. Geben den 23ten tagk Anno Christi ihm 81ten.

Rector, Magistri vndt doctores
der Vniuersitet zu Wittenbergk

Címzés: Den Erenuesten, Erbarn wolweysen Burgermeister vndt Ratsmannen der Stadt Leutzsch, In Zyps gelegen, Vnsern gonstigen lieben Herrn vndt Freundenn

A tanács megjegyzése: Witembergensi causa Conradj Henckellj Anno 1581.

33/1

55.

Martin Sturm a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Schweidnitz, 1581. március 30.

A hála a legfőbb erények egyike, s ő mostani betegségében is nagy hálával gondol a pártfogóitól kapott sok jótéteményre. Mivel özvegy édesanyja nem tudja őt anyagilag segíteni – e téren egyedül a tanácsra számíthat –, kéri, hogy a továbbiakban is patronálják tanulmányait.

S. D. Epictetus, Amplissimi et Prudentissimi uiri, perpetua obseruantia mihi colendi, dicit: ὁτ' ἀν τῷ σώματι δῶς, τοῦτο εὐθὺς ἐστεχέας, ὁτὶ δε ἀν τῇ ψυχῇ διαπάντος τήρης. Omne in corpus collatum rursum effluxum sit, quod uero in

animam, perpetuo seruandum. Quibus uerbis uir bonus ille gratitudinem procul dubio notare uoluit. Scimus enim tum experientia, tum sacris literis edocti gratitudinem non solum ab hominibus nobis, uerum et a brutis animalibus praestari. Est certe, est, inquam, gratitudo uirtus excellentissima et praestantissima, imo mater et nutrix quasi uirtutum reliquarum, quae non modo a nobis, at a deo, sicut in sacris literis legimus, laudibus in coelum usque tollitur, imo deus multa bona promittit ijs, qui se gratos erga suos maiores exhibuerint. Contra quam ijs auersetur, imo et nos eos condemnamus, qui se minus gratos erga praeceptores, tutores aut patronos et in primis parentes suos praebent et ostendunt. Ne autem et ego uidear A. V. πελαρηίνῳ <!> νόμῳ repugnare, scitote non minus mihi infensam detestatamque esse ingratitudinis maculam, quam Persis, qui certe omnes ingratos grauissime punierunt. Si enim Alexandri Magni ingratitudo improbatur, qui Clitum de se bene meritum interfecit, quanto magis A. V. uiderer in cuculum transformatus esse, nisi meminissem (sicut certe memini) beneficiorum ab A. V. in me collatorum. Absit me oblitum ire beneficiorum uestrorum, quippe qui semper considerem dictum illud Ciceronis: Viuum me nemo, qui me immemorem tui uidebit. At nunquam eo adduci possum, locum ingratitudini ut dem, nedum ut A. V. benefactorum obliuiscar et respuam. Nonne in ciconijs, quae parentes suos senie iam confectos alunt, et alis humerisque suis ad aquam portant, imago gratitudinis elucet, quippe quae auis sit animalque irrationale, quanto magis in me, homo qui sum, et longe praestantior ijs, eminere et elucescere debet. Proinde non tam mea salus mihi chara fuit, quam iucunda est mihi in referenda gratia pietas, aut utinam illum diem dudum mihi optatissimum uideam, in quo pro beneficijs uestris A. V. operam et studium nauare possim meum.

Oro itaque uos, adhuc Amplissimi et Prudentissimi uiri, perpetua fide mihi semper colendi, ne ulla unquam apud P. V. me deleat obliuio, nec immemores mei sitis in mea hac paupertate. Neminem enim in uita, quam nunc satis morbo uexatus duco, praeter deum optimum maximum et prudentiam uestram habeo, qui mihi misero auxilium opemque ferat, et studia mea promouere possit. Scitis insuper me matrem habere miserrimam, omnibus calamitatibus et aerumnis expositam, eamque uiduam, omnium hominum imo amicorum auxilio destitutam, quae uix unde seipsam alat, nedum, ut studia mea promouere possit, habet.

Propter illam quaeso, Judices Amplissimi et Prudentissimi, studia mea promouete, deinde propter deum, qui miseros scholasticos et omnes pios non uult non conseruare et tueri. Seruat deus suam ecclesiam et scholam et illos certe, qui olim ecclesiae et scholis praeesse possint, per media conseruaturus est, imo in hodiernum usque diem tuetur eos et promouet. At scitote, uiri Amplissimi, promotionem hanc quam in me iam confertis, non fore frustraneam. Orabo autem, et assiduis filium dei, dominum nostrum Jesum Christum, meis sollicitabo precibus, ut A. V. totamque rempublicam communis patriae nostrae suo semper spiritu sancto conseruet ac tueatur, et scholam, ecclesiam huiusque fideles ministros et vicarios mihi quoque patronos fideles gubernet, et ab omni periculo

defendat. Et his omnibus A. V. in tutelam dei optimi maximi commendo. Deus semper spiritu suo sancto uobiscum. Amen. Amen. Datae Suidnicij 3. Calendae Aprilis Anno salutis 1581.

Martinus Sturmius Leutschouiensis Pannonius
addictissimus vester perpetuo

Címzés: Prudentibus et Circumspectis uiris, Domino Judici et coniuratis ciuibus Ciuitatis Leutschouiensis, Dominis et Patronis perpetua fide colendis
Leutschouiam

A tanács megjegyzése: Anno 1581. 15. Junij. Martinus Sturm Swidnitzio scribit propter suppetias ipsi ferendas

69/12

56.

Peter Türck a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1581. június 25.

Megkapta a tanács levelét a mellékelt ösztöndíjjal együtt. Kéri, ezt a megállapított összeget a továbbiakban is folyósítsák számára, bár egészségi állapota miatt már csak egy évig kíván maradni. Kérésüket, hogy amennyiben Ferschius úr még nem talált megfelelő embert a régi iskolamester helyére, maga lásson a keresésnek, szívesen teljesítette volna. Olyan emberre van szükség, aki nem csak a tudományokban járatos, de tekintélyt is ébreszt másokban. Ahol ugyanis a tanárnak nincs tekintélye, ott hiányzik a diákból a félelem, s így hiányzik a tisztességtudás is. Mivel azonban Ferschius úr talált ilyen embert, ő maga a dologgal nem foglalkozott tovább, de más ügyben a továbbiakban is szívesen áll rendelkezésükre. Mások leveléből értesült arról is, hogy egyesek rosszra magyarázzák, hogy gyakorolja magát a prédikálásban. Kijelenti, hogy ezzel nem fog felhagyni. A Bruno megérkezése utáni vasárnapon tartotta ötödik prédikációját a közeli Kembergben. A küldött 50 forintnyi ösztöndíj nem elég egy évre. Kéri, akár Konrad Henckellel, akár mással, örökségéből küldjenek számára még 20 forintot, a többit pedig őrizzék meg hazatéréséig. Ha a tél beállta előtt nem kapja meg a pénzt, nagy ínségbe jut. Az egyetemen a helyzet annyira aggasztó, hogy szavakba se nagyon lehet önteni. Minden bizonytalan. A professzorok proskripciója miatt a nyilvános előadások csaknem teljesen szünetelnek. Ő ezért magánórákat vesz. Samuel Seelfisch könyvkereskedőnek tartozik 27 forinttal. Tudja, hogy Seelfisch ez ügyben írt a tanácsnak. Kéri, a tartozás felét fizessék ki neki, a másik részt majd később kívánja megadni.

Εὖ πράττειν.

Accepj tandem, Viri Prudentissimj Patresque omnj obseruantia colendj, uestras una cum pecunia uel stipendio literas, quibus sane mirifice delectatus gaudioque non parum multo affectus sum, quod erant amoris in me uestrj beneuolentiaeque notis insignes. Eamque ob caussam uobis omnibus et singulis, quantascunque animus capere potest, ago, et imposterum, modo flamina nobis longa trahat Lachesis, agam gratias pro hoc paterno erga me animo et officij genere, quo me hactenus alijs omnibus destitutum praesidijs iuuistis, ut coeptum

hoc et a Deo termaximo mihi attributum vitae curriculum hucusque perficere, studijsque eo commodius inuigilare potuerim. Petoque, ne P. V. hunc paternum erga me animum abijciant, sed in posterum quoque me ament, studia mea promouere iuuent, sumptusque siue stipendium constitutum suppeditent (si tamen P. V. sic uisum fuerit, propter valetudinem enim uix adhuc per annuum spacium perdurare potero), quo studia mea eo commodius continuare, Deique coetui prodesse possim. De mea erga P. vestras animo et voluntate non est, quod quicquam dubitetis. Omni enim cura et studio totisque uiribus, quantum quidem in me fuerint (divina favente gratia), in id incumbam, sicut et hactenus Deo simul et conscientia mea attestante fecj, vt uos, Viri Prudentissimj, humanitatis et pietatis in me officiorum nunquam poenitere possit, utque virtute duce, comite fortuna breuj patriae inseruire, illique ornamento esse queam.

Quod uero P. V. scribunt de ludimoderatore uestro eum officium hoc resignasse, alioque se contulisse, mihique serio iniungunt, vt, si intellexero dominum Ferschium nondum de aliquo erudjtione et authoritate praestantj viro prospexisse, ipse hoc pietatis et debitae reuerentiae officium P. V. exequendum non grauatim in me susciperem, virumque non tantum insigni meliorum artium peritia spectatissimum, verumetiam authoritate apud alios ualentem eligerem, vbi enim non est authoritas, ibj nullus est timor, vbi non est timor, ibj neque pudor. Quod ego quidem, quantum quidem in me est, pro debita in uos pietate et reuerentia quam libentissime P. V. praestarem. Quum autem certior factus sim dominum Ferschium tantum officij in se recepisse, virumque, qui grauitate simul et authoritate ualeat ad uos misisse, quem quidem ego bene nouj, de alio igitur eligendo et ad uos mittendo me angj non necessarium esse censeo, sed in posterum, quibuscunque officij generibus fierj poterit, me uobis gratificaturum polliceor.

Caeterum quod me maxime mouet, intellexi ex litteris aliorum esse quosdam, nescio quo nomine alio eos appellerem, calumniatores inquam, qui famam meam arrodere conantur, et in deterius interpretantur, quod me in concionando exercuerim. Estne hoc ingenuj animj, oder stehet das einen ehrlichen Man zue, certe nihil minus, ob solche leutt wol fier der Welt fier verstendig (scilicet) gehalten werdenn, doch seindt sie fier Gott, dem Herrn Narren, diweil sie sich nicht schemen, solche seine gaben zue verachten. Et bene quidem scio me habere adhuc alios obtrectatores, quos ego quidem facillime sustineo et ipsorum obtrectationes virulentas et omnino ridjculas ne pili quidem facio. Non propterea calumnijs eiusmodj perfrictae frontis hominum me ab exercitio hoc concionandj deterrerj patiar, nein, sie durffens nicht gedenckenn. Habuj quintam concionem dominica post aduentum Brunonis in proximo oppido Kemberga, calumnientur nunc homines istj diabolico spiritu et fastu inflatj, utcunque illis licet, non propterea desistam, cum sciam Deo termaximo hoc meum exercitium non displicere, ipsumque mihj gratiam suam et sacrosanctum ad hoc perficiendum clementer largirj. Sed de his satis, non enim dignos iudjco eiusmodi homines, quibus pluribus respondeam.

Postremo cum, Virj Prudentissimj, uos non lateat (scitis quidem, sed scire non uultis) mihi hoc stipendium per annum non sufficere, a uobis tanquam pa-

tronis et patribus meis apprime obseruandis subnixe peto, neque desistam, quoad accepero, vt per collaboratorem uestrum uel per Conradum Henkelium, vel per alium quempiam, si iter huc susceperint, ut ego quidem intellexj, 20 florenos de meo patrimonio mihi mittj curent, residuum in meum usque aduentum reseruete. Non enim sufficiunt mihj 50 floreni uestrj, ut quoque ex Brunone intelligere potestis, quem (ut ego quidem existimo) non latet, quantum sumtuum quemque per annuum spacium habere oporteat, nisi enim de patrimonio me aliquod accepero ante hyemem praesentem, nescio, Deum testor, quid mihi agendum sit, stipendium enim mihi non suffecit.

De statu academiae nostrae (qui certe miserrimus est), ut quidem necessitas requirit, multis scribere non possum, cum deformitatem uerbis uix quisquam recte exprimere ualeat, res enim et studia haerent in ancipiti, et perturbata sunt omnia, propter proscriptionem enim professorum nihil fere publice proponitur, ut ex Brunone intelligere potestis. Et nisi priuato studio hic aliquid efficerem, nescio, quam ob caussam diutius mihi hic commorandum esset. His P. V. diuinae gratiae commendatos plurimum ualere cupio. Datum Wittebergae 25. Junij Anno 1581.

P. V. humiliter addictus Petrus Turcus
Leutschoviensis Vngarus

Samueli Selfisch bibliopolae Wittebergensi pro libris debeo 27 florenorum, si ergo chyrographum meum ad uos miserit, ut ego quidem intellexj, et serio illud debitum exegerit, dimidium illi soluatur, cum reliquo enim expectare cogeretur.

Címzés: Prudentibus et Circumspectis Viris, Judicj Senatuique totius Reipublicae Leutschouiensis, Dominis et Patronis suis omni obseruantia colendis

A tanács megjegyzése: Anno 1580. <!> in Augusto. Scribit Petrus Turk Viteberga de patrimonio dentur ei floreni 20 ad stipendium

8/8

57.

Jakob Kramer Sebastian Kramer lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak

Privigye, 1581. szeptember 15.*

A szegényebb diákok, de különösen az árvák mecénásokra szorulnak, hogy iskoláikat elvégezhessék. Ő is ezért fordul a tanácshoz. Az itteni iskolából ugyanis már távoznia kellene, hogy magasabb szinten folytathassa tanulmányait, de ehhez könyvekre és más fontos dolgokra is szüksége lenne. Kéri tehát a tanács segítségét, és cserébe felajánlja szolgálatait.

Salutem a Christo, autore salutis totius generis humani, viri amplissimi prudentesque, ex intimo cordis affectu precor. Prudenter ac non sine judicio ab Aristotele, viro non vulgari dictum est, viri ornatissimi, prudentes ac circumspecti, nec non fautores orphanorum optimi, omnes artes ac virtutes versari circa

difficilia. Quo dicto haud dubio intelligi vult non solum artium honestarum difficultates, labores et exercitia ingenii maxima, verumetiam tenuem fortunam studiosorum egeno loco statutorum, ubi variis miseriis ac molestiis fortunaque adversa premuntur, defectum victus et amictus patiuntur, qui licet paulo a facultate artium remotior sit, maxime tamen facit ad desperationem, bonumque propositum impedit. Sicut enim sole torrido herbae odoriferae arefierent, nisi guttulis aquae subinde irrigerentur, sic etiam studiosus multum relinqueret de studiis, si non ope aliqua sublevaretur. Ipsis quidem rebus, quae discuntur et cognoscuntur, incitamenta insunt, quibus pertrahimur ducimurque ad cognitionis scientiae cupiditatem, quae nobis insita, vel potius innata est, ut testatur Cicero, qua homini nihil jucundius praestantiusve, caeterae enim neque temporum sunt, neque aetatum, neque locorum, hae vero adolescentiam agunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis solatium ac perfugium praebent etc. Quae omnia si ipsi neque attingere, neque sensu nostro gustare possumus, tamen ea mirari debemus, cum in aliis videmus, imo sine quibus (ut Aristoteles dicit) homines vivos nihil differre a mortuis, et Salustius vitam hominis sine literis esse mortem et vivi hominis sepulturam.

Quare, cum studiorum tanta sit utilitas, ut nemo hominum enarrare possit, ac tantum obstaculo habeant juvenes, nec possint sua tenuitate altius in re literaria promoveri, praecipue orbati parentibus, confugiunt ad patronos et fautores, quorum praesidio consultum studiis melius intelligunt. Annumerer et ego his, cui nulla est spes paterni praesidii, ut P. V. probe constat, ad vos, tanquam tutores fautoresque omni pudore deposito confugio motus promtitudine P. V. erga alios, quorum parentes de patria bene meriti sunt, promovendi, existimans me orphanum non rejectum iri, verum auxilium studiorum meorum nacturum, ut eo facilius jacturam studiorum meorum praecavere ac evitare possim, aridaque velut aqua irrigare et refocillare. Id enim requirit maxima studiorum meorum utilitas cum mea, tum ecclesiae. Nec putent P. V. me beneficia haec male collocaturum, aut ingratum futurum, feriturumque calce saturatus materno lacte. Multi sunt hodie, quos etiam ejus modi vitae asperitate fuisse constitutos certum est. Nihil tamen dubitantes de jactura propositi sui, illud confirmarunt adjuti partim hujus, partim illius viri beneficio, ita, ut non vomeri secutores, aut sordidae artis alumni facti, sed summis dotibus artium honestarum praediti, officioque ecclesiae ac reipublicae et scholis non sine eximia laude praesunt. Objiciat sane mihi aliquis paupertatem excitare artes, concedam facile, si subinde de studiis virorum bene meritorum praesidia sentiant, hisque fulciantur. Itaque cum tantum difficultatis occurrat mihi, cum jam me ex hac schola ad uberius studium aggrediendum in aliam conferre debeam, ac partim libri, partim aliae res necessariae desint, non me puduit confisus benevolentia et amore P. V. erga communia studia subsidium implorare, quam peticionem P. V. aequo ac paterno animo ferre velint, vehementer rogo. Ac his P. V. in tutelam Dei optimi maximi committo, feliciterque valere cupio. Datae 15. Septembris Anno 1581.

A. P. V. obsequentissimus
Jacobus Kromerus Leitschoviensis

Címzés: Amplissimis, circumspectis ac providis viris, Domino Judici Sebastiano Kromero, Senatoribus inclytae civitatis Leitschoviensis, Dominis ac tutoribus suis summa observantia colendis etc.

A tanács megjegyzése: 26. Octobris Anno 1581. Paulus Kromer subsidium studiorum petit

32/1

58.

Martin Sturm a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Schweidnitz, 1582. február 28.

Iskolai feladatai annyira lekötik, hogy a tanácsnak még előző év szeptember 30-án kelt levelére sem volt ideje válaszolni. Pedig pártfogói segítsége nélkül nem lett volna lehetősége magasabb tanulmányok folytatására. Ezért mind nekik, mind pedig Anton úrnak nagy hálával tartozik. Mivel itt Schweidnitzben az oktatás színvonala erősen megromlott, kéri mecénásait, hogy értesítsék őt vele kapcsolatos további terveikről. Ha valamilyen egyetemre akarnák küldeni, azt Bruno úrral mielőbb adják tudtára.

Εὖ διάγειν.

Longum temporis est interuallum, cum nullas, Judices Amplissimi, patroni aeterna obseruantia mihi colendi, ad uos dedi literas, quod non remissione uel negligentia obseruantiae in me uestrae, nec obliuione uirtutis, humanitatis et beneuolentiae erga me uestrae accidit, sed quia labore paedagogico continuo impeditus et irretitus alia quoque officia deserere permulta coactus sum. Nec miremini, quaeso, si uestris sane iucundis mihi et suauibus literis serius, quam aequum esse putarem, nunc respondeam, et omnia sicco praeteream pede, certe molestijs illis scholasticis, haud negligentiae uel obliuioni beneficiorum in me ab A. V. collatorum ascribatis. Totus sum uester, mei uos patres. Quid patres? Imo et ueri patris officium semper uestra in me beneuolentia longe excelluit et superauit. Vos nisi meis subuenissetis studijs, eaque facili manu (quae et nunc a uobis factum iri neutiquam diffido) promouissetis, nullus nunc essem, nullam unquam omnino Musis operam nauare potuissem. Dum destituerer ope et auxilio amicorum meorum, A. V. dolens uicem meam et fortunam aduersam in haec loca me misit, ubi meis haud male hactenus consului studijs, quod uobis et reuerendo uiro, D. M. Anthonio, theologo ecclesiae uestrae grauissimo omne in aeternum acceptum retulero. Sed ut caetera persequar, paro. Gratissimae mihi literae uestrae, quas pridie Calendarum Octobris praeteriti anni cum munere illo splendido accepi, fuerunt, pro quo munere gratias A. V. ago, et quoad fata mihi hac lucis concesserint frui usura, acturus sum immortales. Nam relaturum me affirmare haud possum, sed nunquam me defuturum meo uobis officio sancte iuro et ad me recipio. Postremo fidele et paternum ab A. V. spero consilium, quo me instruatis imposterum, mihi quid sit faciendum. Suidnicij enim studia iam frigescunt, nec amplius schola, ut ante, in flore est, omnia praepostero procedunt ordine. In uos, uelut in scopum certissimum mentis meae aciem contendo uestro

stipendio hactenus nutritus, roboratus et promotus. Si statutum habueritis, me ut in academiam aliquam promoueatis, uestro committo iudicio, absque uoluntate et consensu uestro nihil ago. Meque ut cum Brunone certiorem faciatis, suppliciter oro. His omnibus Deo uos commendo. Valete, et tumultuariam hanc responsionem aequi bonique consulite. Rursum ualete. Datae Suidnicij pridie Calendarum Martij Anno Christi 1582.

Amplitudini vestrae deditissimus
Martinus Sturmius Leutschouiensis.

Precatio ad filium Dei, dominum nostrum Jesum Christum:

Christe, Deo agnitus uerae pietatis amator,
Aeterni soboles indubitata patris,
Qui scelere immundam uoluisti uisere terram
Humanae sumens debile carnis onus.
Tempore, quo premeret fulgentia cornua Capri
Sol, et festinam uolueret axe diem,
Cum tellus glacie concrescit, pontus et aer
Horret, et albentes proijcit axe niues.
Aspice, quam tristis nos urgeat undique bruma,
Nos sumus imbelles, ni pie, Christe, iuues.
Nunc maris in medio uersantem, Christe, guberna
Cymbam, quae magnas uoluitur inter aquas.
Incuruae falces rigidos recoquuntur in enses,
Horrida nunc iterum Mars capit arma ferox.
Percitus irarum fluctu noua praelia miscet
Inuentor scelerum Tartara nigra colens.
Omnibus his petimur, nos, o, pie Christe, guberna,
Qui patris colimus sacra statuta tui.
Quis tandem nostris depellet finibus hostem
Tam saeuum, auxilium ni tua dextra feret?
Ergo ueni, pie Christe, ueni, compesce cateruam
Hostilem, quae nos perdere morte parat.
Atque tyrannorum tu robora disijce soeua,
Frange suo Satanas, quas tonat ore minas.
Ne sine nos miseros tam saeua morte perire,
Ne sine, nos serues, qui tua membra sumus.
Hostibus inijcias inuisis uincula collo,
Soeuaque pro nobis fortiter arma feras.
Huc refer, huc gressum, facili nos respice uultu,
Et nobis seram, qui potes, affer opem.
Laetaque, da, uigeant tranquillae tempora pacis,

Tempora, quae nobis plena quietis eant.
Sic tua per totum florescet gloria mundum,
Atque tuum populus nomen ab orbe feret.
Sic quoque florebunt artes, quae pacis alumnae,
Et crescet priscae relligionis honos.

Martinus Sturmius Leutschouiensis

Címzés: Prudentibus et Circumspectis uiris, Domino Judici et coniuratis ciuibus Ciuitatis Leuthschouiensis, patronis suis summe uenerandis et obseruandis
Leutschouiam

A tanács megjegyzése: Anno 1582. Martij 12.

69/13

59.

Peter Türck a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1582. április 6.

A levélhordóval legutóbb küldött levelet megkapta. Minthogy a dolog nagyon súlyos, és az idő is nagyon rövid, most nem tud válaszolni. Kéri, ha még nem küldték el éves ösztöndíját, a levélvivő wittenbergi emberen keresztül ezt most tegyék meg, mert tartozásainak határideje lassan lejár.

Ad literas uestras, Prudentissimj Virj, proxime per tabellarium nostrum ad me exaratas nunc propter negotij illius magnitudjnem, temporis vero angustiam respondere adhuc non possum, siquidem tempus discedendj huic γραμματορόσῳ constitutum ignorauerim, et tunc primum <cum> se itinerj committere vellet, <rescitis>, licet non multum temporis scribendj habuerim, intermittere tamen non potui, quin hasce parum excultas literulas ad P. V. transmitterem.

Petoque subnixe (siquidem multis verbis nunc uti non licet), ut pietatis, humanitatis et debiti officij <aeque> non immemores, si pecuniola mihj annuatim ad studiorum <munusculum> perficiendum constituta nondum transmissa est, per hunc hominem <ciuem> Vitebergensem, cui tute fidere potestis, transmittere ne grauaminj, cum tempus etiam iam instet, quo ad persoluenda debita <pecuniae> mihj maximopere opus est. Confido itaque P. V. quod vestrj <est officij>, sponte facturos, hancque pecuniolam non grauatim transmissuros.

Ad me uicissim quod attinet, verbis officia mea vobis pollicerj multis nunc non possum, sed reipsa, quandocunque tempus postulauerit, profectum in studijs meis P. V. operientur. Hisque P. V. Deo commendo. Datae Vitebergae 6. Aprilis Anno 1582.

P. V. subiectissimus alumnus
Petrus Turcus Leutschoviensis

Címzés: Prudentibus et Circumspectis Viris, Judicj Senatuique totius Reipublicae Leutschouiensis, Dominis et Patronis mihj omni officiorum genere colendis

A tanács megjegyzése: 28. Aprilis Anno 1582. Petrus Thurk petit stipendium

8/7

60.

Johann Bener a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1582. április 6.

Szülei már kora gyermekkorától taníttatták. Anyagi nehézségei miatt – létfenntartására, könyvekre több ösztöndíjra van szüksége – a tanácshoz kénytelen fordulni segítségért. Ugyanis anyja özvegységre jutván anyagiakban annyira megfogyatkozott, hogy a hiányzó összeget nem tudná előteremteni. Cserébe szolgálatait ajánlja.

Gratia et pax a domino Deo nostro, in quo uiuimus, movemur et sumus. Duabus potissimum rebus hac nostra tempestate, Viri Amplissimi et Patroni studiorum meorum omni obseruantia colendi, bonas literas propagari et conseruari uidemus, diligentia scilicet et beneuolentia, quarum illa literarum respicit sectatores, qui memores dicti Socratici non tam lingua, quam moribus philosophandum esse, in hanc incumbunt curam, ut pietatis artiumque studia tractent sedulo, et professionem suam morum honestate eleganter ornent. Haec uero ad pios rerumpublicarum praesides pertinet, qui animo secum reputantes summam hanc dignitatem, quod Dej in his terris sunt uicarij, sui muneris esse cognoscunt Musis passim fere exulantibus hospitium praebere, earumque cultores in ocio literario sustentare. Quemadmodum ergo Maro suum habuit Mecaenatem, cuius fauore et liberalitate omnia summa consecutus uidetur, ita pijs et sedulis scholasticis, qui nullis non fortunae telis propositi sunt, patronorum autoritate et beneficentia opus est. In hanc cogitationem me deducit praesens rerum mearum status, qui in eo nunc uersatur loco, ut, nisi diuina mihi affulserit benignitas, diu illum tolerare uix potuero. Ab ineunte statim aetate Musis me consecrarunt parentes dulcissimi, et pro facultatum modo in literarum studijs satis liberaliter aluerunt, pro quo beneficio et gratias ipsis ago immortales, et ad debita me ἀντίδωρα obligatum intelligo. Jam uero quo longius in studiorum curriculo progredior, eo maiores sese offerunt difficultates, non quod amare literarum radices in me discendi ardorem extinguant, sed quia fortuna meos conatus nonnihil infrugifera uidetur. Subinde enim mihi in hac literaria militia ampliori opus est stipendio, ut necessaria uitae praesidia una cum mediocri libellorum supellectile mihi comparare possim. Qua in re non desidero charissimae meae matris uoluntatem in me iuuando et ornando promtissimam, sed eius saltem, quae post parentis piae memoriae obitum adeo est attrita, ut sufficientes mihi sumtus ad pertexendam studiorum telam suppeditare haud ualeat. Proinde cum nullum aliud mihi relictum sit refugium, ad uos, Viri Amplissimi et Patroni studiorum meorum omni obseruantia colendi, me confero suppliciter orans, ut eadem, qua alios soletis conterraneos, me quoque beneuolentia complecti, et ne incepta feliciter studia deserere


cogar, aliquod τοῦς παιδέιας ἐφόδιον deinceps mihi largiri dignemini. A uestra pendeo munificentia, quam in praesenti necessitate suppetias mihi laturam esse plane confido. Quod beneficium si a uestra amplitudine impetrauero, illius memoriam nullo unquam tempore ex animo meo effluere patiar, neque tantum pro incolumitate uestra et totius rejpublicae salute ardentius ad Deum optimum maximum preces fundam, uerumetiam ut uestra amplitudo expectatos gratitudinis fructus ex me olim percipiat, pro uirili operam dabo sedulam. Bene et feliciter ualeat amplitudo et prudentia uestra. Datum Witebergae 8. Idus Aprilis Anno 1582.

Vestrae excellentiae addictissimus
Johannes Benerus mp.

Címzés: Amplissimis uiris, prudentia, eruditione, pietate praestantibus, Judici et toti ordini Senatorio celeberrimae Reipublicae Leutschouiensis, dominis et patronis suis perpetuo colendis Leutschaw

A tanács megjegyzése: Anno 1582 Johannes Bener petit τῆς παιδέιας ἐφόδιον

35/1



J. Kramer segélykérő levele a morva Iglau (vagy talán a szepességi Igló) gimnáziumából.

61.

Jakob Kramer Sebastian Kramer lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Iglau, 1582. augusztus 5.

Dicséri a tanács mecénástevékenységét. Más támasza nem lévén, most ismét segítségüket kéri, noha ilyen segítségben egyszer, s nem is olyan régen már részesült. Néhány itteni diák tanáruk javaslatára Wittenbergbe készül utazni, hogy miután ott bizonyos Iglauban beszerezhetetlen könyveket megvásárolt, rögtön vissza is térjen. Ezekhez a diákokhoz tanára és mások javaslatára ő is csatlakozna, ha az egyébként csaknem teljesen saját költségén fogadott levélvivőnek a tanács kedvező választ ad. Osztályukban ugyanis már évek óta ugyanazokat a görög, illetve latin fogalmazási gyakorlatokat követelik meg a hallgatóktól, s hiába olvasna ő szívesen görög költőket, ha ehhez a megfelelő könyvek hiányoznak. Szülei halála miatt nem tudja, honnan szerez majd pénzt magasabb tanulmányok végzésére, s most is anyagi támogatást kér pártfogóitól az utiköltségre és a hiányzó könyvek megvásárlására. A korábban kapott segélyt részben privigyei tartozásaira, részben ruházkodásra, részben pedig az Iglauba való átköltözés finanszírozására fordította.

S. P. D. Illustrissimus et liberalissimus Romanorum imperator, Tyberius, successor Augusti, reprehensus a quibusdam primatibus, quod aerarium, seu fiscum regium saepius erogando pecunias in pauperes et egenos evacuaret, respondisse fertur non defuturam pecuniam fisco regio, quam diu pauperes ex eo promoverentur. Qua responsione admonere voluit omnes magistratus debere eos imprimis cum pauperum aliorum, tum vel maxime scholasticorum miseria et cura affici, utpote qui omnes suas actiones, cogitationes et studia eo unice referant, ut gloriam Dei olim illustrent et rempublicam ornent. Sed fuit omnibus temporibus, et est conditio vitae scholasticae, ut multi in ipso studiorum cursu ob summam inopiam et defectum omnium rerum desistere, suaque studia, in quibus tunc primum feliciter et eximio cum fructu versari incipiunt, abrumpere, vel certe in ea miseria perseverantes jacturam maximam studiorum pati coguntur, qui, nisi hac peste scholastica laborarent, non sine exiguo fructu et commodo olim reipublicae praeesse possent. Hujus praeclarae sententiae quotiescunque recordor, senatum patriae meae inclytum intueor, et cum Tyberio illustrissimo imperatore etiam invitus conferre soleo ob innumera beneficia, quae P. V. in studia honesta impendere non cessant. Beneficentia enim P. V. in promovendis studiosis est insignis, atque adeo tanta, ut et nostra aetate similis non conspiciatur conferendo cum aliis civitatibus etiam longe opulentioribus. Si enim liberalitatem vel promptitudinem spectes, ipsum Tyberium vel Alexandrum Magnum in promovendo Aristotele facile superabit. Et licet tot, et tam multi vestris sumptibus promoventur, aerario tamen publico nihil deesse videmus, insuper benedictio divina abunde conspicitur in eo, quod respublica P. V. magis atque magis crescit, et majores indies accessiones ad statum suum facit.

Hac summa et paterna liberalitate P. V. et ego motus ad P. V. tanquam postremum azylon et portum studiorum meorum, velut ad parentes confugio alio ex omni parte destitutus auxilio. Etsi autem scio, quam impudenter et temere faciam, quod postremae sortis et fortunae homo jam et antea semel usus auxilio P. V., denuo in tam exiguo spacio temporis recurrere, auxiliumque implorare

audeam. Eximia tamen P. V. humanitas et promptitudo, quam erga multos hujus conditionis homines non gravatim et abunde in tali casu declaratam conspexi, in magnam me erexit spem fore, ut huic impudentiae meae veniam detis, praesertim summa necessitate compulsus.

Juvenes quidam ex ludo nostro eruditione et virtute praestantes consilio domini magistri ob defectum librorum Vittebergam se conferre constituerunt, libris necessariis coemptis ad sua studia reversuri Iglaviam. Cum autem et mea aetas requirat, ut aliquando animum ad uberiorem ingenii cultum applicem, ne perpetuo tanquam crambem bis coctam, illa puerilia repetere videar, meis studiis consulere volens ejusdem domini magistri et aliorum usus consilio, adjungere me illis, ad coemendos ei classi, inquam, ob magnificas comendationes praeceptorum meorum collocatus sum convenientes libros, in animum induxi meum. Hac tamen conditione, si compos voti factus fuero, apud quos et id obtinui, ut non gravatim hujus tabellarii mei, quem fere propriis sumptibus extrusi, reditum expectarent. Ad hoc enim propositum me urget maxima necessitas. Nam dominus magister in classe nostra una et eadem a nobis annibus requirit in stylo componendo sive graeco, vel latino idiomate, soluta vel ligata oratione, cum graecos poetas nec per somnia quidem audiverim. Voluntas mihi quidem non deesset, nisi facultas librorum adesset, unde aliquid petere possem.

Notum est autem P. V. meas res ob immaturam mortem parentum redactas ad summam inopiam, adeo, ut nesciam, an quisquam sit, qui ad continuationem studiorum meorum mihi sumptus suppeditare possit. Peto igitur reverenter et obnixe a P. V., ut mihi aliquibus sumptibus, quibus iter versus Vuittebergam arripere ac bibliotecam quantulamcunque ad studia mea convenientem coemere possem, succurrere non dedignemini. Ne inuio in ipso cursu studiorum meorum deficiam, ac telam salutariter inceptam imperfectam relinquam. Scio enim P. V. notum esse voluntatem Dei, qui exigit a bonis gubernatoribus, ut propter utilitatem ecclesiae et reipublicae afficiantur cura pauperum studiosorum, ne desint seminaria ecclesiae vel reipublicae. Non est, quod putent P. V. malo collocatam <!> fore hos sumptus, quos in me modo, ut spero, conferetis, neque moveat P. V. me priores sumptus tam cito consumpsisse. Partem enim ejus pecuniae in solvendum aes alienum, quod ex tenui sustentatione Prividiae conflaveram, partem in vestiendum corpus, partem in deferendis rebus meis Iglaviam contuli. Imposterum res meas sic disponam, ne toties onerem P. V. meis scriptis, neque vero tam perfrictae frontis homo sum, qui rem tantam a P. V. petere auderem, nisi scirem P. V. sine magno detrimento rerum publicarum subministrare mihi hoc subsidium posse. Quod si a P. V. impetravero, perpetua gratitudine vobis obstrictus ero, omnemque movebo labidem <!>, ut P. V. sumptus hos non male collocatos intelligant, ad eum enim praecipuum mea studia referam finem, ut aliquando gloriam Dei ornare, reipublicae et vobis denique vestris liberis prodesse queam quocunque tandem studio. Precabor etiam Deum termaximum, patrem domini ac salvatoris nostri Jesu Christi, ut is ecclesiam et rempublicam patriae nostrae et P. V. in annos Nestoreos salvos et incolumes

conservare suo spiritu sancto adesse et regere velit. Restat, ut P. V. cum tota patria in tutelam Dei optimi maximi commendem. Datae Iglaviae Nonis Augusti Anno 1582.

P. V. obsequentissimus et studiosissimus
Jacobus Kromer L. mp.

Címzés: Clarissimis Viris, prudentia, consilio et eruditione Praestantibus, Domino Judici Sebastiano Kromero ac Senatoribus inclytae Reipublicae Leutschoviensis, Dominis et Mecaenatibus Suis perpetua observantia colendis

A tanács megjegyzése: 20. Augustj Anno 1582. Jacobus Kromer

32/2

62.

A wittenbergi egyetem magisztrátusa a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1582. augusztus 24.

Konrad Henckell még mindig tartozik szállásadónőjének, Bartholomäus Vogel özvegyének és örököseinek a vásárolt könyvek árával. A magisztrátus bízik a tanács segítségében, s hogy Henckell kiegyenlíti tartozását. Kéri, hogy a többi tanuló is negyedéven belül rendezze tartozásait. Mellékelik Henckell kézírásos igazolását az üggyel kapcsolatban.

Vnser freundliche dienst zuuor, ernueste, erbare, wolweise, gonstige, liebe Herrn vnnd Freunde. Welcher gestalt euer studierender Burgers Sohn, einer Conradus Henckell genant, noch mitt Schulden vor ausgenommene Bucher zue notturfft seiner Studien, des Barthel Vogels sehligen hinderlassenen Wittwen vnndt Erben vorhafft, vnnd doch solche vbergeschehene seine zusage biesanhero nicht bezahlet hatt, dasselbe werdet Ihr aus inliegender, des Schuldigers derhalben von sich gebenen handschriefft Copien, sambt darzu gesatztem vorzeichnus der durch nicht innen gehaltenen Zahlung geursachten vncosten (so zue ewrem richterlichem ermessigen wier hiermit stellen thuen) gönstig befinden. Darmit aber ermelte Wittwe entlichen befriediget vnndt claglos gemacht werde, als bitten wier freundlichen, Ihr wollet den Schuldiger selbst oder die jenigen, so solchen zum Studio anhero vorschigkt, vnnd dero vrsach diese billiche Zahlung zu thuen pflichtigk mitt ernst darhin anhalten vnndt Compelliren, das innerhalb einem vierthel Jahre die vorzeichnette Schuldsummen muge anhero geschigkt vnndt bezahlet werden. Wie dan wier vnns dessen zue Euch gentzlichen getrősten vnnd vorsehen thuen, solches hinwieder freundlichen zu uordienen seind wier jeder Zeitt gantz willig vnnd geuliessen. Geben den 24ten Tagk Augusti Anno Christi Ihm 82ten.

Rector, Magistri vnnd Doctores
der Vniuersitet zue Wittenbergk

Címzés: Denen Ernuesten, Erbarn, Wolweisen Herrn Burgermeistern vnndt Rathmannen der Stadt Leutzsch in Zyps gelegen, Vnnsern gönstigen lieben Herrn vnndt Freundenn

A tanács megjegyzése: Anno 1582 die 2 octobris <...>

33/2

63.

Peter Türck a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1582. szeptember 7.*

A Konraddal küldött levelet megkapta. Ebben a korábbi levelekhez hasonlóan rendelkeznek a Konradnak átadandó 52 forintról. Ez ügyben már korábban írt pártfogóinak. Az említett összeget, melyet Brunoval küldtek el, Konrad távollétében nem volt hajlandó magához venni, mert egy pennyi nyugta sem lett volna annak hitelezőitől. Ezért a pénzt Brunoval visszaküldte. A wittenbergi levélvivőt nem ő, hanem egy másik diák, a bártfai Hankofsky fia fogadta fel –neki erre nem lett volna pénze–, ő csak a kedvező alkalmat ragadta meg. Bártfáról Lőcsére pedig Johann majd elviszi levelét. Kéri, hogy a levélvivőt ne engedjék vissza üres kézzel. Rokonának, Johann Breslernek a segítségével örökségéből küldjenek el számára 18 forintot. Erre a közelgő tél miatt van szüksége. Télen ugyanis legalább kétszer annyi pénzre van szükség, mint nyáron. Nem dorbézolásra kell a pénz, noha a tanács előtt ezzel vádolták meg. Ezt Henckelltől tudja. Azt a hamis hírt is terjesztik róla, hogy meg akar nősülni, s Sziléziában akar letelepedni. Kéri, hogy erről az ügyről informálják. Bizalmas barátjától, akit ha kell, meg is nevez, megtudta, mire törekszik rosszakarója. Ösztöndíját akarja magának. Ha a tanács elvenné tőle az ösztöndíjat, kéri, erről is értesítsék.

Salus in Christo.

Litteras uestras, Viri Prudentissimi, per Conradum nostrum ad me missas ab eodem accepj, quarum idem fere est argumentum cum prioribus de florenis nimirum 52 Conrado tradendis, ad quas P. V. me satis superque respondisse arbitror. Cum enim absente Conrado nostro pecuniam per Brunonem missam ad me recipere noluissem, alias enim uix per momentum horulae quietus esse potuissem ob creditorum ipsius accursum, sicut etiam factum est, Brunoni pecuniam illam P. V. tradendam relegauj, qui, ut ego quidem minjme dubito, tandem P. V. tradjdit.

Mirerj autem P. V. fortassis poterunt, cur tabellario conducto tam inopinate literis meis P. V. compellem, sed cognita caussa P. V. acquiescere posse non diffido. Neque enim temeritate quadam hunc concjnne Wittebergensem ad uos mittere decreuj, cum res meae hoc damnum non patiantur, sed alter quidam studiosus Bartphensis Hankofskj filius eundem conduxit, qua occasione mihi oblata negligere eam lubens non potui, nec uolui quidem, sed Bartpha Leutschouiam usque cum Johanne nostro mittere uoluimus. Petoque obnixe, ne hunc hominem P. V. vacuum Wittebergam redjre patiantur, sed cum affine meo Johanne Bresslero agant, ut de residuo mej patrjmonij 18 florenos ad minimum per hunc hominem mihj mittat, ut per hyemis ingruentis iniuriam eo commodius

me sustentare queam, non enim ad res inutiles, sed maxjme necessarios pecuniam hanc habere uolo et desidero. Longe enim aliud est hic Wittebergae viuere, quam domj, ubi, quis necessaria, si non abunde, tamen utcunque quibus vitam honeste sustentet, alat et protegat, habere potest. Hic vero, etiamsi extrema necessitate urgente etiam quis minimum quiddam habere uelit, absque pecunia consequi non poterit, si quis vero pecunia destituitur, quid, proh dolor, efficere poterit praesertim nunc hyemali tempore, vbj adhuc duplo pluribus sumtibus opus est, quam in aestate. Quapropter spero P. V. hanc petitionem mihj non denegaturas, cum honesta sit, nec a pietate aliena. Neque enim hanc pecuniam in potationes, helluationes vnndt, das ichs deutsch sag, zue bulerey, hurerey, lautenschlagen et similes res profundere cogito, wie ich den schelmischer weiss bin bey E. E. N. weis Herren von einem ehrvergessenen Ehren dieb vnndt boshaftigen menschen bin angeben wordenn, wie ich von vnserm Conrado Henkelio verstanden hab, als das ich wiell alhie ein weib nehmen vnndt mich in der Schlesig niederlassen vnndt was den der Teuffel mehr diesen ehrvergesnen Schelm vnndt böswicht eingeblasen hatt, welchem alle odern vnndt Knochen, ia der gantze leib voll ist von bosheit, arglistikeit, betrug, ehrgeitz vnndt andern teufflischen tücken mehr, zue welchen allen ich doch wie ichs mit gutten gewissen fier gott darthuen kan, vnschuldig bin, sintemal ich noch von keiner braut, viel weniger von der hochzeit etwas wisse, vnndt auch noch nie datzue lust gehabt hab, wie ichs auch, gott lob, noch nicht bedurffe, anderswo mich niederzulassen. Sed uobis, Viri Prudentissimj, qui uestra sponte aetati meae tanta animj magnitudjne consuluistis, patriaeque, quae me progenuit, gratitudjnem referre totis uiribus, quantum quidem in me fuerit, conabor. Atque vtinam nunc diligentiam meam, assiduitatem uidere, mentem vero et solicitudjnem perspicere possetis, quibus omnj conatus enixus sum, adhuc enitor, nec inposterum desistam, ut uestrae voluntati obsecutus, si non omnia, saltem partem vestrarum erga me beneficiorum recompensare possim.

Obsecro autem uos, Viri Prudentissimi, ut de hisce aliquanto plenius me certiorem reddatis, acquiescere enim non possum, priusquam omnia resciscam, animo enim inclusus dolor, tacita indignatio moerore me pene conficiunt, sed probe intellexi ex litteris intimj mej cuiusdam, quem etiam, si necessitas postulauerit, nominare non erubescam, quid nam vespertilio ille tentet, nempe quod me obtrectationibus uirulentissimis traducere, a P. V. eiusmodi calumnijs abalienare, <...> abalienatum illudere conetur, ut sic denique (hoc enim est ipsius intentum) stipendium, quo hactenus mediocriter hic me sustentauj, ipsi tradatur, ego uero innocens excludar, ne studia coepta contjnuare, Deoque et hominibus aliquando inserujre queam, nunc uero hoc ingenui animj hominem deceat, quisque sana mente praeditus djiudicare poterit. Sin vero P. V. ita visum fuerit (quod tamen non spero) me alijs omnibus praesidijs destitutum hoc stipendio privare, illique sit, quicunque uelit (bene tamen ipsum nouj), tradere, iudicium et voluntas penes P. V. esto, modo cum hoc homine mihj significete, ut, quid mihi

agendum sit, scire possim. Valete et me, ut solebatis, diligite. Datum Wittebergae 7. Septembris Anno 1582. <?>

V. P. humillimus atque deditissimus
Petrus Turcus Leutschoviensis

Címzés: Prudentibus et Circumspectis Viris, Judicj Caeterisque Coniuratis totius Reipublicae Leutschoviensis dominis studiorumque suorum Patronis plurimum colendis

8/2

64.

Homonnai Tamás kötelezvénye a lőcsei tanácsnak
Lőcse, 1583. február 4.

Jogi tanulmányaihoz pártfogóul megnyerte Lőcse tanácsát. Cserébe a város famulusának tekinti magát, és vállalja, hogy hazatérte után a tanács rendelkezésére fog állni. Amennyiben ígéretének nem felelne meg, pártfogóinak joguk van a rá költött összeget visszakövetelni. Tanúk voltak: Jeremias Gundlfinger richnói tiszttartó, Drávecky Tluk Gáspár és Baltazár, valamint Tamás, jászói deák, Szepes megyei jegyző.

Ego Thomas literatus de Homonna per praesentes literas meas singulis, quibus expedit, notum facio. Qualiter ego juridica uolens meum ingenium excolere doctrina omnium aliorum sufficienti ad hoc meum studium ope fuerim destitutus. Tandem ad illustrem senatum Leuchouiensem confugi, a quo benigno complexus animo liberalem promotionem accepi obligando et obstringendo me hisce meis literis eidem gratum fore, et, si Dei munere feliciter a meis studijs reuersus fuero, prae caeteris omnibus eius utilitati et commodo seruire uelle. E conuerso autem praedictus illustris senatus, si meam in promissis constantiam et fidelitatem uiderit, honestum locum et meorum seruitiorum condignum dare salarium beneuole promisit. Itaque cum ob hanc piam oblationem, tum etiam ob praesens beneficium uolens esse gratus, omnem meam operam, omne studium in ipsius apprime usum sub fide, honore et humanitate sponte et libere me conferre promitto.

Et quod super est, si huic meae obligacioni satis facere (quod Deus procul benigne auertat) non possem, aut mala aliqua persuasione ductus contrarium quid agere uellem, ex tunc antedictus illustrissimus senatus, tanquam ab huiusmodi ingrato, talique beneficio minime digno, omnium expensarum rehabendi et recipiendi eiusque, quo placeret uoluntati, faciendi solummodo uigore praesenti plenam atque omnimodam haberet potestatis facultatem et authoritatem eo facto. Harum mearum uigore testimonio sigilloque meo usuali communitarum literarum mediante, quibus egregij Jeremias Gundefinger, Caspar et Balthasar Thluk Draueizky, Thomas literatus de Jazo ad meam diligentem petitionem propter manus robur et testimonium sigilla sua appresserunt, mecumque se sub-

scripserunt. Datum in ciuitate Leuchouiensi die quarta mensis Februarij Anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo tertio.

Idem, qui supra manu propria

Jeremias Gundlfinger Verwallter
der Herschafft Richnaw

Caspar Thluk

Balthasar Draweizky Thluk mp.

Thomas literatus de Jazo, notarius
comitatus superioris Scepusiensis
manu propria

Kívül: Obligatio Thomae literatj de Homonna ciuitatj Anno 1583. die 6. Februari facta

39/1

65.

Homonnai Tamás a lőcsei tanácsnak
Wittenberg, 1583. április 24.

Hosszú ideje nem írt a tanácsnak. Ez nem az ő hibája, hisz mindenképpen eleget kíván tenni pártfogói kikötésének, de a nagy távolság miatt nehezen talál levélvivőt. A tanács előírta számára, hogy hol tartózkodjon. Wittenbergben azonban pestis dühöngött. Amikor Boroszlóba érkezett, értesült róla, hogy a járvány véget ért. Rögtön útrakelt, s március 7-én meg is érkezett Wittenbergbe. Az egyetem, különösen a jogi fakultás rendkívül magas színvonalú. Nagy szorgalommal tanul, mivel ezért küldték külföldre.

Prudentes ac Circumspecti Domini, Domini et Patroni singulari obseruantia colendi. Post salutem et seruiciorum meorum perpetuam commendationem precor dominationibus vestris circumspectis cum uniuersa earundem republica placidam pacem, tranquilitatem, omnia denique fausta et felicia. Quod nullas hactenus ad dominationes vestras circumspectas dederim literas, id non mea certe fàctum est negligentia. Admonebat enim me saepius non solum officij mei ratio, sed et mandatum dominationum vestrarum circumspectarum, cui si parere et obsequi negligerem, nefarium et detestabile ingratitudinis crimen nequaquam effugere possem. Sed cum magna sit distantia locorum, ob idque summa inopia tabellariorum, quoties uellem, mittere non possum. Itaque quod ob eam causam hactenus neglectum est, id nunc hac occasione se offerente, ut faciam, necesse est. Incertus eram, cum dominationes vestrae circumspectae me expedirent, in quonam loco mansurus essem. Fama enim erat saeuam pestilenciae luem Vitebergae, quem mihi proposueram manendi locum, admodum grassari. Verum

cum Vratislauiam usque uenissem, intellexi, quod adhuc circa festum Beati Martini praeteritum non mediocriter mitigata et etiam pene sublata fuisset. Itaque statim me itineri commissi, et die septima mensis Martij Deo adiutore huc Vitebergam appuli, ubi ad hoc usque tempus, laudetur nomen Domini, sanus et incolumis permansi. Quod uero ad statum huius inclytae academiae spectat, eum talem reperi, in quo multum desiderari non possit. Studia enim, praesertim juris, sic florent, ut in his partibus huic similem non modo inuenisse, sed uix etiam dicere possem. Ob quod sit, ut, cui uoluntas et ingenium non deest, magno cum fructu et studiorum suorum emolumento hic uersari possit. Ego etiam, ut res postulat, omni labore et studio in id incumbo, ut, cuius rei gratia huc missus sum, ei sic nauem operam, ut olim neque me hic mansisse pudeat, neque dominationes vestras circumspectas unquam in me collati beneficij poeniteat. Deum optimum maximum D. vestras C. saluas atque incolumes quam diutissime uniuersamque earundem rempublicam in felici statu ut conseruet, rogo. Datae Vitebergae die 24. mensis Aprilis Anno Domini 1583.

Dominationum vestrarum C. humilimus cliens
Thomas literatus Homonnay

Címzés: Inclyto Senatui Regiae Ciuitatis Leuchouiensis etc., Dominis et patronis meis perpetua fidelitate et obseruantia colendis

A tanács megjegyzése: Anno 1583. 9. Junij allatae

38/3

66.

Peter Türck a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak*

Wittenberg, 1583. május 29.

Nemcsak a kassai Gall Kergellel, hanem valakivel Fürstenbergből <?> is küldött a tanácsnak levelet, melyben leírta, milyen körülmények között él Wittenbergben. Most egy itteni lakos veszi arra útját, s ő ismét ír. Isten akaratából választotta a papi hivatást. Itt is kapna hivatalt, de ő inkább a hazájának szolgál. Kéri a tanácsot, küldjön neki egy hívólevelet, melyben az álljon, hogy prédikátorhivatalt kap, hogy az avatás után ne kelljen mégegyszer ideutaznia. Addig is, ha mégsem kapná meg azonnal a tisztséget, amit nem hisz, az iskolamesternek és a segédjének segítene. Házasságkötésével addig vár, míg a közvetítő vissza nem érkezik Wittenbergbe. Meghívná a tanácsot, de tudja, hogy senki sem jönne el a nagy távolság miatt. Reméli, hogy ajándékot azért kap, hogy megtarthassák az esküvőt, s feleségével illőn utazhasson Lőcsére. Sok vinnivalója lesz, s minthogy az övéitől segítségre nem számíthat, a tanács támogatását kéri. Ha Samuel Seelfisch levélben jelentkezne, ne válaszoljanak neki. Megbeszélte vele, hogy még vámia kell arra, hogy Türck fizessen.

Gottes gnadt vnndt segen sey mitt vnns vnndt bleib alltzeit bey vnns allen.

Ehrsamer, namhaffter vnndt wolweyser herr Richter, auch ehr- vnndt fiersichtigen Herrnn Väter Versorger, Patronen, günstige Herrn vnndt Freindt alle-

sampt. Ob ich wol nicht allein mitt dem Herrn Gallo Kergeln von Cascha, sondern auch nicht lengst mitt einem von Fürgen berg <!>, vnsern Freindt vnndt Schwagern, wie er sich genennt hatt, E. E. N. W. geschrieben vnndt meinen zustandt alhie zue Wittenbergk zue wissen gethan hab, aus welchem beiden schreiben E. E. N. W. wohl werden abnemen können, mit was nutz, ia viel mehr mitt was schaden ich diese Zeitt alhie bleiben muss, wie ich E. E. N. W. alles, wen mihr Gott anheim hülfft, ertzehlen vnndt antzeigen will. Noch dennoch, weil mihr gar guete gelegenheit fiergefallen vnndt ein mitburger alhie ettlicher sachen halben hinein gelauffen, hab ich nicht können vnterlassen, E. E. N. W. zue schreiben vnndt meinen zustandt wissen lassen wollen vnndt bin der zueversicht kegen E. E. N. W. als ein Kindt zue seinem lieben Vatter, E. E. N. W. werden mihr solches nicht böss auslegen noch einen missgefallen dran tragenn, sondern ihnen wolgefallen lassen, weil es Gott also geschickt hatt vnndt mihr mitt Radt vnndt thatt als meine liebe Väter helffen, fördern vnndt als ewer gliedmas versorgen. Denn ich solch christlich werk vnndt diesen heiligenn vnndt Gott angenemen standt nicht aus fierwitz oder argen bösen büssen angefangen hab, sondern Gottes werk ist es, Gott hatt es also verordnet, Gott hatt es also haben wollen, Gott wirdt auch helffen, damit es zue einen glückseligen Endt kan gebracht werden. Weil den Gott mein hertz, meinen willen vnndt alle gedancken also geregiret hatt, das sie seinem willen haben folgen müssenn, so bin ich der zueversicht (wie ich den auch in meinem gebet teglich thue), Gott der Herr, welcher alle arme verlassene, dürftige weisen wol weiss zue versorgen, der werde E. E. N. W. willen, hertz, mutt vnndt sinn, ia alle zueneigungen durch seinen heiligen Geist regiren, das E. E. N. W. williglich vnndt gern Gott zue ehren vnndt vnseren Vaterlandt zue nutz mich versorgen vnndt zue meiner auffenthaltung in vnserm lieben Vatterlandt behülfflich sein werdenn. Vnndt ob ich wol in diesem landen zue herrlichen pfarrdinst kommen köndte, so will ich doch solches nicht thuen, wie ich den auch in meinen vorigen schreiben gemeldet hab, sondern will der trew, so mihr von E. E. N. W. vnndt meinem lieben Vatterlandt bewisen nicht vergessenn, sondern mitt Gottes Hülff meinem lieben Vaterlandt dienen vnndt zu willen sein, wo mitt ich kan vnndt mihr müglich sein wirdt. Vnndt weil ich mich den auff die Theologiam begeben hab, so ist mein bitt, E. E. N. W. wollen darauf bedacht sein vnndt durch diesen Botten ein Vocarien oder Beruf brief schicken, damit ich möchte zum predigampt ordiniret werdenn, auf das ich nicht hernach müste noch ein mahl heraus nach der weyung, wie man es nennet, zihen vnndt also zweyerley vnkosten aufgehen würde, vnndt ob ich gleich nicht baldt zum predigampt angenommen kan werden, wie ich doch verhoffe, E. E. N. W. werden mich nicht hinden ahn setzenn, so will ich doch vnter des neben dem Herrn Schulmeister vnndt dem Collaboratore der Schulen dienen mitt lesen vnndt andern, womit ich kann, damit ich nur möchte von Wittenbergk erlöset werdenn vnndt Gott vnndt den Menschen nützlich sein, den es mein bleiben nach der hochzeit alhie nicht lang wirdt sein können. Neben dem kan ich E. E. N. W. auch nicht bergenn, das ich die hochzeittliche freidt zue haltenn sparen will, biss dieser Bott widerumb heraus kommen wirdt, zue welchen hochzeitlichen ehrenn ich E. E. N. W. sampt den hörigen allen will gebeten habenn, aber diweil ich wol

weiss, das E. E. N. W., ia keiner aus vnser freindtschafft sich heraus begeben wirdt, den es ist nicht ein kleiner spatzir weg, so bin ich doch der zue versicht, wie ich von auch zum treulichsten bitt, E. E. N. W. werden mich mitt einem geschenck wol wissen zue versorgen, damit ich nicht allein diese hochzeittliche freidt desto besser folbringen, sondern auch desto füglicher mitt meiner vertrautten Brautt hinein werden zihen können. Vnndt weil ich den gar sehr viell werde hinein zue fieren habenn vnndt aber von den meinigen nichts zu gewarten hab, so verhof ich, E. E. N. W. werden mich nicht verlassen, sondern wohl wissen zue versorgen vnndt diesem Boten vberandwortenn vnndt bin dessen desto besserer hoffnung vnndt zue versicht, diweil E. E. N. W. andern zue solchen ehren seindt behülfflich gewesen. E. E. N. W. werden mich als ewer Kirchen gliedmas auch nicht so gar verlassenn. Weil auch ein danckbares hertz lobens vnndt ehren werdt ist, vnndt beides Gott vnndt den Menschen wolgefelt, so weis ich E. E. N. W. neben Gott dem Herrn grossen danck fier die erzeigte guet thatt, vnndt will solches nicht allein mitt dem mundt thuen, sondern auch mit Gottes hülff der mal eines mit der Tadt selbst beweisenn, vnndt sollen E. E. N. W., ia vnser gantzes Vaterlandt mein danckbares gemütt mitt der that spieren vnndt erfahren vnndt ahn mihr keinen mangel haben, nur bitt ich zum treulichsten, E. E. N. W., ia eine gantze ehrbare gemein wolle es ahn ihnen nicht mangeln lassenn, sondern behülfflich sein, damit ich möchte mitt dienst versorget werdenn, vnndt neben andern mein aufenthaldten haben möchte. Solches hab ich E. E. N. W. kürzlich zue wissen thuen wollen vnndt befehle E. E. N. W. alle sampt in den schutz des almechtigen Gottes. Geben in Wittenbergk den 29. Maij Anno 1583.

E. E. N. W. williger vnndt vntertheniger allezeitt
Petrus Turck litterarum tum expectans nunc vestrarum

Postscripta: Ob der Samuel Selfisch meinetwegen E. E. N. W. schreiben wirdt, so ist meine bitt, man wolle ihm keine antwordt widerumb schreiben, den er mihr mit der bezahlung wol eine Zeit lang warten muss, nach dem er mit mihr gehandelt hatt.

A címzés hiányzik.

8/3

67.

Polykarp Leiser a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1583. június 4.

Közbenjár a tanácsnál Peter Türck alkalmazása ügyében. Türck 6 éve tanul Wittenbergben. Ismerve szorgalmát és jó magaviseletét, Leiser is szívesen alkalmazná, de sok a választófejedelmi ösztöndíjas.

Gottes gnad vnnd Segenn durch Christum Jesum, neben erbietung meiner willigenn geflissnenn dienst vnnd Vatter Vnser zuvor. Ehrnveste, wolweise, günstige, liebe Herrn vnnd gute Freündt. Es ist ein grosse, vnaussprechliche gnade Gottes, dass Er zu disenn letztenn Zeitten auch jnn Eurem vilgeliebtenn Vatterlandt, welches sonstenn mit dem Erbfeindt Christliches Nahmens vnnd andern Widersachern der hailsamenn wahrheit, fast gantz vmbringet ist, das reine wort seines heiligenn Evangelij predigenn vnnd schallenn lasset. Für solche hohe wolthat, ist ihme nicht allein lob vnnd danckh zu sagenn, sondern man soll auch Christlichenn müglichenn Vleiss fürwendenn, damit solch teüre Kleinoth erhabenn vnnd auff die Nachkomenn gebracht werde. Welches danntzumahl am füglichstenn geschiche, wann man junge leüt erzeücht, welche den Grundt der heiligenn schrifft jnn den Schulenn studirn vnnd also fassen, damit sie künfftiger Zeit auch andere den glaubenn jnn Kirchenn oder Schulenn lehrenn mögenn. Der Vrsach dann E. E. W. sonderlichen rhum verdienen, dass Sie auss Ihrer Stadt mit gemeinenn Vnkostenn, jemandts bey einer hohen Schul verlegenn, welcher einenn rechten grundt legenn, vnnd hernach gemeinem Vatterlandt wider dienenn möge. Vndter denselbenn, wie ich verstehe, ist auch Petrus Türckh, welcher nun jnn die sechs Jar nutzlich vnnd wol allhier gestudiert, einer für diser Zeit gewesenn. Nach dem dann nun gedachter Petrus, so vil studirt, dass er mit nutzen einem dienst vorstehn khan, als hat er mich angesprochenn, ihm bey E. E. vnnd W. zu verbittenn, damit er förderlich für andern zu einem dienst gefördert werdenn möchte. Welchs ich ihme, weil mir sein geschicklickait vnnd wolhaltenn bekhant, nicht habe abschlagenn könnenn, dann auch ich selbs geneigt were, ihne jnn disen landenn zu befördern, wo wir nicht der churfürstlichenn Stipendiatenn, welche wir für andern bedenckenn müssen, so viel hettenn, ich auch erachtete, dass man bey Euch drinnenn, gelerter leütt grössern abgang vnnd mangelt hetten, denn Gott lob, bey vns ist. Wo auch vndter dessenn E. E. vnnd W. Ihr mit einer beysteür grossgünstig bedencken woltenn, thetenn Sie ein christlich werckh, welchs er mit seinenn getrewenn, willigenn dienstenn wider zu verdienenn, ich auch von E. E. vnnd W. zu rhumenn jnn kheinenn Vergess stellenn würdenn. Versiche mich dennach hiemit gantz dienstlich, E. E. vnnd W. werdenn ihme meiner Vorbitt genossenn empfindenn lassenn, vnnd thue dieselbenn sampt vnnd sonderns, nebenn Ihrer gantzen gemein dem Allmechtigen jnn seinenn gnedigenn, vätterlichenn schutz vnnd schirm befehlenn. Datum Wittenberg den 4ten Junij Anno 1583.

E. E. vnnd W. dienstwilliger Polycarpus Leiser
D. Pfarrer vnnd Superintendens daselbsten

Címzés: Den Ersamenn, Namhafftenn vnnd Wolweisenn Herrn Richter vnd Rhattsgeschwornenn der Kaiserlichenn Freistadt Leütschaw, meinenn günstigenn Herrn vnnd Freündenn

A tanács megjegyzése: 10. Junij Anno 1583 Herr Polycarpus offert servitium Turkij

36

68.

A wittenbergi egyetem magisztrátusa a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1583. június 5.

Ismételten kérik a tanácsot, hogy Konrad Henckell már korábban jelzett tartozását rendezze. A levél átadójával haladéktalanul küldjék el a mellékleten feltüntetett összeget.

Vnser freundlich dinst zuuor.

Ernueste, wolweise, insonder gonstige, liebe Herrn vnd freund. Was der schulden halben (darmit euer studirender Burgers Sohn einer, mit namen Conrad Henckell, alhier zu Wittenbergk vor ausgenommene bucher noch verhaft ist) wier vnlengest an euch inschriften haben gelangen lassen vnd gebeten, die gonstige vorordnung zu thun, vf das ermelte schuld mochte bezalt vnd abgelegt werden, dessen traget ihr vngezweifelt noch gonstige wissenschafft. Weil aber die zahlung bisanhero ist verschoben worden, derer aber die jenigen, so die bucher dem schuldiger vorborget, vfs hochste bedurftig, alls bitten wier nochmals freundlichen, wollet ermelten eueren Burgers Sohn oder die jenigen, so denselben zum Studio anhero vorschickt, mit ernst dahin anhaltten vnd compelliren, vf das die vorzeichente schuldsummen (wie inliegent zu befinden) muge ohne fernern vfschub briefs ziegern zugestellet vnd behendiget werden. Welches dann wier hinwieder freundlichen zu verdienen geulissen seindt. Geben den 5. tagk Junij Anno Christj ihm 1583.

Rector, Magistri vnd Doctores
der Vniuersitet zu Wittenbergkh

Címzés: Den ernuestenn, erbarnn, wolweisenn Burgermeisternn vnnd Rathmannenn der altloblichenn Stadt Leützsch in Zips, vnsernn insondernn gonstigenn, liebenn Hernn vnnd Freuden

A tanács megjegyzése: 10. Julij 1583. acceptum causa Cunradi Henkel

33/4

69.

Homonnai Tamás a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1583. június 7.

Noha nemrég írt a tanácsnak útjáról és tanulmányairól, ezen újabb alkalmat is megragadja, hogy hírt adjon magáról, mivel pártfogói lelkére kötötték, hogy egyetlen lehetőséget se szalasszon el a levélírásra. Jó egészségnek örvend, s egyéb körülményei is megfelelőnek mondhatók. Szorgalmasan tanul, s kiváló tudósok nyilvános és magánóráit látogatja. Ez utóbbi a szükséges könyvek beszerzésével együtt többletkiadást jelent számára. A jogi fakultás nyilvános előadásai még túl nehezek neki, ezért kénytelen magánórákat is látogatni.

Salutem et seruitiorum meorum perpetuam commendationem.

Superioribus diebus scripseram ad circumspectas dominationes vestras, Domini et patroni summa obseruantia colendi, et quantum quidem illius occasionis praeposterae festinatio temporisque breuitas passa est, de omni et itineris mei successu, et negociorum meorum statu dominationes vestras circumspectas certiores feceram. Verum cum nonnihil dubitem, an eae literae adhuc illuc peruenerint, hanc quoque occasionem minime praetermittere potui. Nolim enim uel in leuissimam ingratitudinis notam mea negligentia apud dominationes vestras circumspectas incurrere, cum praesertim optime sim memor, quid in mandatis discedens acceperim, ut nimirum nullam scribendi occasionem praetermittere deberem. Laudetur itaque nomen Domini in perpetuum, hactenus prospera sum usus valetudine, id quod etiam dominationibus vestris circumspectis uniuersis et singulis ex syncero pectore exopto, totiusque ciuitatis et omnium rerum felicem successum cupio.

In caeteris quoque conditionis meae partibus tolerabilem adhuc progressum habui. Dum enim officij mei recordor, cuius causa in haec externa loca patrocinio nostro missus sum, simul etiam eam in studijs meis diligentiam adhibere contendo, ut olim profectus mei me poenitere non possit. Nec desunt mihi ad studia continuanda eademque promouenda in hac academia celeberrima commoditates. Multos enim tam publice, quam priuatim nanciscor viros summa eruditione praestantissimos, quorum opera in hac facultate iuuari possum. Ipse quoque nullam praetermitto promouendorum studiorum meorum rationem. Audio enim et publice et priuatim eos, quorum institutionem meo captui commodiorem esse iudico.

Sumtuum quoque rationem ita temperaui hactenus, ut me intra tenuitatis meae limites continerem. Fieri tamen non potest, quin ad comparandos aliquos libellos et priuatis meis praeceptoribus aliquid inde erogem. Illi enim sui laboris praemium reposcere solent. Ego vero tyro existens, ut iam periculum feci, ex publicis lectionibus parum possum haurire utilitatis. Nec enim pro tyronum captu illic juridicae facultatis lectiones leguntur. Faciendum igitur mihi est, quod ex usu studiorum meorum esse iudico, etiam cum dispendio sumtuum, quod nec dominationes vestras C. in diuersam partem accepturas opinor. Deus optimus maximus dominationes vestras circumspectas uniuersamque eorum rempublicam saluam incolumem ac florentem conseruet, rogo. Datum Vitebergae 7. die mensis Junij Anno a nato Christo 1583.

Dominationum V. C. subiectissimus
Thomas litteratus Hommonniensis

Címzés: Prudentibus ac Circumspectis Dominis, Judici ac Inclyto Senatui Regiae Ciuitatis Leuchouiensis etc., Dominis ac patronis perpetua obseruantia colendis

A tanács megjegyzése: 10. Julij Anno 1583.

38/2

70.

Peter Türck a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1583. augusztus 23.

1583. augusztus 12-én kapta meg a tanács levelét. Levélvivője most Johann Bener. Pontokba szedve válaszol a tanács által felvetett problémákra. 1. Néhai apja és a lelkész ajánlotta be Türcköt a tanácsnak. Nem igaz, hogy nem akar hazája szolgálatára lenni. Két levélben is biztosította szolgálatkészségéről a várost. A levélvivő akkor Gall Kergel és Johann Bener volt. Amíg nincs üres tisztség, szívesen segédkezne az iskolamesternek vagy munkatársainak. Azt a félreértést, hogy megtagadja a szolgálatot, az írnok rovására írja. Azt tanácsolja neki, ha a jövőben is kíván latinul írni, előtte tanulja meg a nyelvet rendesen. 2. A tanács tanulni küldte őt ide, hogy majdan a város szolgálatára legyen. Szégyellné, ha nem használta volna ki az időt, s nem tudna az itteni tudós emberekkel társalogni. 3. 1583. május 26-án megnősült. A tanácsnak négy héttel húsvét előtt küldött értesítést, választ azonban nem kapott. Nem igaz, hogy már akkor jegyesek voltak mostani feleségével, amikor legutóbb otthon járt. Szíve szerint még várt volna, míg a levélvivő visszaérkezik, de menyasszonya nagyanyja sürgette az esküvőt. A levélvivőtől megtudhatják, hogy ezzel kapcsolatban kikérte más tanult emberek véleményét és tanácsát is. Reméli, hogy nem haragszanak rá. Előbb-utóbb úgyis megnősült volna. De olyat nem vett volna feleségül, akit úgy kényszerítenek hozzá. 4. Bemutatja felesége szüleit. Apja, Valerius Jaunersdorfer a sziléziai Frauenstadtban született. Innen a szintén sziléziai Franckssteinba ment, ahol haláláig lelkészként tevékenykedett. Anyja wittenbergi származású. Követte házastársát Sziléziába. Gyermekük, Magdalena, Türck felesége, szülei halála után Wittenbergbe ment a nagyanyjához. Végezetül: A tanács levelében az áll, hogy az ösztöndíj számára 1583. április 23-ig jár. Szerinte a megállapodás, melyet akkor kötöttek, amikor legutóbb megjelent a városházán a tanácstagok előtt, úgy szól, hogy azt a fél évet, amit 1582. szeptember 29-től 1583. húsvétig otthon töltött, nem számítják bele tanulmányi idejébe, s így az ösztöndíjat 1583. szeptember 29-ig, tehát fél évvel tovább folyósítják majd neki. Írjanak az itteni lelkésznek, hogy szenteljék pappá, de jobb lenne, ha hazarendelnék, amint azt az otthoni lelkésznek is megírta. Sejti, hogy a tanács miért elégedetlen vele. Úgy véli, házasságának a város sem látja kárát. Hangsúlyozza, hogy ezen a télen már nem maradhat Wittenbergben. Ha a tanács nem hívja vissza őt, ezt úgy kell értenie, hogy magára hagyta, s ezért ő ez ügyben egy megfelelő jogi ismeretekkel rendelkező személyhez fog fordulni. Hasonló módon járhatnának el vele, mint Rudolffal, akinek taníttatására ráadásul nem is fordítottak pénzt, s akit, míg állást nem kapott, a tanács rendszeres támogatásban részesített. Egyúttal kéri, hogy küldjenek számára kicsit magasabb ösztöndíjat, mert hazatérése sokba fog kerülni. Sok ellensége van most Lőcsén, sokan ok nélkül.

Gnadt vnndt friede von Gott dem Vatter durch Christum Jesum neben wunschung zeittlicher vnndt ewiger wolfartt. Ehrsamer, namhaffter, wolweyser Herr Richter, auch E. N. vnndt wolweysenn Herrnn Väter vnndt Patronen allsemptlich, euer schreiben, durch den Boten ahn mich gesandt, hab ich den 12. Augusti dieses 1583 Jahres enpfangen vnndt solches nicht ohne grossen schmertzen, vnndt bin in willens gewesen, E. E. N. W. widrumb zue schreiben mitt ettlichen Vngern, welche hinein verreiset sein, wen der Bott lenger ausblieben wehr. Weil aber der Bott nue kommenn vnndt auch vnser freindt Johannes Bener, zeiger dieses brieffs, sich bedacht hatt, hinein zue zihenn, hab ich desto bessere gelegenheit mit ihm zue schreiben, als mitt einem andern, den er woll weiss, wie es mitt mihr einen zuestandt hab. Gott sey lob vnndt danck

gesagt, das er mihr so fern geholffen hatt, ich weiss, er wirdt mich hinfortt auch nicht verlassenn, ob sich gleich ettliche ohn vrsach wider mich setzenn vnndt mihr feindt worden seindt. Wen ich nur Gott zum freindt hab, so wirdt er meine feinde mihr widrumb zue freinde machenn, denn in allen meinen fiernemen, wie ich nicht anders weiss, wirdt gottes Ehr gesucht zue fördernn darumb will ichs ihm anheim stellenn vnndt auch von ihm hülffe vnndt trost gewartenn. Vnndt ob ich gleich selbst von allen punkten, welche in diesem schreiben gemeldet werden, ohne das E. E. N. W. hab schreiben wollen, so ist mihrs viel lieber, das mihr E. E. N. W. vrsach dazue gebenn, vnndt will also ordentlich auff alle punkten, welche in den schreibenn, so mihr von E. E. N. W. durch den Boten geschickt ist wordenn, begriffen seindt, antwordt gebenn.

Vnndt zwar erstlich melden E. E. N. W. in diesem schreibenn (dessen ich mich gar wol weiss zue erinnern), welcher massen mein lieber Vatter seliger vnndt der Herr Pfarher mich vor einen ehrsamen Radt promouirt haben, das ich mitt der Zeitt meinem lieben Vatterlandt dienstlich sein solte. Nue aber wolte ich solches nicht thuen vnndt befinde sich das Contrarium oder widerspiell. Ich frag aber, ob dem also sey, ob ich meinem lieben Vatterlandt nicht hab dienen wollen oder noch nicht dienen wiell, vnndt mich danckbar kegen dasselbe erzeigenn vnndt diesen ersten punkt, das mihr veracht, damit geschicht, will ich vberzeigen mitt meinem schreiben ahn E. E. N. W., geschickt beides durch den Gall Kergeln vnndt auch durch diesen Bottenn, denn ich darin gesetzt hab, das ich meinem Vatterlandt dienstlich sein will, womit mihr müglich sein wirdt, vnndt vber das, ob gleich kein dienst ledig sein würde, so wolte ich doch diweil in der Schuelen neben dem Herrn Schulmeister, neben dem Collaboratore vnndt den andern Collegis thuen, was mihr müglich wehr, biss das mihr Gott dermal eins zum dienst verhülfe. Nue frag ich einen, ob das vndanckbar sey, ob ich meinem Vaterladt nicht dienen will, vnndt wen es der gröbste pauer wehr, so müsste er bekennen, das ich mich nicht vntertheniger erbittenn köndte kegen E. E. N. W. vnndt ein gemeine Stadtt als ich gethan hab. Aber ich weiss nicht, ob es E. E. N. W. die schuldt sey oder des schreibers, welcher gewiss ein grober Gesell muss sein, er sey, wer er wolle, den was E. E. N. W. mitt dem schreiben ahn die gantze Vniuersitet geschickt fier Ehr eingelegt habenn, das wirdt E. E. N. W. von diesem Johanne woll können ausfragenn, vnndt wiell dieser schreiber, wer er ist, ein andermahl mehr Lateinisch in seinen briffen mit vntermengen, so mag er noch zue vor in die Schuel gehen vnndt es besser lernen oder aber gar bleiben lassenn, den ers ietzundt gar vbel troffenn hatt.

Zum andernn, so befinde ich in diesem brieff, das mich E. E. N. W. hirauss geschickt habenn, fiernemlich zue dem Endt, das ich fleissig studiren solte, damit ich meinem Vatterlandt dienstlich sein möchte. Nue frag ich abermal, was ich den alhie gemacht hab diese Zeitt vber? Ich glaub nicht, das ich dem fressen vnndt sauffen bin nach gangen, den ich sellten viel geldt vbrig gehabt habe, das mich ahn meinem studiren gehindert hette, vnndt wen ich durch Gottes gnade nicht etwas sonderlichs studiret hette, so wolte ich mich ia schemen, das ich mitt solche gelertenn leuten vnndt Theologis alhier solte conferiren vnndt zue thuen habenn, wen ich meiner sachen nicht gewiss were, vnndt wen ich gefragt werde,

ihnen antwordt geben köndte? Vnndt wan E. E. N. W. einen mangel ahn meinem studirenn haben, warumb habt ihr mich nicht Ewern Pfarrhern (welcher ietzundt auch mein feindt worden ist, aber ich weiss die vrsach gahr woll) lassen examiniren, da ich nechst bey euch gewesen bin, damit E. E. N. W. hatten erforschen können vnndt erfahren, wie es vmb mein studiren eine gelegenheit hab. Aber ich geb in diesem allen dem vngeschickten schreiber die schuldt. Ich will mich nicht riemen. Aber doch so weiss ich, das ich durch Gottes gnadt vnndt beistandt seines Heiligen Geistes, so viel studiret hab, das ich mich nicht schemen darff, Gottes wordt zue predigen, es sey, wo es wolle. Vnndt dessen hab ich zeigens beides in predigen vnndt sonsten meiner Erudition gelerter leut, derer gleichen man weit vnndt breitt nicht baldt finden wirdt, welches ih mihr viel grösser achte, als wen ich viel geldes vermöchte, so ich doch sonsten ein armer Bettler bin, aber was mihr Gott fierbehalten hatt, das muss mihr werdenn durch seine göttliche hülff.

Zum drittenn, so wirdt auch in diesem schreiben vermeldet, diweil ihr mich diese Zeitt vber habt promouiret, vnndt ich E. E. N. W. meine Patronos nenne, warumb ich solche heurat (die durch Gottes hülff den 26. Maij, wie alhie gebrauchlich, volbracht, vnndt der hochzeitt tag geschehen ist, ohn E. E. N. W. vorwissen angefangen habe, darinnen mihr vnrecht geschicht, den ich solches nicht ohn E. E. N. W. vorwissen hab gethann, sondern hab solches 4 wochen vor den Heiligen Ostertag E. E. N. W. durch ein schreiben zue wissen gethan vnndt villeicht zeittlicher geschehen wehr, wen ich hette gelegenheit gehabt, hinein zu schreibenn, hab aber auff das selbe mein schreiben auch keine Antwordt bekommen, wie hab ich mich denn sollen nach E. E. N. W. willen richtenn, wen ich nicht hab E. E. N. W. meinung erfahren können. Das aber E. E. N. W. ferner schreiben, das ich damals, als ich drinnen bin gewesen, mich mitt dieser Jungfraw, welche mihr Gott zum weib geben hatt, solte versprochen haben vnndt schon daselbst in willens solt gewesen sein, sie zue nehmen, darinnen geschicht mihr gewalt vnndt vnrecht, den so wahr als Gott lebt, so bin ich zue for nicht in willens gewesen, diese Jungfraw, welche ich nue fast ein fiertel Jahr ehelich gehabt hab, zue nehmen, sondern ist so plötzlich geschehen durch Gottes willen, das ich mich selbst darüber verwundern muss, wen ich daran dencke, vnndt wolte die hochzeit gerne aufgeschuben haben, biss der Bott wehr widerumb kommen, vnndt ich E. E. N. W. willen hette erfahren können. Aber ihre Grosmutter hatt es nicht lenger aufschüben wollenn, vnndt ist also nach Gottes vätterlichem willen volbracht. Vnndt wen ich gleich mit der hochzeit gewartet hette, es doch nicht können widerumb zue rück gehen (weil es den also durch Gottes willen geschen ist vnndt Gottes willen gewesen ist) vnndt solches auch mit gelarter leute Radt vnndt willen angefangen vnndt folbracht hab, wie E. E. N. W. von diesem Johanne erfahren können. So verhoff ich, E. E. N. W. werden auch damit zue frieden sein vnndt mihr derhalben nicht feindt werden, als ob ich E. E. N. W. darumb verachtet hette. Ich hette doch mit der Zeitt ein mahl eine habenn müssen, so hette ich doch bey euch nicht eine haben müssen, welche ich nicht hette haben wollen, vnndt wehr auch nicht gezwungen dazue gewesen, den zue ehelichen sachen soll man keinen zwingen noch dringen. Weil den dieses Gottes wille

gewesen ist, hab ich mihr es auch lassen wolgefallen. Gott wolle auch ferner durch seine Gnadt, segen vnndt heiligen geist vnns allsampt beywohnenn.

Damit aber E. E. N. W. auch etwas von meiner Frawen Eltern vnndt herkommen einen bericht haben möchtenn, so wisse E. E. N. W., das ihr Vatter seliger gedechtnus, mitt Namen Magister Valerius Jaunersdorffer der geburt von der Frawenstadt in der Schlesien ist, da er den Pfarher gewesen vnndt hernach ken Franckstein, welches auch in der Schlesig liegt, geruffen ist worden da er dann eine zeittlang seinem Pfarrdienst vnndt predigampt treulich vorgestanden hatt, biss da ihn Gott durch den zeittlichen Todt abgefordert hatt. Ihre Mutter aber ist eine Wittenbergerin gewesenn, welche er alhie genommen vnndt hernach in die Schlesig mit einander gezogen seindt, da sie dan auch nach ihren Man seliklich in Gott entschlaffen ist. Nach solchem absterben ihrer Eltern ist meine Hausfraw, meine Magdalena, widerumb ken Wittenbergk kommen zu ihrer Grosmutter, da sie dan eine zeittlang gewesenn in ihrer Jungfrauschafft, biss das sie entlich Gott mihr zum weib gegebenn, welche ich auch nicht hab verachten wollen, weil es Gottes willen so gewesen vndt auch ehrlichen herkommens ist, so hab ich solches auch nicht aus eignen Fierwitz oder Mutwillen, sondern mit gelerter leut Radt angefangen vnndt volbracht. Verhoff derwegen, E. E. N. W. werden dieses nicht meinem frewolen mutt, dafür mich doch Gott behütte, zue schreibenn vnndt also ewer treues, vätterliches hertz von mihr abwenden, sondern diweil es Gottes gnediger wille also gewesenn, so werden E. E. N. W. ihren willen in Gottes willen gefangen geben vnndt also meine trewe Herren Väter vnndt Patronen sein vnndt bleibenn.

Zum beschluss, welches mich gar sehr schmertzett, so schreiben E. E. N. W., das ich das Stipendium empfangen hab biss auf zuekünfftig Georgij, welches mihr gar vnbewust ist, den es gar anders geredt wordenn ist, da ich auf dem Radhaus kegenwartig wahr, fier einen gantzen ehrsamen, weysen Radt, meinen grosgünstigenn Herren vnndt Väternn vnndt habs gar wol behaltenn, den dieses wahr E. E. N. W. Rede vnndt Antwort, was das Stipendium betrifft. Das halbe Jahr von Michael, da ich bey euch wahr biss auf Ostern, soll vergessen vnndt mihr nicht zuegerechnet werden, sondern auf Michel mein Stipendium widerumb angehenn. Nue aber ist Michael schon herbey, so schreiben mihr E. E. N. W., ich solte mich behelffen biss auf zuekünftig Georgij, welches mich gar sehr befremdet, den ich damals gar wol auff die wordt hab achtung geben vnndt bin nicht so gar einfeltig als man mich wol helt. Nue wen ich schon diesen Winter alhie bleiben soll, welches doch nicht geschehen kan vmb vieler vrsachen willenn, so kan ich warlich von dem Windt nicht lebenn, man wirdt mich fierwar auch nicht vmsonst aushalten, den ich nue nicht mehr allein bin, sondern hinfort fier zwey weiber werde sorgen müssenn. Wen nue E. E. N. W., welche sich meiner zue vor haben angenommen, mich ietzundt verlassen wollenn, da noch verhanden ist vnndt mihr nicht behülfflich sein, das ich hinein kommen vnndt in meinem lieben Vatterlandt mein aufhalt haben möge, weiss ich nicht, wie ichs anfangen werde, den ich alhie nicht bleiben kann, auch nicht lenger bleiben wiell, biss das dieser vnser Johannes widrumb heraus kommenn wirdt. Vnndt wen ich gleich lenger alhie bleibenn solte, so bin ich auch im studiren weder mihr noch einem

andern nutz, es sey den, das ich ein ander vnndt tröstlicher schreiben von E. E. N. W. bekomme als dieses gewesen ist, den diss schreiben mich also betörett hatt, das ich auch kaum diesen briff hab schreiben könnenn, so viel vnndt mancherley gedancken hatt mihr es gemacht vnndt kan mich auch nicht ehe zue friden geben, biss das ich E. E. N. W. geneigtes gemüt kegen mihr anders erfahre.

Damit ich nue diss schreiben beschliss vnndt auch nicht vndanckbar gescholten werden möchte, so hab ich nicht allein zuvor mein treues vnndt danckbares gemüt E. E. N. W., ja meinem gantzen Vaterlandt angetragen, sondern thue es noch ietzundt vnndt wiel mitt Gottes des almechtigen hülff, wo mihr der selbe die lebtag verleyet vnndt durch E. E. N. W. väterliche vorsorge meinem lieben Vatterlandt dienen, wo mitt mihr müglich sein wirdt vnndt weil ich mich den auf Theologiam begeben hab vnndt aber auch diesen Winter alhie nicht bleiben kann, so werden E. E. N. W. darauf bedacht sein, vnndt alhie an den Herrn Pfarrhern schreiben, damit ich möchte ordiniret werden zum predigampt. Soll ich diesen Winter alhie bleiben, welches nicht geschehen kann, so müste ich doch geldt habenn. Wo her wolte ichs aber nehmen, wen es mihr von E. E. N. W. nicht geschick wirdt, vnndt wen mihr E. E. N. W. schicken, daran ich gar nicht zweifell, so ist es besser, ich wende dasselbe geldt auf die Reise vnndt komme hinein, den das ichs alhie verthuen soll vnndt müste doch dermalein hinein kommen, dazue den noch mehr geldes von nötten sein würde. Damit man aber diesem allen fierkommen möge, wollen E. E. N. W. das beste thuen vnndt mich hinein fordern, wie ich den auch dem Herrn Pfarrhern davon geschrieben hab, vnndt ob es gleich mit mihr vbel zue frieden ist, ich kan aber wol schier errhaten, was die vrsach sey. So verhoff ich doch, Gott werde sein hertz vmwenden, das er mihr widrumb geneigt wirdt werdenn. Vnndt ob ich gleich alhier geheurat hab, so wirdt doch himit gemeiner Stadtt nichts ab gehenn, denn ich das hertz vnndt treyen willenn meinem lieben Vatterlandt zue dienenn noch hab, wie ichs vor gehabt hab vnndt soll durch Gottes hülf ahn mihr nicht mangeln, womit ich kan meinem Vatterlandt dienen, das wiell ich thuen, nur das bitt ich vmb Gottes willen, E. E. N. W. wollens ahn ihnen nicht mangeln lassen vnndt das sag ich noch ein mahl, das ich diesen Winter vber ia gar nicht mehr zue Wittenberg bleiben kan, den es giebt es die gelegenheit nicht, weil ich den alhie nach E. E. N. W. schreiben nicht bleibenn kann, so werden mich E. E. N. W. ia nicht verlassen, sondern hinein fordern, daran ich gar nicht zweifel. Wollen aber E. E. N. W. mich nicht hinein fordern vnndt mihr zue solcher Reiss zehrung schickenn, datzue ich nicht wenig bedarff, so kan ich daraus schlissen, das mich E. E. N. W. verlassen, verstossen vnndt mich nicht weiter fördern wollen, welches ob es recht sein wirdt, wiel ich einen verstendigern als ich bin judiciren lassenn. Aber ich bin der zueversicht, ein ehrsamer Radt wirdt mich nicht verlassenn, diweil es die gelegenheit nicht gibt, das ich weiter alhie bleiben kann. Seind doch vor der Zeitt mehr Expectantes bey euch gewesen als Rudolphus, an welchem doch nichts angelegt ist gewesenn, der hatt auch erstlich keinen dienst gehabt, noch dennoch hatt ein ehrsamer, weyser Radt ihm alle wochen so viel geben, das er seine aufhaltung woll hatt haben können. Ich verhoff, ein ehrsamer Radt wirdt mihr,

der ich sonsten verlassen bin, auch solches nicht abschlagenn vnndt setz noch hintzue, ob mihr E. E. N. W. gleich etwas mehr schicken würden zur zehrung hinein, welches ich den treulich bitt, den gar viel auf die fur gehen wirdt, so will ich doch solches alles, weh mihr, E. E. N. W. zue dienst verhülfft, gar gern vnndt aus hertzlichen, gutten willen am dienst lassenn abgehenn. Ach, erbarm es Gott, ich hab viel feindt ietzundt in der Leutsch bekommen vnndt ettliche gar ohn vrsach, welche sich von andern haben bereden lassen, aber wirdt damit die kirche Gottes gebauet werden, wirdt sichs wol ausweisen. Gott wolle sie widrumb gutes muetts vnndt mihr zue freindt machenn. Vnndt ob sich gleich alle wider mich setzenn, so vertrau ich doch Gott. Erbarme dich meiner, himlischer Vatter, vnndt hilff mihr, den due hast mich erlöset, due treuer Gott, in dier leb ich, in dier sterb ich, dein bin ich todt vnndt lebendig. Amen. Himit Gott befohlen. Geben in Vitenberg den 23. Augustj Anno 1583.

E. E. N. W. vntertheniger
Petrus Türck Leutschovius

Címzés: Denn Ehrsamenn Namhafftenn Vnndt Wollweysenn Herrnn Richter vnndt Radt der Stadtt Lewtschaw meinenn besondergünstigen Herrnn Väternn vnndt Patronenn zue vberandtwortenn

A tanács megjegyzése: Satis pro imperio Anno 1583.
Empfangen Leutsch, den 1. October Anno 1583.

8/4

71.

Johann Bener a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1583.

Törekednünk kell minél nagyobb tudás megszerzésére, hogy így az egyház, a haza és embertársaink érdekében tevékenykedhessünk. A tanuláshoz persze pénz is kell. Neki is nagyobb ösztöndíjra lenne szüksége, hogy magát fenntartani, könyveket vásárolni tudjon. Eddig szülei támogatása sokat jelentett a számára, most azonban árvaságra jutván helyzete annyira megromlott, hogy – hacsak nem kap segítséget máshonnan – tanulmányait befejezni nem tudja. Kéri a tanács segítségét, akinek, mivel a lőcsei gimnázium hanyatlásnak indult, amúgyis szüksége van képzett tanárokra. Cserébe felajánlja szolgálatait.

Gratia et pax a domino Deo nostro, in quo uiuimus, mouemur et sumus.

Magna fuit, atque etiam nunc inter homines est de genere uitae controuersia, cum alios ita doctrinarum cognitio delectet, ut ab agendis rebus abhorreant, alij non sibi tantum, uerum et amicis et patriae planeque omnibus hominibus homines esse natos existiment, ex quo sequitur, ut scientiarum studijs usum rerum anteponant. Hanc, quod ad partes meas attinet, Viri amplissimi, sapientia ac uirtute praestantissimi, patroni mei obseruandissimi, in qua ualde pro sensu partium dubia ueritas fluctuat, facili ratione a me diremptam iri confido, modo V. A.

beneuolentia erga me ea, quam etiam proxime in patria declarabat, adhuc uigeat. Illam autem tam alte mecum reputo, ut eam neque inter capedine temporis, neque fortunae iniuria Cimmerijs obuoluendam tenebris existimam, quin potius obliuionis nubilo amplissime discusso, et squalore omni ingratitudinis deterso, indies eam magis magisque exosculandam atque depraedicandam statuo. Simul namque utrumque studium complecterer, tum earum disciplinarum, quibus exculta mens uberrimos in omni uitae genere et fortuna ferre fructus solet, tum deinde, si quando fructus illi, qui a me V. A. maximi atque uberrimi debentur, ad suam, ut spero, maturitatem peruenient, ad usum scholae, ecclesiae et reipublicae illos conferendi. Idipsum enim mihi semper animo insedisse constanter affirmo homini turpissimum esse labore frangi, industriaue debilitari, qui caeteris usui ad uirtutem, eruditionem et pietatem esse, aut ipse magnam consequi praestantissimarum rerum cognitionem possit. Hoc autem in confesso est apud omnes illos, qui ingenio ualent, et quorum studia non languent, facile id assequi posse, si non destituantur subsidijs, quae cum adsunt, fertur animus procliui cursu ad has res omni laude dignissimas, sin absint, haeret in salebra, nec facile progreditur.

Quapropter et ego considerans atque omni animi intentione deliberans de successu studiorum meorum, nihil mihi deesse animaduerto, quo minus conatus meos ac studia uere strennueque <!> in aciem deducam, praeter illud unicum, subsidium nimirum. Subinde enim mihi in hac literaria militia ampliori opus est stipendio, ut necessaria uitae praesidia una cum mediocri libellorum suppellectile mihi comparare possim. Antehac quidem ope parentum meorum charissimorum adiutus et promotus res se non tam ardua offerebat, sed nunc tempus illud, quod semper mente animoque horrui, instat, ut orbatus parentibus propria facultate, quae fere nulla est, aut ualde exigua, sustentare debeam studia mea, ea certe, si diuina mihi non affulserit benignitas, hoc in loco, in quo hactenus studiorum gratia substiti, pertexere non potero. Cum autem sciam experientia edoctus uestram rempublicam esse non modo disciplinae custodem, sed etiam ecclesiae hospitium, etenim patriam nostram adeo exornauit semper, ut quicquid in ea studiorum literarumue, aut ingenuae probitatis hactenus emicuerit, id merito illi acceptum referrei dicitur. Ideo ego quoque nunc uicissim, imo continuo hanc uestram miram liberalitatem in eruditos atque artium optumarum sectatores imploro, ut V. A. me in studijs nobilissimis sustentare, subsidioque subuenire dignetur.

Mihi certe et antiquorum regum et clarorum imperatorum res pace gestas consideranti illa pulcherrima atque humano generi et naturae propria maximeque salutaris semper uisa est, qua illi suum studium ad bonas artes fouendas atque ornandas transtulerunt, quo ex fonte quantae quamque illustres in hominum conuentus utilitates ac iucunditates permanerint, nemo melius V. A. intelligit, utpote quae magno cum detrimento idem experta est. Et quidem mihi peracerbum et amarum est illa ipsa, tanquam uulnera animi mei uerbis refricare. Ab illo enim tempore, quo semel labascere coeperat schola uestra, nondum certe in pristinum statum est restituta. Si autem moram adhuc protraxeritis illam recuperandi, quid immanissimum et barbarissimum uobis non expectandum relin-

quetur. Si enim idiota, uel rudis quispiam, optimarum artium et sacrorum uoluminum imperitus praefixus fuerit gubernationi ecclesiae, uel scholae, is omnino uano temerarioque conatu quiduis audebit et aggredietur, caeca et inani persuasione blandietur inuentis suis, ac si assecutus fuerit id, quod inuestigetur, assumet etiam ad rationes detexendas ac tuendas suas falsa, absurda, aliena a uero et iam olim graui iudicio e scholis et ecclesijs explosa. Imo, quod maximum est, iacturam facietis animae uestrae salutis, sicuti ex sequentibus conspicuum fiet. Cum enim Deus ueram lucem euangelij antecessoribus nostris, qui in foecibus papatus immersi erant, uolebat reuelare, et ad agnitionem Christi, filij sui, qui unica est animarum nostrarum salus, adducere, omnem prius nobilissimarum artium doctrinam in plurimis passim per Germaniam locis, scholis et academijs institutis suscitauerat. Et certe hoc propterea, ne fonte tam necessario ecclesia destitueretur.

Si igitur ecclesiam saluam et incolumem esse optamus, si doctores uerbi diuini seruari utile ducimus, artes in scholis sonare, earumque cultores alere oportere fateamur, necesse est, ut inde ad ecclesiam uiri docti prodire possint. Simulacque hic sacer et angustus fons corruptus fuerit, tum actum quoque de incolumitate ecclesiae erit, utpote quae ministros idoneos amplius non sit habitura. In his enim artium officinis praeparari doctores uerbi oportet, et qui haec media contemnit, aut non admodum necessaria ducit, is in Deum contumeliosus est, et sibi alijsque nocet. Recte enim scholae διδασκαλίας τῆς θεογνωσίας appellantur, quod ad cognoscendum Deum uiam monstrent, et artes doceant, quae quasi quidem duces sunt ad cultum opificis. Ex quo quidem facile iudicari potest, quantum noceant ecclesiae hi, qui parum, aut nihil curant, sint scholae, nec ne theologiue, an alij in ijs educentur atque praeparentur. Narrant historiae de Juliano imperatore, qui cum insatiabili cupuditate funditus delendi religionem arderet, nullum eum externam saeuitiam exercuisse, sed astute ad abolendam ueram de Deo doctrinam in artibus et linguis sparsam, scholas Christianis praeclusisse, publicoque edicto prohibuisse, ne literas humaniores et linguas Christiani perdiscerent, ἵνα μή (φησὼ) ἀκονώμενη τὴν γλωττὰν ἑτοίμιος πρὸς τοὺς διαλεκτικοὺς τὴν ἑλληνοίων ἀπάντωσι, et porro τοῖς οἰκείοις (ut est apud Theodoretum in historia tripartita liber 6. caput 17.) πτεροῖσ κατὰ τῆν παροιμίαν βαλλόμεθα ἐν γὰρ τὴν ἡμετέροις συγγραμμάτων καθοπλιζόμενοι τὸν καθ' ἡμῶν ἀναθέχονται πόλεμον.

Hanc ob causam V. A., ni uelitis etiam illius tyranni edictis parere, date operam, ut studia uicissim uigeant, et germinascere incipiant in uestra ciuitate. Certe maximum illi non modo ornamentum, sed etiam commodum accessurum est. Aperietur enim animis ingenuis, et altius, quam pro uulgi captu sese attollentibus, uia, qua non e terra se natos, neque in terram uersos esse intelligant, sed coeli dominos et coelestium rerum intueantur. Non in litibus conterent aetates, sed ipsi caeterorum litibus et controuersijs (quae hodie omnibus in locis uidentur emergere) modum apponant. Non ignauis et abicetis ac uilibus curis solicitudinibusque rerum et opum terrenarum tantopere deprimantur, quae hominem cogunt se obliuisci, et a seipso deficere, atque in turpem quandam et pene monstruosam degenerare naturam. Sed celsi et erecti ac ueris diuitijs opibusque fidentes incolumem statum retineant dignitatis suae.

Quamobrem V. A. me quoque natum in fortuna tenui, exiguisque praesidijs munitum, atque ad illa praeclarissima aspirantem uestro patrocinio atque fauore digneminj. Vestram beneuolentiam mihi certo polliceor, cum sciam in V. republica non esse uiros infensissimos artium nobilissimarum cultoribus. Et hoc me non secus munit, quam Aristippum illum, qui olim ex urbe Cyrene nauigans bona externa omnia amisit, sed quia artem perpetuo inhaerentem animo circumferebat, satis ad uitam praesidij suppeditabat. Cum enim fracta scapha in littus Syracusarum eiectus esset, conspexit illic in arena figuras quasdam geometricas, unde facile coniecturam cepit se reperturum ibi homines doctos et sapientes. Quocirca laeto animo ad Syracusiorum gymnasium accessit, cumque eius doctrina illic innotuisset, exceptus est, et tractatus honorifice omnibusque rebus necessarijs cumulatus.

Ita et ego maximum certe naufragium perpessus in iactura parentum meorum charissimorum, nullum portum alium peto, nisi V. A. beneuolentiae, et spero V. A. me illa conantem, quae ad utilitatem ecclesiae et reipublicae faciunt, in uestrum patrocinium atque tutelam suscepturum. Si uero alijs, quicunque sane fuerint, stipendij honor habitus fuerit, est, quod semper ingemiscam, non autem uos accusans, sed meam fortunam incusans, quapropter aequo animo etiam feram.

Poterit quidem hoc quibusdam nihil aliud uideri, quam omnem rationem sperandi aliquid a uobis mihi adimere, et omnes quasi neruos industriae cum dedecore et ignominia praecidere. Attamen ipsemet aliud omnino sentio, quandoquidem V. A. beneuolentia semel iam in eam spem me adduxit, ut per V. A. celeriter magnum incrementum sumptura bona studia existimem, ea spes ne me destituat praeclara, ut facile coniector, cura a uobis adhibebitur. Noui animi uestri sensum ad omnem optimarum actionum laudem et uerae gloriae cumulum undique colligendum.

Quantum uero ad me spectat, si quae ad commodum utilitatemque ecclesiae et reipublicae pertinere poterunt, efficiam profecto, ut neque me temere pollicitum, nec uos in me quicquam frustra sperasse intelligetis.

Quod restat, Deum, aeternum patrem D. N. J. C. oro, ut uestram rempublicam diu florentem conseruet, et per A. V. aliquid opis et emolumenti suae ecclesiae impertiat. Amen.

V. A. subiectissimus
Johannes Benerus mp.

Címzés: Amplissimis et ornatissimis uiris, sapientia et omnium uirtutum genere praestantibus, Judici ac Senatoribus inclytae Reipublicae Leutschouiensis, Dominis et patronis suis reuerenter colendis
Leutschaw

A tanács megjegyzése: Anno 1583. Johannes Bennerus

35/2

72.

Martin Sturm a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1584. június 15.

Köszöni a tanács jótéteményeit. Legutóbb is, amikor anyagi gondjai miatt haza kellett térnie, pártfogói rögtön segítségére siettek. Felajánlja szolgálatait.

S. D. Hactenus, Judices amplissimi, patroni aeterna memoria mihi colendj, mire in omnibus meis miserijs et inopia uester erga me amor et beneuolentia semetipsam ostendit et exhibuit, quod etsi non raro uotis meis aspiro, ut aliquando opera mea et officium uobis prosit, tamen, quia omnino nihil praeter animum gratum A. V. pro beneficijs in me collatis reddere possum, animus meus non exigua aliqua cura afficitur, possem enim nonnullis indignus tanta beneuolentia et liberalitate uiderj.

Cum enim proxime in patriam exclusus inopia pecuniae redirem, uosque, patres meos denuo pro fidelis consilij auxilijque copia interpellarem, desecraremque, ultro non solum beneuolentiam, quae in me semper maxima extitit, sed humanitatem etiam et liberalitatem, quae summa sane est, in me totam effudistis. Unde luce meridiana clarius patebat, quam secunda uestra in me uoluntas esset. Haec uestra beneficia, quae iam plurimis alijs accumulata sunt, si dissimularem, ingratitudinis, si uero uerbis ampullosis reddere conarer, stultitiae nomen nullo modo effugerem. Haec enim ita sint, omnino aliquid ad uos scribere decreuj, ne forte pisce magis (ut aiunt) mutus uiderer.

Gratias igitur uobis, Judices prudentissimi, patroni obseruandi, ago quam maximas, agamque, quoad huius uitae haec lux, aut coeli śpiritus mihi vitam concesserit, quod hactenus tam egregia erga me humanitate usi fueritis. Quia autem facultas promerendi de A. V. mihi plane nulla datur, omnes diligentiae neruos adhibebo, ut studijs meis et Musis, quibus cum omnem nunc habeo rationem, olim (quod Deus fortunet) ecclesiae, scholae ac reipublicae remedium et doctrinam fidelem conferre possim. Atqui ne hoc quidem satisfacere posse arbitror, ego, quod possum, praestabo libentissime, in quo etiam animum meum potius, quam rem ipsam ut spectetis, uehementer peto. Valete, nec imposterum uestra humanitate ac beneuolentia indignum iudicate, me meaque studia pro singulari uestro erga me amore promouere pergite. Vitaebergae in die Vitj Anno 1584.

Prudentiae et amplitudinis V. deditissimus
Martinus Sturmius Leutschouiensis

Címzés: Prudentibus ac circumspectis uiris, Domino Judicj et coniuratis ciuibus inclytae Reipublicae Leutschouiensis, patronis suis aeterna obseruantia colendis
Leutschouiam

A tanács megjegyzése: Anno 1584. circa Petri Pauli exhibitae

69/7

73.

Homonnai Tamás a lőcsei tanácsnak
Wittenberg, 1584. július 6.

Ismét mentegetőzni kénytelen, amiért régóta nem írt, de nagyon nehéz megfelelő levélvivőt találni, s ilyenkor is bizonytalan, hogy az illető mikor indul útnak. Társa, Martin Sturm ugyan megírta a tanácsnak, hogy a vele küldött pénzt átadta Homonnainak, azt azonban nem közölte vele, hogy a levélvivő sürgősen indul, s így ő a jó lehetőséget sajnos elszalasztotta. Megkapta a tanács levelét a pénzzel együtt. Pártfogói figyelmeztetése eleinte nagyon felkavarta, mivel úgy vélte, hogy vagy valaki hamisan vádolta be őt, vagy valamely más okból keveredett gyanúba, de aztán rájött, hogy patrónusainak joga, sőt kötelessége is testi jólétének biztosításán túl lelki épülésével is törődni. Kérték tőle, hogy számoljon be tanulmányairól. Wittenbergbe jogot jött tanulni. Ezután sem kíván teológiával foglalkozni, és nem kíván részt venni a teológusok különféle csatározásaiban sem, amitől egyébként a tanács is óvta. Bibliát persze ő is olvas, de más teológiai munkákat nem. Egyrészt nincs ideje ilyesmire, másrészt pénzét másfajta könyvekre kell költenie. Ha lehetősége lenne teológiai könyvek vásárlására, akkor sem olvasna eretnek munkákat.

Prudentes ac Circumspecti Domini et Patroni perpetua obseruantia colendissimi. Precor dominationibus vestris circumspectis cum uniuersa earundem republica placidam pacem et tranquilitatem, omnia denique fausta et felicia. Quod apud uos, Patroni obseruandissimi, meum in mittendis litteris fere semper excuso officium, id singulare quoddam fatum ineuitabilisque mea requirit necessitas. Turpe enim et ab ingenuo homine plane esset alienum non solum hoc officium meum negligere, uerum etiam absque uera iustaque rerum excusare. Sed quoniam in tali maneo loco, unde raro ad eas partes homines proficisci contingit, ij etiam, qui et quando iter aggressuri sunt, semper scire non possum, fit, ut a me quoque tam raro tamque tarde ad dominationes vestras circumspectas dentur litterae. Etsi enim coalumnus meus, Martinus Sturmius de reddita mihi per se missa pecunia dominationes vestras circumspectas certiores (quod a me fieri debebat) reddidit, tamen, quod mihi hominem tunc eo iturum non significauerit in causa repentinum eius discessum fuisse, retulit. Quare quod hoc meum officium non tam mea culpa, quam tabellariorum inopia in tam longum tempus protractum sit, de eo mihi dominationes vestrae circumspectae ueniam non grauatim uelint dare, uehementer oro.

Accepi autem literas simul cum pecunia a uobis, Patroni obseruandissimi, mihi missas, ex quibus quoniam dominationum vestrarum erga me curam et beneuolentiam cognoui, par est, ut ingentes eisdem agam gratias, in eamque totus incumbam curam, ut mea studia multis a dominationibus vestris circumspectis cumulata cumulandaque (ut spero) beneficijs magno usui summaeque (si Deus magnus fatalis horae spacium extenderit) uoluptati olim esse possint. Sin autem prius, quam id fieri posset, finierit, nunquam tamen (quod etiam precor) pij facti et operis erga me uestri immemor erit. Intellexi uestram etiam, Patroni obseruandissimi, admonitionem. Et licet super ea primum aliquantum turbatus fui, quod opinabar me uel falso apud dominationes vestras circumspectas delatum esse, uel in suspicionem aliquomodo incidisse, tamen posteaquam uenit mihi

in mentem uestri id fuisse iuris et officij, non modo dolorem omnem abieci, sed etiam laetitiam ingentem suscepi. Etsi enim ex ijs, quae ad corporis sustentationem pertinent, beneficijs satis cognoueram uestram erga me beneuolentiam, tamen quod etiam de ijs, quae pietatem concernunt, hortamini me rebus, animaduerto, Patroni obseruandissimi, in omni re uos mihi bene cupere. Pro qua uoluntate erga me rursus omnia corporis et animae bona dominationibus vestris circumspectis a Deo optimo maximo dari summis uotis cupio. Vt autem ego quoque de meis studijs, (quod uestrae quoque literae flagitare uidentur) aliquid subiungam. Notum est uobis, Patroni obseruandissimi, quo fine, quoue consilio huc me contulerim. Non enim fuit mihi propositum, ut ex professo doctrinae theologicae, sed juridicae alijsque huic inseruientibus artibus nauarem operam. Itaque non est mei instituti, ut inposterum quoque limites suscepti a me studij transgrediar, meque uarijs theologorum pugnis, a quibus dominationes vestrae circumspectae me dehortantur, ingeram. Tracto pro uiribus ea, quae sunt mihi tractanda, et quoniam ea quoque, quae ad Dei gloriam nostramque salutem pertinent, non sunt interim negligenda, lego certo tempore textum biblicum, alios autem theologicos propter mearum rerum angustiam hactenus comparare nondum potui, praesertim cum etiam alius generis libri, quibus carere minime possum, fuerant et etiam nunc essent comparandi. Et si esset etiam mihi ea facultas, ut unum atque alterum ad intelligendos difficiliores biblicos locos possem mihi emere interpretem, non tamen eum sequerer, cuius doctrina et animae meae esset perniciosa, et alijs hominibus pestifera. Quod principale meum studium attinet, quod mihi a dominationibus vestris circumspectis iniunctum est, ita tractare contendo, ne unquam mei profectus poenitere me possit. Deus clementissimus conseruet dominationes vestras circumspectas longe diuque incolumes. Datae Vitebergae 6. die Julij Anno Domini 1584.

Dominationum vestrarum circumspectarum
humilimus cliens Thomas Homonnay

Címzés: Prudentibus ac Circumspectis viris inclytae Ciuitatis Leuchoviensis Senatoribus, Dominis et Patronis suis omnibus gratae mentis officijs obseruandissimis
Leuchouiam

A tanács megjegyzése: Anno 1584. Thomae Homonnensis scriptum Witeberga

38/1

74.

Peter Türck kötelezvénye
Lőcse, 1584. augusztus 17.

Minthogy a tanács finanszírozta wittenbergi tanulmányait, s hazatérte után is egész idáig támogatták, a város famulusának ismeri el magát. Mivel most munkájára itt nincs szükség, patrónusai engedélyével elhagyja Lőcsét. Ugyanakkor kötelezettséget vállal, hogy amint a

tanács hívja őt, azonnal rendelkezésükre fog állni. Ha ígéretét nem váltaná be, a tanácsnak joga van a rá költött összeget visszakövetelni.

Ego Petrus Turcus Leutschouius fateor et recognosco manu mea simul corde et ore me ab inclyto senatu patriae meae dulcissimae Vitebergam missum, partimque ibi ad studia mea continuanda ex testamentali magnifici domini, domini Thuzonis <!> etc. sanctae memoriae pecunia per aliquot annos plane patrio pectore mihi sumptus suppeditatos, partim ab eisdem post reditum meum Viteberga hucusque liberaliter intertentum, pro quo beneficio et liberalitate me ipsis perpetuum debere gratitudinem libenter agnosco. Et quia mea opera nunc non indigentur, promitto me ab eis quidem ipsorum uenia discedere, vt olim et quando necessitate id ciuitatis praedictae exigetur, supranominatus senatus me vocaverit, ipsis sponte et absque ulla excusatione affuturum et ita gratum me exhibiturum. In casu vero, quo fortasse id facere non vellem aut possem, omnes sumtus in me collatas ipsis integre persolvere teneam, harum mearum uigore literarum astrictus ipso pariter facto. Quibus propter majorem firmitatem sigillum meum suppressi. Leutschoviae 17. Augusti Anno 1584.

Kívül: Anno 1584 den 17. Augusti Petri Thurk obligatio propria manu

39/2

75.

Homonnai Tamás a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1584. november 23.

Régóta nem volt alkalma írni a tanácsnak, s mivel erre nem számított, előző levelében nem kérte ki véleményüket, hogy maradjon-e még Wittenbergben, vagy térjen inkább haza. Biztos benne, hogy pártfogói tudják, hogy tökéletesítenie kell ismereteit, s életkora sem teszi még alkalmassá, hogy elvállaljon valamilyen állást. A retorikai, jogi és más ehhez szükséges tudományok minél tökéletesebb elsajátítására törekszik, ehhez azonban nemcsak tehetségre, de időre és pénzre is szüksége lenne. Kéri, hadd maradhasson még, illetve hogy számára újra, és ha lehet, az eddiginél valamivel több pénzt folyósítsanak, amit a levélvivővel küldhetnének el.

Non arbitrabar, Patroni summa pietate omnibusque grati animi obsequijs obseruandissimi, tam longum tempus protractum iri, quin de ijs, quae meum negotium concernunt, rebus commoda mihi ad dominationes vestras circumspectas daretur occasio scribendi. Itaque quid de ulteriore in hoc loco mei detentione statuerent, manendumne hic mihi diutius, an vero domum redeundum esse censerent, nihil de eo superioribus meis literis interrogaui. Quanquam autem amplitudines vestras ea esse erga me uoluntate, ut hoc ingressum a me studiorum genus diutius adhuc me continuare uelint, non dubito. Recte enim easdem tenere existimo, quod non modo mea eruditio, si qua est, sed etiam ipsa aetas ad obeundam alicuius muneris functionem nondum sit satis idonea. Tamen, quid ego de hac re sentirem, quidue amplitudines vestras favore maxime cuperem, id

hisce meis literis ad easdem perscribendum esse duxi. Ego quotiescunque a me suscepti studij amplitudinem futurique mei muneris difficultatem considero, toties magnitudine eius dicere uix possum, quantopere perhorresco. Animaduerto enim in eo non solum nudas dicendi artes, quas et ipsas partim propter mearum uirium imbecilitatem, partim propter implacabilis naturae tarditatem nondum ita, ut in eis acquiescere possem, consecutus sum, sed etiam scientiae iuris aliarumque ad id pertinentium rerum cognitionem non vulgarem requiri. Ad quam quidem consequendam, etsi recte doceant quidam (quemadmodum ad omnia, quae ingenium requirunt), naturam, artem et exercitationem adesse oportere, tamen cum ea, quibus rursus haec perficitur, silentio praetereant, non uidentur ad comparandam alicuius doctrinae cognitionem omnia requisita plene enumerasse.

Nam natura quidem pro diuersitate ingeniorum a Deo, donorum suorum liberrimo dispensatore inditur, at ars et exercitatio absque pari suscepti laboris adminiculo temporisque ad id sufficienti termino neque probe comparari, neque etiam commode praestari potest. Vnde fit, ut quo difficiliori studio quis incumbat, eo etiam non solum tempore longiore, sed etiam sumtu ampliore, tanquam neruo studiorum suorum necesse habeat. Quae utraque cum in vestrarum amplitudinum potestate sita esse intelligam, cumque sine his non modo laudabile aliquid, sed ne mediocre quidem efficere valeam, rogo, ut ad id tempus, quo hactenus earundem ope et auxilio hic sum commoratus, aliquid spacij addere, et per hunc tabellarium ordinatam pro meis studijs a dominationibus vestris circumspectis pecuniam mittere non grauentur. Quam quidem propter graues ac multiplices rationes, praesertim vero rerum ad mea studia necessariarum comparationem aliquanto augeri cuperem, tamen si id uel graue uideretur, uel propter obuenientes necessitates in alium uestrum usum collocari deberet, ob idque, quod optarem, praestari minime posset, id, quod mittetur, aequi bonique consulam.

Eritque mihi vestrarum amplitudinum commoditas et beneuolentia non minus grata, quam mearum rerum ratio peroptima, quandoquidem meas me actiones propter uestra erga me benemerita ita oportet dirigere, ut quaecunque ad dominationum vestrarum uoluntatem uniuersaeque earundem reipublicae utilitatem spectare uidentur, ea mihi etiam cum quarundam difficultatum perpessione subeunda atque toleranda sint. Subleuatus igitur uestra, Patroni singulari obseruantia colendi, uel mediocri ope neque labori, quem mea studia requirunt, succumbam, neque etiam id, quod natura pro sua dispensatione mihi tribuit (si modo tribuit aliquid), ignauo ocio desidique negligentia in me supprimi patiar. Sin autem ea adminicula, quibus hoc meum studium maxime indiget, defuerint, mei certe conatus fluctuabunt, nec unquam ad eum, ad quem contendebant, portum peruenire poterunt. Quod, cum dominationes vestras circumspectas longe melius scire, quam ego uel dicere, uel desiderare possem, perspectum habeam, spero eas non commissuras, ut mihi in hac palestra desudanti quicquam eorum, quae usui esse debeant, deesse patientur. Quas ut Deus optimus maximus

pro sua clementia saluas atque incolumes conseruare uelit, etiam atque etiam exopto. Datae Vitebergae, 23. die Nouembris Anno Domini 1584.

Vestrarum amplitudinum humillimus
cliens Thomas Homonnay

Címzés: Prudentibus ac Circumspectis Viris, Domino Judici caeterisque Leuchouiensis Ciuitatis Regiae Senatoribus etc., Dominis et patronis singulari ac perpetua obseruantia colendis
A tanács megjegyzése: Anno 1584. die 27. Decembris praesentatae

38/4

76.

Martin Sturm a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1585. július 10.

Március 27-én megkapta a tanács levelét, és ezzel együtt az éves ösztöndíjat is. Fogalma sincs róla, hogy az eltelt hónapokban miért nem írt pártfogóinak. Többek között azért, mert húsvét környékén annyira megbetegedett, hogy két hónapig nyomta az ágyat. Külön köszöni, hogy az ösztöndíj kézbesítőjének kifizetését a tanács szintén magára vállalta. Húsvét környékén társa, Tamás, más egyetemre távozott. Hogy miért hagyta el Wittenberget, nem tudja. Kéri, fogadják kegyesen mellékelten megküldött költeményét.

Salutem a salutis autore, domino nostro Jesu Christo.

Decuit omnino, et ratio officij plane postulauit, Judices Amplissimi, patres aeterna memoria colendj, ut in tanto temporis spacio, quod a missione literarum uestrarum cum subsidio annuo in hunc usque intercessit diem, crebro ad uos scriberem, ut meum erga uos animum gratum exhiberem. (Hoc enim et fidej meae, qua uobis obligatus sum plurimum, et beneficijs in me uestris fuisset maxime consentaneum.) Uerum nescio, quomodo euenerit hactenus, ut omnes dies, in quibus etsi officium scriptionemque literarum urgerem, re tamen infecta elaberentur ac praeterirent. Praeterea alia quoque accessere impedimenta quam plurima, quae me scripturientem turbare et propositum mihi excutere etiamnum non desinunt. Morbus febrilis circa Paschae festum acriter me inuasit, omnesque corporis mei uires usque adeo uastauit, ut lecto affixus menses duos circiter domo nusquam detulerim pedem, neque in officio meo uobis praestando attentare quicquam potuerim. Haec cum ita sint, nullo modo dubito, quin pro uestro, qui uere paternus est, in me amore meae (si qua mihi attribuenda censetur) negligentiae et intermissionjs ingratae benigni et candidi interpretes sitis futurj. Nunc, cum me diuturnj silentij (quamuis profecto in me nulla resideat culpa) iam pene suppudeat, omnino in posterum frequentia literarum turpem hanc negligentiae maculam delere decreuj.

Ad VI autem Calendarum Aprilis ego cum D. Thoma *δμότροφῳ* meo iucundissimas et mira humanitate conditas cum stipendio literas P. V. accepimus, ex quibus cum amoris uestrj erga nos paternj, tum uoluntatis beneuolae ima-

ginem penitus recognouimus. Vtrumque uero horum quanti a nobis fiat, nihil plane attinet nunc scribere. Nam utroque usque adeo delectamur semper, ut nihil nobis accidere possit optatius, quam a uobis, talibus uiris prudentibus ac circumspectis diligj. Quid enim amabo uos, o, patres honorandj perpetuique obseruantiae cultu dignissimj, a uobis scribi potuit magis amice, magis paterne, quam cura nobis in militia hac laudabilj currentibus, et pro uirili nostra luctantibus uestris commonefactionibus plusquam paternis calcar addere, ac, ad uberiores studiorum fructus ut contendamus aspiremusque, urgere non desistitis. Praesertim uero hoc nos maximopere excitauit, cum intelligimus animum uestrum etiamnum non mutatum, sed indies magis promptum esse et facilem cum ad promouendos in posterum quoque conatus nostros, tum ad longioris temporis iuuenilis aetatis nostrae et loci huius clarissimorum uirorum copiam faciendam. Pro hac mira animi benignitate et uere patria beneuolentia tantas uobis, animus noster quantas concipere potest, agimus gratias. Nos in eo toti erimus, ut quotidie cum Musis omnem rem habentes tales studiorum acquiramus profectus, ne uos aliquando liberalitatis et beneuolae mentis, saepe iam uobis oblatae, poeniteat, ac ut quondam nos salutari doctrina instructj cum patriae communj, tum ciuitati nostrae salutares atque utiles fructus conferre possimus, quod et Deo gratum et ecclesiae suae utile fore minime dubito. Pecuniam accepimus saluam ac illaesam, ac munificentiam uestram, in eo uidelicet, cum tabellionj pro labore suo, ne crumena nostra aliqua parte grauius laboraret, satisfecistis, grata mente agnoscimus, nec patiemur, ut ex animis nostris ullo tempore radicitus euellatur. Circa festum Paschae, cum maxime in me saeuiret morbus, D. Thomas δμότροφος meus hinc discessit, seque ad aliam tendere academiam mihi affirmauit, quod quidem fecisse illum, dubium non est. Causam huius sui discessus cognoscendam A. V. exponere nequeo, quippe quae meipsum lateat, neque mihi eam intelligere penitus antehac licuerit, praesertim cum illo ipso tempore tedio affixus propter morbum grauem domo pedem efferre non potuerim. Haec habui in huius epistolis exaratione mihi proposita.

Quod ad carmen hoc, foetum ingenioli mei attinet, oro uehementer, ut P. V. animo benigno et sincero, quodcunque hoc accipiant, refert enim et studiorum meorum fructus in hac artium liberalium mercatura acquisitos, et signum gratae mentis erga uos meae haud obscurum. Oro autem filium Dej, dominum nostrum Jesvm Christvm λόγον καὶ εἰκόνα τοῦ πατρὸς ἀΐδιον, ut inclytam patriae nostrae rempublicam tueatur ac defendat, uosque patres huius ad utilitatem scholarum et ecclesiae salutem diu conseruet incolumes. Bene et feliciter ualete. Dabantur Vitaebergae 6. Idus Julij Anno Χριστογένιας 1585.

P. V. humiliter colens
Martinus Sturmius Leutschouiensis

Címzés: Prudentibus ac Circumspectis Viris, Domino Judici totique inclytae Reipublicae Leutschouiensis Senatui, Mecaenatibus ac patronis suis plurimum colendis
Leutschouiam

A tanács megjegyzése: 9. Augustj Anno 1585. praesentatae

69/6

77.

Peter Türck a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Szomolnok, 1585. augusztus 13.

Tudomására jutott, hogy wittenbergi rokonai írásban fordultak a tanácshoz Johann Benerrel szembeni követelésük miatt. Arra kéri a tanácsot, hogy ne fizessen nekik, ugyanis felesége és annak nővére tartanak igényt arra a bizonyos összegre, mint jogos örökségük egy részére. A hagyaték felosztása után még több is jár nekik. Nem igaz, amit a küldönc állít, tudniillik hogy rokonaira sok adósság maradt. Felesége nagyanyja 150 forintot említett neki, amikor elbúcsúzott tőle. Kintlevőségei viszont 300 forintot tettek ki. Aztán ott van még a ház is. A tanács tartsa vissza az említett összeget, melyet lehet, hogy a későbbiekben sem kell majd elküldenie. Egyébként kénytelen lenne személyesen kiutazni.

Gnadt unndt friedt in Christo Jesu.

Ehrsamer, weiser Herr Richter, auch E. N. W. Herren allesampt. Ich hab verstanden, das vnsere freindt von Wittenberg des geldes halben geschrieben haben, welches der Johannes Bener schuldig gewesen ist vnndt erlegett hatt, vnndt das E. E. N. W. willig seindt, dasselbe hinaus zue schicken. Wolte derhalben selbst gerne vor E. E. N. W. erschienen sein solches geldes halben, aber es kan nicht geschehen wegen der geschefte, die täglich zue ieziger Zeitt vorfallen. Ob ich aber gleich nicht selbst perschönlich vor E. E. N. W. erscheinen kan, so bin ich doch der hofnung, E. E. N. W. werden diss mein schreiben so viel gelten lassen, als wen ich selbst vorhanden wehr. Denn es weis sich E. E. N. W. wol zue erinnern, das ich allezeitt gebetten hab, das man diss geldt nicht wolle hinaus schicken, aus vrsach, weil in diesem Landt Erben darzue sindt, nemlich meine hausfrau sampt ihrer Schwester, welche eben des Vatters vnndt der Mutter Kinder seindt als sie, vnndt derhalben eben solch recht darzue haben als die andern.

Ist derhalben vber diss alles noch meine treuliche bitt, E. E. N. W. wollen solch geldt nicht so leichtlich hinaus schicken, sondern hinaus andtworten durch schreiben, das die Erben alhie solches nicht wollen folgen lassen, biss nach geschehener theilung aller gütter, den sie wern das nicht alles allein behalten, es gehören noch mehr darzue, vnndt ob gleich der Bott sagt, wie ich verstanden hab, das viel schulden vorhanden sindt, so redt er nicht die warheit vnndt ist ihm nicht zue glauben, den ehe ich von vnser Grosmutter gescheiden bin, hatt sie alle schulden erzehlett, antreffendt bey 150 florenorum. Darkegen aber ist man ihr widrumb schuldig gewesen fast bey 300 florenorum, welches geldt, wen sie es haben eingefodert, daran ich nicht zweifel, gahr genug sein wirdt, alle schulden zue bezahlen, also das diss geltt gahr nicht von nötten darzue ist.

Vnndt vber diss, wen gleich mehr schulden wehren, so haben sie doch das haus, wirdt dasselbe iemandt behalten wollen, wirdt er ohne zweifel die andern geschwister müssen auszahlen, damit ein iedes das seine bekommen möchte. Weil wier den nue auch darzue gehören, wer es besser, das E. E. N. W. vns so viel zue gefallen thatt vnndt diss geldt behilte biss die gütter getheilet möchten

werden, wirdt es hernach nicht genueg sein, die schulden zue bezahlen. So will ich gerne diss geltt folgen lassen, weil aber die gütter nicht getheilet sindt vnndt niemandt weis, was vor schulden vorhanden sindt, ob sie bezahlet seindt, oder nicht, so kan ich diss geltt nicht hinaus lassen, es sey den das ich einen gründtlichen bericht von ihren empfahe, damit ich nicht gahr betrogen werde vnndt nichts darvon bekomme. Ist derhalben vber diss noch mein treüliche bitt, E. E. N. W. wolle nicht so schnell fortfahren vnndt solch geltt hinaus schicken, den ich wiell es nicht hinaus lassen, hab derhalben in eil diesen Brief abgefertiget ahn E. E. N. W. bittende, man wolle solch geltt vns zum besten behalten. Ich wiell widrumb allzeitt der eyrige sein. Vnndt wo diss geltt hinaus geschickt würde, so werden mihr E. E. N. W. gelegenheit geben, das ich werde müssen hinaus zihen, das meine zue fodern, wirdt diss geschehen, so mag hernach etwas daraus folgen, das man nicht verhoffet hette. Hiemit Gott dem Herren zum treülichsten befohlen. Geben auf der Schmölnitz 13. Augustj Anno 1585.

E. E. N. W. dienstwielliger Petrus Türk,
pastor ecclesiae Schmölnicensis

Címzés: Denn Ehrsamen, Namhafften vnndt wolweysen Herren Richter vnndt Radt der Stadtt Lewtsch, meinen günstigen,lieben Herren vnndt Väternn
Leutschaw

44

78.

Homonnai Tamás a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Bécs, 1585. augusztus 31.

Peregrinációja során a szerencse egyáltalán nem kedvezett neki. Legfőbb törekvése volt, hogy a tanács utasításainak engedelmeskedve végezze tanulmányait, s később pártfogói és a város hasznára lehessen. Több, mint két évig tanult Wittenbergben, s ez után úgy vélte, hogy a nagyobb előmenetel érdekében más helyen kell folytatnia a tanulást. A tanács neheztel rá, amiért elhagyta Wittenberget. Igaz, szándékát nem közölte velük, de tanulmányainak új színhelyére megérkezve kétszer is írt. Ezt korábban azért nem tette, mert egyrészt az ösztöndíj kézhezvétele előtt nem is gondolt a dologra, másrészt nem tudta, hogy pártfogói számára az is fontos, hol tartózkodik, ha egyszer szorgalmasan tanul, harmadrészt pedig a válaszra túl sokat kellett volna várnia. Említett leveleit a tanács a levélvivők gondatlansága miatt nem kapta meg. Wittenbergben egészsége megromlott, ezért levegőváltozásra is szüksége volt. Továbbá miután hitelezőit kifizette – gyógyszerre, lakásra, ruhára, könyvekre, valamint az artes és jog tanáraitól vett magánórákra kellett költenie –, pénze csaknem elfogyott. A többi alumnushoz hasonlóan neki nem fizettek útiköltséget. Kiadásairól korábbi levelében már beszámolt. Noha maradék pénze már útiköltségre is alig volt elég, mégsem önszántából, hanem inkább mások tanácsára hagyta el Wittenberget. Remélte, Bécsben könnyebben tudja majd magát fenntartani, de könnyebben jut haza is, és könnyebben szerezhet valamilyen állást egy főjegyző mellett. Itt többé-kevésbé mások segítségével tanul az iskolában, s közben várta a tanács válaszlevelét. Pénze már végképp elfogyott, s a hazatérésre gondolt, amikor véletlenül találkozott Philipp úrral, a lőcsei jegyzővel. Tőle tudta meg, hogy leveleit nem

kapták meg, s most az ő tanácsára ír. Kéri, írják elő számára a Philipp úrnak küldendő levélben, hogy hazatérjen-e, vagy vállaljon valamilyen állást egy főjegyző mellett. Ha haza kell mennie, kéri, küldjenek neki útiköltségre valót. Ha azt akarják, hogy vállaljon állást, akkor a megfelelő módon ajánlják be valakihez. Német viseletű ruháját ki kellene cserélnie. Ahogy magát a tanácsnak egykor szóban és írásban is elkötelezte, úgy most is engedelmességet ígér.

Prudentes ac Circumspecti uiri, Domini et Patroni singulari obseruantia colendi. Salutem omniumque bonorum felicem successum ab eo, qui est fons omnis boni, unicuique uestrum largiri cupio. Quod si aliquid fortunae licet tribuere, mecum certe, Patroni benignissimi, egit indignissime, quod meos conatus, curas, cogitationes intentionemque optimam in euentum minus speratum deduxit. Nihil enim in hac tota mea peregrinatione, quam studiorum causa ope dominationum vestrarum susceperam, conatus sum, quam ijs studijs, quae et ipsemet concupiueram, et ad quae etiam aliorum hortatu animum applicueram, aliquod fundamentum ponerem, nihil cogitaui, quam omnes meas actiones ad nutum et uoluntatem dominationum vestrarum componerem, nihil intendi, quam ut possim mea opera dominationibus vestris earundemque reipublicae usui emolumentoque esse. Itaque et Vitebergae ultra biennij spacium, prout corporis et ingenij uires patiebantur, studijs operam dedi, et postea, ut eadem exercitatione augerem, rationemque studiorum et ingenia hominum alibi etiam cognoscerem, arbitratus sum operae precium me facturum, si per aliquod temporis spacium in alium etiam me conferrem locum. Sicut enim exercitatio ad rem quampiam consequendam plurimum valet sic etiam, si quis meliores in studijs duces nactus fuerit, eos si sequatur, neque perperam, neque inconsulte agit. Sed istud est notissimum. Hoc, inquam, cum me recte fecisse arbitrarer, intellexi dominationes vestras circumspectas propter illius loci mutationem nonnihil succensuisse, et etiam de mea futura gratitudine dubitare quodammodo coepisse. Quare ea de re subito tantum animo caepi dolorem, quantum uix ulla alia res afferre potuisset. Etsi enim Vitebergae existens, deberemne locum mutare, necne, a dominationibus vestris non interrogaui, nihil enim ante acceptam ab ijsdem pecuniam de eo cogitaui, tamen simulac ad eum, ad quem uolebam, locum peruenissem, redditis eius rei causis binis literis meum aduentum perscripsi. Quae cum propter eorum, per quos dederam, negligentiam, ne dicam improbitatem, eo non sint perlatae, et meam de responso habendo expectationem frustrauerunt, et uestrae, quae fuit in me, irae causa extiterunt. Quod autem post acceptam hoc anno pecuniam Viteberga de mutatione loci dominationes vestras circumspectas non consului, non alia fuit ratione, quam quod putarem nihil easdem dominationes vestras, ubicumque locorum manerem, curaturas, dum me de ijs studijs, quibus de mandato earundem me addixissem, operam diligentem nauarem. Cogitabam et illud me de ea re responsum cito habere non posse. Ibi uero partim propter aduersam ualetudinem, partim propter sumtuum defectum praeuidebam mihi diu manere non licere. Perscripseram enim antea dominationibus vestris me in illo loco fere semper valetudinarium fuisse, et etiam morbo graui per aliquot septimanas laborauisse. Quod autem ad expensas attinet, non tantum pro sustentatione valetudineque curanda sumtibus me opus habuisse, sed etiam pro habitatione, uestimentis, quibusdam libellis comparandis et pro longo

per ignotas regiones itinere, ad quod ego nihil a dominationibus vestris simile caeteri alumni accepi. Non commemoro quantum priuatis praeceptoribus, quos in iuris et artium studio audiui. Pro his inquam, et id genus alijs extra sustentationem et ualetudinis curationem quantum exponere debui, et ipsemet perscripsi, et dominationes vestrae facilime conijcere possunt. Haec non propterea enumeraui, quod dominationum vestrarum erga me beneficia non fuissent satis magna, uel etiam mihi gratissima, sed ut scirent me et magnas et plures, quam alii alumnj, habuisse necessitates. Pro quibus omnibus, cum priorum duorum annorum pecunia non sufficeret, euitare non potui, quin in magnum debitum inciderem, quod postea mihi ex hac pecunia, quam hoc anno acceperam, soluendum erat. Ex qua cum uix pro uiatico restaret, non magis meo, quam aliorum consilio Viennam me contuli sperans et sustentationem me posse inuenire faciliorem, et aëris mutatione recuperare posse ualetudinem, quorum prius si non contingeret, domum tamen redeundi, uel aliquem prothonotariorum commodior occasio daretur. Quamobrem hoc ipsum, quod huc uenerim, cum non solum bona intentione, sed etiam necessaitate fecerim, si quis error in hoc meo facto, qui certe non fuit uoluntarius, sed necessarius, admissus est, de eo mihi dominationes vestrae benigne veniam dare uelint. Plus minus hic in schola aliorum ope et auxilio expectans ad datas literas relationem commoratus sum. Cogitabam sumtibus exhaustus iam quoquomodo domum redire, sed praeter omnem expectationem hic inueni dominum Philippum, dominationum vestrarum notarium, qui significauit ad manus uestras non esse perlatas meas literas. Idemque monuit, ut denuo scriberem, et a dominationibus vestris responsum hic expectarem, deberemne domum, an ad aliquem prothonotariorum ire, siquidem istud inposterum etiam fieri deberet. Rogo igitur dominationes vestras, ut quid mihi faciendum sit simul cum dandis ad dominum Philippum literis, non grauentur me certiorem facere. Si uolent, ut domum me recipiam, de uiatico etiam, quo iam prorsus careo, mihi prospicere non dedignentur, ut et ipsemet domum peruenire, et reculas meas domum possim reducere. Sin autem prothonotariorum uolunt me commendare, id etiam faciant bono aliquo et idoneo modo. Nam ibi etiam proculdubio opus habebo aliquibus expensis. Vestes habeo Germanicas, easque iam attritas, de quarum etiam prouisione neminem alium, quam dominationes vestras, quae mei curam plane patrio pectore susceperunt, rogare habeo. Ego, quemadmodum et uerbis et literis dominationibus vestris me obligaui, ita me facturum nunc quoque polliceor. Quibus omnibus longam uitam, prosperimam <!> valetudinem, omnia denique comoda et felicitatem a Deo optimo maximo dari cupio. Datae Viennae Austriae vltima Augusti Anno 1589. celeri calamo.

Humilimus dominationum vestrarum circumspectarum
cliens Thomas Homonnensis

Címzés: Prudentibus ac Circumspectis Viris, domino Judici Caeterisque Senatoribus Regiae ac liberae Ciuitatis Leuchae etc., Dominis et Patronis perpetua obseruantia colendis

A tanács megjegyzése: Anno 1585. von Wienn herein schikt Thomas Homonaj

38/5

79.

Homonnai Tamás a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Bécs, 1585. október 26.

A tanács újfent megsegítette őt. Nemcsak ruhát, de útiköltséget is kapott. Ezekért, és a korábbi jótéteményekért nagy hálával tartozik pártfogóinak.

Prudentes ac Circumspecti uiri, Domini et patroni perpetua obseruantia colendi, felicia quaeque, diuinique numinis protectionem uniuersis et singulis a Deo optimo maximo uobis expecto. Laetarine, Mecoenates benignissimi, uos mihi tam liberales tamque beneuolos obtigisse patronos, an potius dolere debeam, equidem non satis perspicio. Fautores quidem et tales praesertim, quales ego dominationes vestras circumspectas in me expertus sum, habere sane optimum et optabile est, at accipere beneficium, et id nullo officiorum genere promereri non solum dedecoris, sed etiam cuiusdam impudentiae est. Quare, cum ego et antea multis et maximis beneficijs a dominationibus vestris circumspectis fuerim affectus, et nunc quoque plane praeter meam spem et expectacionem tam benigne tamque paterne non minus uestimentis, quam uiatico sim instructus, gaudeo quidem huic meae felicitati, sed, quod mihi nulla hactenus occasio nullaque, qua gratitudinem meam declarare potuissem, concessa est facultas, et doleo summopere, et agnosco non pro leni dedecore. Praeterea illud quoque pertimesco, ut quoniam singulari ac miro quodam dominationum vestrarum fauore mei studij profectus et decursus quodammodo confirmatus est, ego non perinde expeditus uel in agnoscenda, uel in referenda esse uidear gratia. Graue siquidem est, et imprimis arduum tot tamque magnis beneficijs gratiam parem referre posse, et iuxta Hesiodi praeceptum, quae utenda acceperimus, maiori mensura reddere fertilium agrorum exemplo. Sed, etsi ea est dominationum vestrarum erga me benignitas, ut eam uix per omnem meam uitam, aut ne uix quidem remereri potero, tamen diuinum auxilium inuocans sic agere contendam, ut, etiamsi reponendi beneficij facultate destituar, animum certe beneuolum propensumque conatum cum summa diligentia et fidelitate habebo semper promtum. Si enim parentes charissimos habere debemus, quod ab ijs nobis uita tradita sit, debeo sane dominationibus vestris etiam plurimum, quorum beneficio in hunc, in quo nunc sum, statum sum adductus. Nam neque gratior cuique uita, quam honos esse debet, sine quo omnis obscura et ingrata est uiuendi ratio. Nunc dominationis vestris circumspectis cum pro praeteritis, tum uero praesentibus beneficijs summas ago gratias, et quamdiu uitam hanc egero, etiam habebo, et quia hoc tempore tantis sumtibus dominationes vestras necessitate adactus molestaui, de eo mihi paterne ueniam dare uelint, etiam atque etiam oro. Diu et feliciter uiuant dominationes vestrae circumspectae. Datum Viennae 26. die Octobris Anno Domini 1585.

Dominationum vestrarum humilimus
cliens Thomas Homonnay

Címzés: Prudentibus ac Circumspectis uiris, Domino Judici caeterisque Senatoribus Regiae Ciuitatis Leuchouiensis etc., Dominis et patronis suis perpetua obseruanta colendis
A tanács megjegyzése: 8. Nouembris Anno 1585. Thomae Homonnaj literae

38/6

80.

Johann Bener a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak*
Wittenberg, 1585.*

Az emberi élet célja a legfőbb jó, a boldogság elérése. De mi is ez a legfőbb jó, hisz az emberek a legkülönbözőbb dolgokban vélik felfedezni? Egyesek a gazdagságban, mások különféle méltóságok elnyerésében, megint mások a hírnévben, vagy a hatalomban, esetleg az élvezetekben látják a legfőbb jót. Ahhoz, hogy ezekben a kérdésekben el tudjunk igazodni, tanulmányok végzésére van szükség. A legfőbb jó persze végsősoron maga az Isten, s szintén komoly felkészültség kell az igaz tan befogadásához és megvédéséhez. Tanulmányainak célja, hogy majdan az egyház védelmét szolgálhassa, már csak azért is, mert egyedül az isteni gondviselésnek köszönheti, hogy annyi veszedelem közepette is helyt tudott állni. Pedig nagy nehézségekkel kellett megküzdenie. Leginkább anyagi gondok nyomasztják. Wittenbergi költségeinek fedezésére kölcsön kellett kémie 31 forintot, ám a pénzt barátai, megszegve ígéretüket, nem küldték el neki, hanem csak a tanácsnál helyezték letétbe, amint azt a főbírótól megtudta. Ezt az összeget aztán Peter Türck, mint örökségének részét, magához vette. Kéri tehát pártfogóit, hogy küldjenek számára igazolást arról, hogy így nincs semmiféle tartozása. Az igazolást szeretné minél előbb megkapni, mivel néhány nap múlva útra akar kelni, hogy hazatérjen. Noha személyét bizonyos támadások érték, bízik a tanács igazságérzetében és jóindulatában, s kéri, biztosítsanak számára némi anyagi támogatást útiköltségeinek fedezésére. Erre még akkor is szüksége van, ha nem annyira szegény, hogy ne lenne meg a mindennapi betevője. A rá fordított összeg – reméli – majd az egyház javát fogja szolgálni. Mert sok megoldatlan vitás kérdés van még, sokfajta eretnekség, s ezért sok tanult teológusra is szükség van. A vitás kérdéseket pedig tisztázni kell. Nincs igazuk azoknak, akik a feltétlen békesség hívei. Igenis szükség van a különböző vélemények szabad ütköztetésére, hogy a tiszta, igaz hit fennmaradhasson, hogy az eretnekségek elleni harc sikeres legyen.

Gratia et pax a domino Deo nostro, in qvo vivimus, movemur et sumus.

Constat inter excellentissimos et eruditissimos qvosque, Viri amplissimi, sapientia et prudentia ornatissimi, patroni mej omnium vigilantissimi, esse aliqvod ultimum bonum, omnibus hominibus appetibile, cuius gratia omnes labores et molestias tam animj, qvam corporis suscipiamus, qvo adepto summam conseqvamur felicitatem et perfectionem, qvae est ipsa beatitudo. Omnes enim actiones, qvae procedunt ab aliqva persona, caussantur ab ea secundum rationem sui objecti, qvoniam vero voluntatis obiectum est finis et bonum, consequitur necessario, qvod omnes actiones humanae fiant propter finem et bonum consummatum.

Sed cum tot ac tam varia sint studia et conatus hominum, non immerito poterit qvis dubitare de ultimo bono, qvis sit finis omnium actionum et perfectio

consummata, et in qvibus rebus consistat. Accedit, qvod nemini conceditur varios sibi praefigere fines ultimos, in qvos sua voluntate simul feratur. Cum enim unumqvodqve appetat suam perfectionem, illud appetit aliqvis, ut ultimum finem, qvod appetit, ut bonum, perfectum et complementum suiipsius. Vnde Augustinus libro 9. C. D.: Finem hominum nunc dicimus, non qvod consumitur, ut non sit, sed qvod perficitur, ut plane sit. Oportet igitur, qvod ultimus finis ita impleat totum hominum appetitum, qvod nihil extra ipsum appetendum relinquatur, vnde non potest esse, qvod in duo hic tendat appetitus, ac si utrumqve sit bonum perfectum ipsius. Relinqvitur itaque unicum esse bonum ultimum, extra qvod nihil, ut perfectivum sui appetendum cuiqvam restat, et qvod omnes hoc student, ut perficiantur, nihilominus tamen videmus eos in varijs et diversissimis actionibus acqviescere. Qvaestio ergo satis gravis movetur de ultimo perfectibili, qvod illud sit, et utrum aliqvis hominum in illoipso perfici desideret.

In huius nodi Gordij solutione neglecto gladio Alexandrj qvantos labyrinthos nos, mediocriter scientia rerum humanarum divinarumqve imbutus, incurrat, facile est colligere. Vt autem res dilucidior fiat, et ingenij omnia indagantis ratio habeatur, supponam nunc diversa, qvae pro bono ultimo secundum dispositionem affectuum varijs varia arrident. Videmus enim plurimos hominum aut suffocari divitijs, aut tumescere honoribus, aut corrumpi fama, sive gloria, aut inflammarj potestate, aut deniqve absorberi voluptate. Et isti omnes, anteqvam sibi hasce res eripi paterentur, nullam non torturam et stimulum conscientiae, imo et aliqvando mortem ipsam subire non dubitarent. Qvod si in istis rebus in tantum laborant et delectantur, manifestum est res consummatam perfectionem hinc petere. Non omnino aut occultandum speciem verj huic caussae inesse, qvoniam in singulis non mediocre vestigium summae beatitudinis et felicitatis apparet. Et hoc per partes recensendo dilucide et succincte, qvantis potero, ostendam.

Divitiae contemplatur beatitudinem in eo, qvod (cum sit ultimus finis) maxime in affectibus hominum dominetur, et sit status omnium bonorum congregatione perfectus, cuius desiderium, cum nunqvam deficiat, in infinitum procedat. Qvid vero magis conveniens dici potest de divitijs? Nam illaeipsae, praesertim hoc infelici seculo, in affectibus hominum supremum dominium tenent, per qvas fere cuncta bona nobis comparare possumus illis secundum rationem rectam usurpatis. Ad hoc enim nummus est inventus, ut sit qvasi fideijussor habendi pro eo, qvodcunqve homo voluerit. Nec facile harum appetitus deficit, aut unqvam sedatur, sed infinitum devorare non poenitet. Ecclesiastes 10.

Honor discutit beatitudinem, sive felicitatem, qvod sit praemium virtutis maxime conveniens Deo et excellentissimus (propter perfectionem), cuius desiderium omnia excellet. Ipsum autem esse praemium virtutis testatur Aristoteles 4. Ethjcorum, debitum excellentissimum 8. Ethicorum. Experientia vero edoctj scimus qvemlibet potius jacturam pati velle in alijs, qvam in honore.

Gloria admiratur beatitudinem, tanqvam bonum diffusivum sui, omnium bonorum stabilissimum, qvod reddatur sanctis pro tribulationibus, qvas in mundo patiuntur. Per gloriam autem bonum hominis maxime diffunditur in noticiam aliorum (qvia gloria nihil aliud est, qvam clara cum laude noticia), ut per eam

qvodammodo homines aeternitatem sortiantur, et secundum Paulum Rom. 8.: Gloria in nobis revelanda aeqvari nullis hisce caducis potest.

Potestas accipit beatitudinem, ut bonum perfectum, cuius oppositum sit maxime fugiendum, et qvod homo tum conseqvatur, qvando Deo, tanqvam ultimo fini et primo principio assimilatur. Sed constat perfectissimum esse, qvod homo etiam aliqvae possit congrue regere, qvod his convenit, qvi in potestatibus sunt constituti. Nec est aliqvid, qvod homines magis fugiunt, qvam servitutem, cui contra ponitur potestas. Qvi vero in potestatibus sunt, propter similitudinem potestatis maxime videntur Deo esse conformes. Exod. 13.

Voluptas deniqve hoc dicit beatitudinem, qvod sit propter seipsum omnibus appetibile, maxime movens appetitum hominis. Caussa enim prima vehementius imprimit, qvam secunda. Sed influentia finis attenditur secundum eius appetitum. Illud ergo videtur habere rationem finis ultimi, qvod maxime movet appetitum. Nunc vero, qvid est, qvod non appetat delectationem, et secundum Aristotelem 10. Ethicorum ridiculum est qvaerere, propter qvid velit delectari, et ni tamen absorbet hominis voluntatem et rationem, qvod alia contemnere faciat. Qvi fluctus excipiant in hanc palaestram descendentem, vestrae pendentiae iudicandum relinqvo, cum eruditioribus qvibusqve constet hisce fluctibus neminem evadere posse, nisi qvem ad omnia summum et excellens armavit ingenium.

Tanta itaqve his et contentio nos non solum in ecclesia et scholis, sed et in polyticis praemit, et gravior adhuc imminet, si posthabitis scientiarum studijs indolem naturae, industriam ingenij et opum facultatem in alijs rebus deperdiderimus. Nam hic, tanqvam ex immenso et spatiato campo controversiarum flosculum duntaxat V. A. repraesentare volui, et qvidem eiusmodi, in qvo fere omnis status polyticus consumitur, ut aliqvo modo conspicuum fieret, qvanta dementia ducantur qvidam, qvi rebus enumeratis tantopere insudant, ut in ijs perfici summo desiderio rapiantur, nec tamen istorum qvicqvam, ut ultimum appetere videri volunt. Et peto mihi veniam dari, qvod splendorem styli ac orationis non adhibeo, qvem bonitas argumenti postulat. Qvod si esset mej officij, occasio item et res postularet, non frigidum et ignarum in denotandis et alijs controversiarum copijs me praestarem, ut vel numerum etiam cathafractorum ex eqvo Troiano turmatim egredientium excederent. Fretus autem summa vestra prudentia supervacaneum constitui, qvicqvid animus meus ultra moliebatur. Si vero qvempiam ratio et intellectus deficit, satis superqve exitus et eventus eum docebit ac instruet, ut se fatuum ac vesanum brevi proclamabit. Si enim insidiator ille perfidus nos obtundere terrenis et caducis non moratur, ut speciem summj bonj (qvod tamen solus Deus est) prae se ferre videantur, qvanta, qvaeso, astutia nos aggredietur in sublimioribus et a nostris sensibus remotionibus, ubi fulcra fidej nostrae ipse conspicit. Hic certe somnolentia alacriter est excutienda, et praesumptio studiose cavenda et fugienda, cum utcunqve conscientiam hominis qvam facillime subvertere qveat. Nam et ille, qvi fidei suae inconcussam constantiam nimis audacter ordineqve perverso attribuit, viam in desperationem satis proclivem ingreditur.

Non igitur exigua res est sibi praecavere jacturam conscientiae et fidei, nec est alicuius ingenij solummodo exculti prudentia civili verbum Dei, omni credenti

salutiferum adversus haereticos et schismaticos propugnare et incorruptum conservare. Frustra etiam sibi qvispiam halcedonia diuturna ac perpetua pollicetur, nutant ac labascunt omnia in ruinam gravissimam multorum fidelium, ut nunc aestimantur. Qvod si alicui nostrum constaret, qvantis technis, qvantis insidijs ab omnibus partibus petamur, ut a synceritate fidei abducamur, aliqvam probe revocaremur a tali torpore ad studia coelestia. Silent arma, sopitae sunt lites forenses, qvassanda restat ipsa ecclesia, nunc vigilijs, nunc studijs acerrimis opus est, ne zizania puritati doctrinae Christianae commiseratur, et tenebras plusqvam Cymmerias inauramus. Sed ne, qvi aliorum conscientiam torqvere volo, ipsemet parum de calamitate Josephi dolore affici videar, testatum nunc apud omnes relinqvo, qvod vitam hanc mihi acerbissimam putem, si ullis injurijs vel amicorum, vel temporum interpellarer a cursu, qvem Deus mihi praeordinavit. Certus enim sum non aliud spectare studia mea, qvam incolumem statum ecclesiae electorum, et vix unqvam subrepere poterit aliqvid, qvod me deteneri a proposito curriculo studiorum meorum qveat. At cum multa, imo plurima nobis invitis accidant, et saepissime (ea permissione tamen divina) hostis et insidiator animarum nostrarum id moliatur, ut nauseam in nostris vocationibus nobis moveat, et sic ad aliena mentes nostros inclinet et alliciat, ac demum hac ratione in extremam perditionem provolvat. Id mihi uno, si cuiqvam hominum usu venit. Nunc enim fulminibus, nunc delicijs et nullis non fraudibus fluctus calamitatum pectora haec petierunt. Sed tamen (laus victori supremo), ut petra in hanc usqve horam infracta et immota permanserunt, et qvod plus est, cum ingrueret tota caterva miseriarum, ecce mihi offerebatur ansa repetendi studia mea pristina. Constat enim, qvod nullo incommodo adeo moveatur noster animus, qvam penuria opum, propter qvod etiam videmus plurimas desciscere a proposita vitae ratione. Me vero vix aliqvid commodius revocare ab hoc exilio ad musaeum devotum potuit. Posthabeo namqve omnem iacturam rerum, modo via ad studia multis suspirijs desiderata pateat. Et patebit qvidem, modo V. A. favorem et benevolentiam mihi nunc non praecluderet, qvod si secus, qvam volo, accideret, omnia obserata mihi adhuc video.

Qvapropter non ex temeritate qvadam hoc scriptum adornare volui, sed duabus de caussis, et qvidem non contemnendis, in qvibus periclitari adhuc studia mea scio. In una qvidem caussa V. A. invoco, ut studia mea a qvibusdam lacis et injurijs vindicet, in altera autem, ut subsidijs, qvantum potest, subveniat.

De prima autem arbitror haud multis opus esse, ut agam, cum eam V. A. optime jamdudum constare sciam. Nam mihi versantj Vitebergae et incumbenti studijs honestissimis necessitas ipsa extorqvebat hoc consilium, ut ex alieno aere per aliqvod tempus viverem, qvandoqvidem fractis et violatis promissis nihil ex pecunia hac ab amicis accipere poteram. Illud autem debitum conflatum Vitebergae, qvod est florenorum 31, apud V. A. per affinem meum depositum retineri ex judice V. P. intellexi, usqve dum R. V. Petrus Turcus per ius haereditarium ad se illud resumat. Mihi vero commorandi tempus jam nullum datur, cum constitutum habeam apud me hisce diebus me itineri committere. Summopere itaqve peto, ut apocha, vel testimonium debiti persoluti a V. A. mihi exhibeatur, ne forte Vitebergae me pignus repetentem de novo debitorem appel-

lent, et sic finis alterius mali gradus esset futuri, qvod ne accidat, V. A. procurabit. Eqvidem id unum ago, ut in studijs aliqvando mihi acqviescere liceat, et qvantis potero, contendam nervis, ut laboribus et molestijs, qvibus hactenus implicitus detenebor, me totum exonerem. Haec significare V. A. volui, qvoad premam et desidero sententiam S. A., ac spero moram profectionis in hoc haud fore ullam.

In altera vero caussa plus elaborandum mihi censeo, non qvidem gratia V. A., sed perfidia multorum, qvi benevolos malevolos fere reddiderunt, et si me scirem eorundem vestigia ingressurum, non modo mei caussa non laborarem, sed et mihijpsi malum omen imprecarer. Synceritate autem mentis meae compulsus sum V. A. hoc scripto aggredi, cum mihiipsi probe sum conscius, qvo animo id faciam, et qvem eventum spectem. Insuper προκάλεσμα haud exigua addidit summa V. A. in moderanda religionis caussa, cura et industria, qvam effulgere indies magis atqve magis conspicio. Et satis admirari non possum, qvod qvaelibet gemma coronae huius florentissimae ea dignitate et virtute, qvo nil elegantius et iustius praepolleat, qvae ad gubernandam ecclesiam et conservandum felicem statum scholae plurimum faciat. Ignaviae itaqve necessario me condemnarem ipse, et qvidem peiorem furi aestimarem, si ab hisce flosculis condimentum aliqvod ad leniendam acerbitatem studiorum meorum non assumerem. Qvapropter non haesitanti animo me ad V. A. benevolentiam conferre constitui hac spe indubia fertus, ut me ad omni genere scientiarum cognitionem aspirantem munificentia et liberalitate virtuosissima sublevare dignetur. Non mihi praesumo ordinaria et honoratissima ac lautissima stipendia, sed vile qvoddam ἐφόδιον et viaticum efflagito, qvo expeditus iter ad Musas ab exilio hoc facere valeam. Nec video huius loci esse recensere, qvibus qvantisqve incommodis afflictus sim, ut aliunde viatico instrui petam, qvia haec ipsa calamitas mihi repetenti acerbior existit. Vestram solummodo A. oro et obtestor, ut rebus meis, ah dolor, fere fractis, qvantum per angustiam et penuriam hoc tempore licet, consulat. Eqvidem patriae huic dulcissimae studium, operam, laborem et industriam ingenij nunc ultro polliceor atqve defero, et hoc ipsum scriptum foederis vim habere volo, cum sciam me id nunc agere, qvod ratio ipsa in provectiori aetate a me sit impetratura. Nolo enim deesse unqvam scholae et ecclesiae huic, sed, si qva cum laude illi inservire aliqvando potero, me paratissimum et instructissimum sistam, qvia in hoc cum Seneca gaudeo aliqvid discere, ut doceam, si vero mihi sapientia detur, ut illam inclusam teneam, reijciam. Patet ergo in hac caussa non modo studia mea, sed et salutem scholae, ecclesiae et reipublicae periclitarj.

Nec est, qvod levitatis signum hinc, Patroni mei summa observantia colendj, arripiatis, cum saepius pollicitatione multorum delusos vos comprehenderitis. Non enim me, ut qvamplurimos patriae nec minima qvidem in parte amantes exagitat et excruciat divitiarum inopia, qvam anhelantes vestris bonis volebant recreare, qvoniam et nunc (divina adjuvante gratia) miseram pallenti ab ore famem pellere possum. Sed me summa scientiarum cognitio trahit, hanc seqvar, hanc nunqvam non investigabo opibus, divitijs, industria ingenij, studio infatigabili et vigilijs non interruptis, ad hanc conseqvendam vestrum auxilium imploro, vos ad hoc opus a Deo destinatos mihj certo persvadeo, et ne incassum

salebrosas hasce vias ingrediar, summa V. benignitas praestabit. Qvod si forte V. A. persvaderi qvispiam conatur, ac si jam probe et sufficienter scholae et ecclesiae sit provisum, eum stipendij munus sit integre distributum, nec omnibus promotis functio correspondeat, is certe gravitatem rej non aeqva lance trutinat. Non enim unius alteriusqve hominis est dijudicationem et gubernationem doctrinae ecclesiasticae sustinere, neqve unius generis tantum scientia in hoc officio reqviritur, neqve unus idemqve locus pariter in omnibus nos instruet, neqve uni omnia a Deo sunt concessa. Sed multorum ingenia exculta varijs artibus et disciplinis, qvae diversa loca peragrarunt, usumqve rerum provide perceperunt, et vigilijs continuis inhaeserunt, et qvae fortuna probe rotavit, sic enim acuitur ratio et intellectus hominis, ut dominium in passiones corporis, qvae pluriora ingenia corrumpunt, accipiant et retineant. Sit nobis exemplo ipse Augustinus, nam illeipse Madaurum, Carthaginem, Romam tandem Mediolanum proficiscens, tanquam per gradus ex multis erroribus liberatus demum per Ambrosium relictis anfractibus prodigiosissimarum disputationum sub vexillo Christianae fidei recipiebatur. Et illius contentiones, si perscrutari voluerimus, satis superque nos instituent, qvanta doctrinae varietate et copia, qvanto usu et experientia rerum et longinqvarum regionum cognitio, qvanta assiduitate lectionum variorum authorum, qvanta vigilantia opus sit ijs, qvi in ecclesiastico munere uno omnium in terris maximo et difficillimo versari debent. Ille enim Augustinus, vir praestantissimus non uno loco moratus unius generis scientiam percepit, sed in diversis diversa perscrutatus cognitionem veritatis adinvenit. Pari ratione sibi qvisqve persvadere debet, qvi animum induxerit ad hoc munus subeundum, qvod ijdem fluctus eum sint excepturi, qvapropter se doctrinae copia et varietate exornet, ut tantam molem certaminum sustinere valeat.

Tutores autem et nutrices ecclesiae christianae provideant et praecaveant, ne ipsa unquam bonis, eruditis et exercitatis doctoribus deficiat ac destituatur, nec una columna aut duobus vel etiam tribus contentj hoc gravissimum aedificium construant, sed qvantum per divinam benignitatem licet, plurimos fidei Christianae defensores ac propugnatores sibi asciscant et benevolentia summa complectantur. Non enim unius generis certamen qvolibet tempore grassabitur, cum ex confesso omnium indies novae exoriantur controversiae prioribus nondum integre sedatis, quibus ut salutariter resistat, certo minus sufficit unius alteriusque ingenij acumen.

Sed proh dolor, multos hoc tempore invenias praepostero judicio et gravissimo fastu exclamantes satis superque satis, et ad nauseam usqve ac ravim jam disputatum esse et rixatum de dogmatibus ecclesiasticis, nec opus esse, ut in longius hae lites protrahantur, qvandoqvidem non finem faciamus, sed ansam omnibus haereticis certando praebeamus. Multos etiam invenias longis et dubijs conflictibus industria ingenij dimicando defessos, alios autem impendentium periculorum metu territos, qvi omnes communibus votis et suffragijs in unam perpetuo deinceps de omnibus controversijs silentij legem tacite conspirent, et eos, qui viribus a Deo sibi concessis pro victoria veritatis certamen suscipere non dubitant, inqvieti ingenij, nulliusque eruditionis ac verecundiae proclament. Timidos vero et ignavos, qvi neque calidos, neque frigidos sese conspiciendis praebent, in

qvos tamen Johannis Apocalypsis 3. gravissime invehitur, summo honore atque dignitate prosequentur, et hoc humilis animj ducant, illud vero pertinacis. Vt sic nullum officium magis acceptum esse possit undiqvaqve, qvam qvod silentio et hypocrisi exornetur, qvoniam hac ratione rem omnem egregie actam et transactam arbitrantur. Haud secus isti omnes agunt, ac qvondam civitas Athenarum, qvae ex gravi diuturnoqve bello (qvod pro Salaminis adversus Megarenses gesserat) fatigata, malique aliqvoties accepta, plebiscito tandem capitale esse sancivit, si de vindicanda Salaminorum insula amplius ad populum referretur. Postea qvoqve eadem civitas triginta tyrannorum imperio per Trasybulum liberata praeteritarum discordiarum memoriam omnem oblivione sempiterna delendam censevit. Talem qvoqve ἀμνησίαν, tanqvam unicum sedandae in ecclesia dissensionis restituendaeqve pacis ac conservandae fundamentum, multis etiam viris in republica prudentibus et moderatis valde accidere scio. Et sane posset fieri, si, qvae utrinqve de rebus controversis contentiosius fortasse, qvam utilius in vulgus edita sunt, communi consensu obliterarentur, et partibus justicium pariter indiceretur, fieri sic, inqvam, posset, ut ecclesiae halcedonia ab hac tempestate aliqv<...> corroderentur. Verum enim vero, si vel maxime tranqvillitas ad tempus ista duraret, nihilominus adhuc periculum foret, ne male sedata dissensio in majorem aliqvando turbinem erumpens navem ecclesiae vehementius, qvam nunc, vel antehac unqvam qvassaret. Sicut Amycleos suo perijsse silentio accepimus, qvi et ipsi falso hostium advenientium nuncio iterum atqve iterum delusi, simulac interdicto cavissent, ne qvis apud ipsos denuo hostium adventum qvomodocunqve significaret, liberarunt eo pacto civitatem aliqvandiu inani metu, ut nullius ab hostili incursione rumor ipsam perterrefaceret, qvod antea saepius, sed frustra fieri consveverat. Interea vero, dum securitatem cum discrimine conjunctam praeoptant, et nullam prorsus monitionem admittere, qvam inaniter ab hostium expectatione expergefacti identidem accingere se malunt, in eo nudos atqve inermes sese ultro insidijs ac praedae inimicorum objecerunt.

Re namqve nondum iusta ratione disceptata et excussa, utut silentium decreto publico imponatur, tantum abest, ut contentionis incendium intra hos silentij fines contineatur, ut suppressum magis, qvam restructum in majorem flammam sit erupturum, atqve adeo partes adhuc incolumes correpturum. Nisi enim veritas recte proposita convicerit, et ab alterioribus cohibuerit, praepostero zelo objurgantes (qvae erroris est confidentia et temeritas) putabunt audaculj obstrependo praestare se cultum Deo, et pericula qvaelibet subeundo laudem constantiae et fortitudinis aucupabuntur, et velut eqvi ferocientes atqve indomitj repagulis refractis citato gradu in plenum cursum sese effundent.

Ecqvid ergo, dicet aliqvis, habenae contentiosis laxandae sunt, ut cuivis qvoad libuerit, ecclesiam perturbare liceat? Scio eqvidem, qvidnam Joas, Gideonis pater suis civibus, repetentibus filium eius ad poenam propter dirutam aram Baal responderit: Num vos agetis caussam Baal? Si deus est, ulciscatur sese de eo, qvi diruit aram ipsius. Scio edictum Dominj volentis relinqvi, et crescere zizania in agro ecclesiae usqve ad messem, qvod certe non frangam. Scio deniqve Gamalielis consilium moderatum dicentis: Si ex hominibus est opus hoc, dissolvetur, sin ex Deo est, non potestis dissolvere. Hinc inferunt nonnulli, qvia Deus

sibi ad asserendam suam veritatem et errores extirpandos sufficiat, nostrum esse Deo committere veritatis negocium, ne illi diffidere, aut repugnare etiam videamur. Nos vero Deo non diffidimus, aut repugnabimus, si qvam qvisqve tenitur rebus fractis aut inclinatis, opem tulerit. Expressis enim Dej mandatis opera et diligentia reqviritur magistratuum polyticorum et ministrorum ecclesiae, ut e medio populi malum exterminetur. Magistratui non frustra portanti gladium praecipitur Deut. 13, ut interficiat qvemcunqve hominem nitentem abducere alios a via, qvam praescripserat Dominus. Jeremiae injungitur, ut evellat et extirpet, ut perdat et dissipet, ut aedificet ac plantet. Paulus qvoqve vult episcopum non modo διδακτικόν, sed etiam ἐλεγκτικόν esse, qvi valeat obturare os contradicentibus veritatj. Vtcunqve vero magistratus una cum fidelibus ecclesiae ministris bonam operam navarit, nihilominus adhuc plus satis zizaniorum in agro dominico remanebit et excrescet. Vbi si qvis viderit omnem suam curam oleum operam perire, tum demum soletur se hac cogitatione, qvod plenam offendiculorum dissipationem Deus in tempus destinatum sibi reservet.

Atqve ob hoc ipsum, cum Deus curam ecclesiae summe defendendae ac tuendae apud V. A. excubare hucusqve semper voluit, qvid nunc taedij et molestiae in castra haec ornatissima subrepere poterit, qvo minus alacriter et summo studio ac prudentia singulari hostis eam invadere ac dissipare laborans propellatur ac profligatur. Qvantumvis autem classem canere hostis ille animarum nostrarum non desistat, non est, qvod animis deficiamus, qvin potius eo acrius nobis elaborandum, ut summam beatitudinem, qvae est salutaris et incorrupta cognitio Dei nostri, retinere, et ad posteritatem, qvam nobis carissimam semper praedicamus, transmittere valeamus.

Nec concedamus, ut vel minima in parte nos perturbent divitiae, aut blandimentis seducant honores, aut vaccillanter reddat fama sev gloria, aut fastu confundat potestas, aut effeminatos et improvidos efficiat voluptas. Hisce etenim rebus inhiare summae est dementiae, qvae nos perfici, et in beatitudinem collocare neutiqvam possunt.

Cum enim beatitudo sit summum bonum hominis, non compatitur secum aliqvod malum. Omnia autem praedicta possunt inveniri et in bonis, et in malis. Et cum de ratione beatitudinis sit, qvod sit per se sufficiens 1. Ethicorum, necesse est, qvod beatitudine adepta nullum bonum necessarium desit. Adeptis autem singulis praedictorum possunt adhuc multa homini deesse necessaria. Cum item beatitudo sit bonum perfectum, ex ipsa non potest aliqvod malum alicui provenire, qvod non convenit praemissis.

Sed forte in eadem palaestra exercitatus obijciet. Cum hac sit boni ultimi proprium, ut omnium appetitum ad se trahat, et secundum qvod tota vita hominis reguletur, qvi ergo fit, qvod in hominum societate sunt diversa studia vivendi, aut igitur ultimum bonum prorsus evanescit, aut in diversis illud consistere necesse est, ut aeque beatos tam in divitijs, qvam in honoribus etc. dicamus. Hoc facile est diluere, qvoniam de bono ultimo duplex est nobis disserendi modus. Vnus secundum rationem ultimi boni, alius secundum id, in qvo ultimi boni ratio invenitur. Qvantum igitur ad rationem ultimj boni, omnes conveniunt in appetitu illius, nam omnes appetunt bonum, qvod est objectum voluntatis, et illud est perfectum

bonum, qvod totaliter hominis voluntati satisfacit. Vnde appetere beatitudinem (qvod est summum bonum) nihil aliud est, qvam appetere, ut voluntas satietur, qvod certe qvilibet vult. Sed qvantum ad id, in qvo ista ratio invenitur, maxima est dissimilitudo, et summa qvorundam ignorantia. Gravissime enim impingunt, qvi divitias appetunt, tanqvam consummatum bonum et summam beatitudinem. Nam hae effundendo magis, qvam conservando nitent, siqvidem avaricia semper odiosos, claros facit largitas. Beatitudo vero tale bonum est, qvod hominem felicem reddit magis retinendo, qvam amittendo. Non minus caeteri omnes. Honos enim attestante philosopho 1. Ethicorum magis est in honoranti, qvi reverentiam exhibet honorato, qvam in eo, qvi honoratur. Ipsa autem beatitudo est in beato. Famam vero, ut plurimum contingit esse falsam, ut multos etiam confundat, qvo qvid turpius excogitari potest. Nam qvi falso praedicantur, suisipsis necesse est, laudibus erubescant. Beatitudo autem est verum hominis bonum. Potestatem itidem constat esse qvoddam imperfectissimum. Humana etenim potestas sollicitudinum morsus expellere, formidinum aculeos vitare neqvit, et hunc potentem censemus, qvi, qvas terret, plus metuit ipse. Sed beatitudo est bonum perfectum. A beatitudine deniqve voluptates qvam longissime deviare nemo non sanae mentis videt, qvarum tristes exitus esse qvisqvis reminisci libidinum suarum volet, intelliget, qvae, si beatos efficere possent, nihil esset, qvin pecudes qvoqve beatos esse dicantur.

Cum itaqve omnibus sit exploratum varijs certaminibus qvassari tam polyticum, qvam ecclesiasticum statum, ut indubium etiamnum vocare ipsam beatitudinem qvidam non vereantur, qvamvis verbis aliud praetendant, re tamen et genere vitae hoc ipsum demonstrant, non diffido, qvin V. A. hoc scelus nefandum praecavere studeat, ac omne officium et facultatem opum in hoc impendere contendat, ut idoneos exercitatos omniqve genere scientiarum praeditos ministros et doctores ad asserendam et vindicandam veritatem sibi asciscere valeat, ne subtracta salutari cognitione Dei nostri a vera beatitudine deviet, omnemqve posteritatem fraudibus et technis haereticorum prostituat et obijciat. Huic V. A. studio et conatui me nunc humiliter offere volui, spe non haesitanti ductus de V. A. benevolentia haud minimum dubitans, ut, qva me antehac, cum nec primum alicuius scientiae gradum attigissem, afficit, non minori nunc in aliqvo (absit tamen arrogantia) collocatum complectere non dedignetur. Tametsi enim me V. A. hactenus nondum sic conspiciendum, ut forte qvibusdam placet, obtulerim, id verecundiae potius, qvam ruditati et ignaviae ascribendum censeo. Sed qvid his? Cum sciam caussam perventuram ad eiusmodi ingenia, qvae longe commodiori ratione, ut etiam nil accuratius, rem omnem trutinare valent, ut si qvid statui ecclesiae animadvertant deesse, sapienter provideant et absolvant, si autem aliqvid mali imminere, praecavere studeant, qvibus itidem omnis affectus ingenui adolescentulis ad artes honestissimas aspirantis et tendentis perqvam dilucide sit cognitus. Abrumpendam styli orationem arbitror et iudico, ac me V. A. commendatissimum peropto. Deumqve ipsum gemitibus ardentissimis sollicito et deprecor, ut caussam meam (prout mihi et ecclesiae est salutaris) ipse agat, animosqve hominum eo moderamine flectat et regat, qvo gloria sui nominis innotescat, salutaris cognitio sui omne caducum et terrenum in mentium nostrarum

penetralibus praepolleat ac praestet, et status ecclesiae atqve scholae huius indeficienter floreat. Amen.

Vestrae amplitudinis addictissimus
Johannes Benerus etc. mp.

A tanács megjegyzése: Anno 1585. die 13. Maij. Humilima supplicatio Johannis Bener pro impetrando ab inclyto Senatu ad studia ecclesiastica subsidio, qvod foederis vim suae gratitudinis futuram habere vult.

35/3

81.

Homonnai Tamás a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lakompak, 1586. április 27.

Miután megkapta a tanács utasítását, tüstént nekilátott, hogy állást keressen egy a magyar jogban jártas főjegyző mellett. Választása Márton úrra, a királyi személynök főjegyzőjére esett. Ez azonban a pestis miatt családostul Szlavóniába menekült. Más alkalmas embert nem ismervén kénytelen volt három hónapig Csepregen várni, s ezt levélvivő híján mégcsak meg sem tudta írni. Miután Márton úr hazatért, a kiváló jogi ismeretekkel rendelkező Pataki Gergely, a főjegyző barátja, segítségére volt, hogy az áhított állást megkaphassa. A pestis miatt azonban az egy Istvánffy Miklóson kívül nincs senki, nincs egyetlen főbíró sem, akinek hivatalánál fogva szüksége lenne főjegyzőre, s így Márton úrnak sincs jelenleg jövedelme. Családját ő is kénytelen kölcsönökből eltartani, alkalmazottainak nagyrészét is elbocsátotta már. Egyelőre senki se tudja, mikorra hívják egybe a magyar országgyűlést, és ott mikor iktatnak be új főbírókat. Jó hír viszont, hogy április 22-én a szlavóniai országgyűlés Márton urat megválasztotta első főjegyzőnek. Ugyanitt szent Jakab ünnepére kihírdették a nyolcados törvényszéket, ami jogi ismeretek elsajátítására kiváló alkalom. Marad tehát minden nehézség ellenére, hogy pártfogói utasításának eleget tegyen. Mivel azonban némi élelmen kívül itt nem részesül semmiféle juttatásban, kéri a tanács anyagi segítségét.

Amplissimi viri, Domini et patroni benignissimi. Posteaquam uoluntatem dominationum vestrarum de mea in hisce locis mansione intellexi, nihil mihi erat prius, quam ut primo quoque tempore ad aliquem prothonotariorum eumque prudentem ac in jure hungarico peritum quoquo modo peruenire possem. Itaque mox acceptis tunc a dominationibus vestris circumspectis rebus necessarijs ad has Hungariae partes, in quibus illi commorari solent, cum literis quorundam bonorum virorum commendaticiis accessi eligens ex caeteris mihi pro domino magistrum Martinum, personalis praesentiae prothonotarium. Verum quia is propter contagiosam pestilentiae luem, quae tum temporis saeuissime hic grassabatur, in regnum Sclauoniae cum tota sua familia confugerat, nec alius quisquam fere in hoc regno ordinarij judicis officio fungeretur, coactus sum inuitus, licet non plane ociosus, trium ferme mensium spacio Chepregini dictum magistrum Martinum expectare. Id tunc dominationibus vestris circumspectis perscribere non potui, locus enim quemadmodum hic, in tali situ est parte, ubi rarissime inueniuntur homines, qui ad eas partes profectionem susciperent. Ego ipse vero sine expensis

eo proficisci non potui, unde meas eo potuissem dare literas. Sumptus autem, quos acceperam in varios usus necessarios, exposueram. Cum autem dictus personalis praesentiae prothonotarius redijsset, ope amici sui, Gregorij Pataky, viri sane in cognitione iuris hungarici non postremi effeci, ut mihi locus daretur. Sed quam difficulter, et quibus conditionibus, id quoque aperiendum putaui. Vacant propter pestem praeteritam ordinariorum iudicum in toto fere regno officia, adeo vt neminem sciam praeter unicum Nicolaum Istvanffy, qui illud ius retinuisset, neminem sciam, qui tamen et ipse caret prothonotario. Itaque et meus dominus, cum nullum ob dictam causam, sicuti neque caeteri, habeat prouentum, difficilime, imo aere alieno uel ipsam alit familiam, scribas etiam et expeditores causarum nonnullos dimisit, quos retinet ex magna gratia, et quasi vi obtrusos sustentat, ita tamen, ut, qui proprios sumtus non habent, perseuerare non possunt. Domesticos labores non secus quam viles mercenarii omnes sufferre cogunt, alioquin nolenti sine personarum respectu porta ostenditur. Sed est cur omnia etiam cum summa molestia perferam ad tempus. Nemini enim constat, quando in regno Hungariae diaeta celebrabitur, et iudices ordinarij, apud quos iuris hungari cognitio hauritur, ordinabuntur. Hic vero meus dominus feria tertia post dominicam misericordiae in generali regni Sclauoniae congregatione facta in prothonotarium et quidem primarium electus est, eodemque tempore et loco octauae terminus festum diui Jacobi proxime affuturum constitutum est. Siue igitur fiat regni Hungariae publica congregatio, siue non, spero me eo tempore in praxi iuris Hungarici aliquid animaduersurum. Octauae enim sunt nobis discendi iuris messes, reliquum tempus graue iugum et seruitus. Perseuerabo igitur ad tempus contemta omni molestia facturus postea pro uirili omnia, quae a me a dominationibus vestris circumspectis debentur. Hic prorsus praeter tenuem cibum et potum nihil habeo, uixi per aliquot menses aere alieno. Subsidium igitur a dominationibus vestris circumspectis maximopere rogo. Haberem plurima scribere, sed tempus nullo modo patitur. Dominationes vestras circumspectas quam diutissime feliciter valere cupio. Datum in Lakonpak 27. Aprilis Anno 1586.

Dominationum vestrarum circumspectarum
cliens humilimus Thomas Homonnay

Címzés: Prudentibus ac Circumspectis viris, Domino Judici Caeterisque Senatoribus Regiae Ciuitatis Leuchouiensis etc., dominis et patronis suis benignissimis

38/7

82.

A wittenbergi egyetem magisztrátusa a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak

Wittenberg, 1586. június 22.

Kérik, hogy Johann Rudolf tartozásait a felmerült költségekkel együtt rendezzék. Rudolf tanulmányaihoz szükséges könyveket vásárolt, s azokat haza is vitte magával. Ezeket mind a mai napig nem fizette ki.

Unser freuntlich dinst zuuor, ehrenuheste, erbare, wolweisse, gonstige, gutte freunde. Auss inligendem vorzeichniss habett Ihr gunstig zu befinden, welcher gestald euer Stipendiat vnnd Bürgers Sohn, Johan Rudolph genant, alhier zu Wittembergk, noch mit Schulden vor aussgenommene bücher zu vnuormeidlicher seiner Studien notturft vorhaft, auch solche mitt sich von hinnen in sein Vaterlandt abegefhüret, dieser Schulden auch niemalss in Abrede gewesen, des gleichen derer vor vnss gnungsam ist vberwiesen worden. Vnnd doch solche zur vnbilligkeitt, auch vber geschehenes mhanen, vnnd anhalten, diese lange zeitt nicht bezhalet. Darmit aber dieses ewres Stipendiaten billiche Schuld entlichen erleget, so bitten wir freundtlichen, Ihr (alss der solchen zum Studio anhero vorschigkt, vnnd derhalben der zhalung diessfalss zu thun pflichtig) wollet gegen dem armen Gleubiger alhier euch gönstig erzeigen, vnnd die vorzeichente Schuldtsummen, sambt den geursachten Vnchosten briefszeigern zu stellen vnnd erlegen. Der gentzlich zuuersicht, weill diese vnser Intercession billich, Ihr werdett derselben vnvorweigert Stadt geben. Solches freundtlichen hinwieder zuuordienen seindt wier willig. Geben den 22ten tagk Junij Anno Christi ihm 1586ten.

Rector, Cantzler, Magistri vnd Doctores
der Vniuersitet zu Wittemberg

Címzés: Den Ehrenuhesten, Erbaren, wolweissen Bürgermeistern vnd Rathmannen der Stadt Leutzsch in Zips, vnseren günstigen Herrenn vnnd Freundten

A tanács megjegyzése: 22. Augusti Anno 1586.

33/6

83.

Martin Sturm a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1586. július 3.

Hálával tartozik pártfogóinak, akiknek támogatása nélkül magasabb tanulmányok végzésére nem lett volna lehetősége. Viszont nagy nehézséget jelent számára, hogy ösztöndíját mindig óriási késéssel kapja meg. A tavalyi pénze nem tartott ki az év végéig, adósságba verte magát, amelyet Bruno úr megérkezésekor ki kellett egyenlítenie. Ezért, ha a tanács talál alkalmas embert, aki neki az ösztöndíjat Wittenbergbe elhozhatná, vállalja, hogy a levélvivő fizetségének nagyobb részét év vége felé ő maga fizetné ki.

Salutem in Christo, seruatore nostro.

Quod rursum thesauros liberalitatis et beneficentiae uestrae, Judices Amplissimi, patroni aeterna memoria colendj, mihi ostenderitis, grata mente agnosco. Etenim studia mea et conatus persequi nullo modo mihi liceret, nisi ab A. uestra toties fulcirentur, et consilijs ac munificentia uestra promouerentur.

Merito igitur uobis operae meae dicandae et offerendae sunt, merito officia mea, dum P. uestris uisum fuerit, inseruient.

Vnum est, quod nonnihil me molestat, et cursum studiorum meorum nonnunquam interturbat, mora nempe sumptuum seu stipendij allationis, quae non uestrae prudentiae, quae sane prompta et facilis est quouis tempore mihi et rationibus rerum mearum succurrere, sed raritatj eorum hominum, qui in has excurrunt regiones, attribuenda censetur. Ratio anni superioris crumenam meam usque adeo euacuauit, ut sumptus, quorum supputatio a me rectissima quidem instituta erat, ad terminum usque annj constitutum non sufficerent. In aes ergo alienum aliquot tallerorum incidj, quod refundere Brunone adueniente coactus sum. Plurimj autem apud uos reperiuntur, qui conductj certa summa pecuniae hoc iter ad urbem nostram accjperent. Idcirco, si huic meo proposito consilium uestrum et uoluntas concidit, me maximam partem pecuniae tabellionj circa terminum annj ad me emisso persoluturum sancte polliceor. Ab his omnibus abest longissime arrogantia, nec a me addita sunt haec, quasi uobis modum mihi subueniendj praescribere attentarem, at totum hoc prudentiae uestrae iudicandum et consiliis probe trutinandum subijcio. Si uero quid a me peccatum est, uestrae erit prudentiae et beneuolentiae, quae erga me summa et uere paterna est, in bonam partem accipere et errori meo ueniam dare. Ego in amando, obseruando colendoque A. uestras augebo potius semper, quam unquam deminuam studium meum. Bene et foeliciter ualeant prudentiae uestrae per unicum et solum mediatorem, filium Dei, dominum nostrum Jesvm Christvm, quem oro, ut amplitudines uestras diu conseruet incolumes, consilijs regat, in ueritate sincera confirmet et gubernationem reipublicae, dulcissimae patriae nostrae foelicem concedat. Amen. Scripsi Vitaebergae 5. Nonas Julij Anno θεάνθρωπου supra sesquimillesimum 86.

Prudentiae et amplitudinis vestrae
subiectissimus alumnus Martinus Sturmius

Címzés: Amplissimis, eruditione , Virtute et prudentia praestantjssimis Viris, Domino Judicj totique Senatuj inclytae Reipublicae Leutschouiensis, patronis suis ac Mecoenatibus aeterna memoria colendis

A tanács megjegyzése: 22. Augusti Anno 1586.

69/13

84.

Martin Sturm a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1586. szeptember 1.

Előző, Bruno úrral küldött levelében beszámolt nehézségeiről. Tudniillik arról, hogy tavalyi tartozásai miatt idén anyagi helyzete rendkívül válságos. Tanáccsal is szolgált, miképp lehetne segíteni a bajon. Bár tudja, hogy pártfogói levelét atyaian megszívlelték, a szükség újra írásra készteti. Mivel a Brunoval küldött pénzt könyvekre, s más tanulmányaihoz szük-

séges dolgokra költötte, s mivel Wittenbergben igen nagy a drágaság, maradék pénze a télre biztos nem lesz elég. Ezért kéri, hogy következő évi ösztöndíjából 10 vagy 12 tallért előlegezzenek meg neki, s az összeget a levélvivővel küldjék el Wittenbergbe.

Gratiam et pacem a Deo patre per dominum nostrum Jesvm Christvm.

Viris sapientibus et in usu rerum diu multumque uersatis, quid et qualiter agant, praescribere impudentia est. Quod ego non facile unquam commiserim, neque id aut consuetudo, aut naturae meae ratio ferret. Excusandus tamen uidebor, si uel a necessitate, qua premor, durissima, aut benignitate uestra, quam omnes norunt et mire semper praedicant, adducar, ut uobiscum, ut patribus meis, liberius agam, quod cogito, et in gremium uestrum paternum eadem, quae animo meo uarie meditatus sum, deponem.

Ego, Viri praestantissimj, patres aeterna memoria colendj, in proximo epistolio per dominum Brunonem A. V. exhibito rationem et uitae, et consiliorum meorum mediocriter cognoscendam decernendamque proposuj. Nempe quod anno superiorj aeris alienj magnitudo, quam temporis uariae incommoditates auxerant plurimum, eo res meas perduxerit, ut hoc tempore, in quo nunc sumus, grauius mihj laborandum maiorque fortunae iniuria perferenda sit, ac deinceps consilio uestro et uoluntatj benignissimae omnia subijciens modum quendam explicuj, quo meae egestatj et miseriae subuenjri possit. Quae uos paterne et pro iure patrocinij, quo me sustentatis hodie, accepisse nullo modo dubito. Cum itaque hunc legatum ad uos excurrere cognosceram, ratio fortunarum mearum et necessitas ipsa has literas ad uos perferendas mihj extorsit, ac me ea scribere coegit, quae alias, ut tenuia et scriptione indigna, reticenda minusque exponenda uiderentur. Pecuniam et subsidia per dominum Brunonem missa emptione librorum et rerum aliarum ad res scholasticas necessariarum penitus, aut ita plane consumsi, ut per hybernum tempus, quod miseris et sumptibus minus instructis durum et intolerabile esse solet, mihj non sufficere uideatur. Accedunt aliae necessitates et incommoda, ut annonae charitas non leuis, et plurima alia, ex quibus, nisi ab A. V. mihj succurratur, difficulter eluctarj potero. A uobis igitur, patres sanctissimj, ea, qua debeo, animi submissione peto, ut miserum me respicientes 10 uel 12 talleris a stipendio annj, qui sequitur, detractis per hunc tabellionem subleuetis, quo maiorj cum fructu et utilitate studiorum tempus hoc durum uincere, et annj terminum, qui longe abest, expectatione superare ualeam. Hoc liberale officium uestrum ea praedicabo gratitudine, ut nos munera submissuros benignitatis uestrae non in hominem ingratum et superbum unquam contulisse plerique uideant. Hic tamen, ut decet, uoluntatj et petitionj meae consilium uestrum antepono. Etenim scio uos nihil cogitare sine summa ratione, nihil facere sine summa prudentia. Mihj, ut hominj in usu rerum parum uersato, obscura sunt multa, uos, tanquam Lyncej, uidetis omnia exercitatj quippe per totam aetatem ijs actionibus et curis, unde multorum salus et utilitas testimonio plurimorum minime dubio promanauit. Ego me semel in clientelam uestram tradidj, me et studia mea potissimum fidej beneuolentiaeque uestrae commisj, eadem mihj perpetuo mens erit, eadem, quoad uiuam, in A. et P. V., tanquam anchora sacra, spes sita erit, uos me ornandum, augendum, tuendum suscepistis. Expedite

me ergo, obsecro, hac egestate et miseria, uel potius malo hoc studijs infenso liberate. Quid superest, oro aeternum patrem, uerum et uiuum Devm, ut amplitudines uestras, unicum meum praesidium et decus ad Musarum gloriam et utilitatem, ecclesiae autem salutem diu conseruet. Amen. Valete. Dabantur Vitaebergae properanter Calendis Septembris Anno 1586.

A. et P. V. subiectissimus alumnus
Martinus Sturmius Leutschouiensis

Címzés: Amplissimis, eruditione, sapientia et iustitia praestantissimis Viris, Domino Judicj totique inclytae Reipublicae Leutschouiensis Senatuj, patronis et Mecoenatibus reuerenter colendis Leutschouia

A tanács megjegyzése: 19. Decembris Anno 1586.

69/5

85.

A wittenbergi egyetem magisztrátusa a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak

Wittenberg, 1588. július 18.

Bruno Breuer, lőcsei könyvkereskedő, az általa vásárolt könyvekért még mindig tartozik nagybátyjának, a wittenbergi Johann Rühelnek. Ezt Breuer mellékelt kézírásával is igazolja. Kérik a tanácsot, hogy a levél kézbesítőjének, Hans Stutterheimnak adják át az összeget. A tanács megjegyzésében 500 forint szerepel.

Unser freuntlich dinst zuuor ehrenuheste, erbare, wolweise, gunstige Herrenn vnnd Freunde. Welcher gestaldt ein bürger vnnd Buchfhürer bey euch, mit nhamen Bruno Brawer seinem Oheim alhier, Magister Johann Rüheln noch mit richtigen Schulden vor aussgenommene Bücher vorhaft vnd doch die angesatzte friest seinen glauben nicht gelöst, dardurch ermelter Magister Rühel nicht in geringe Scheden vnnd nachteill geraten ist. Dessen habet Ihr euch auss inligender, des Schuldigers derhalben von sich gebenen handtschrieftcopien gonstig zu erkunden. Darmit aber Cleger entlichen befridiget, vnnd hirdurch seinen gegen vorsatzten glauben lösen müge, alss bitten wier freuntlichen, Ihr wollet gerichts wegen bey dem Schuldiger, durch gebürliche vnnd schleünige hulf, die ernstliche anschaffung, vf das Solcher die vorschriebene Schuldtsummen, auch muthwillig geursachte Vnkosten, briefszeigern Hanssen Stutternheim zustellen vnnd erlegen müsse. Der gentzlichen zuuorsicht, weill dieses vnser vorbilliches Schreiben billich vnnd dem rechten gemess, Ihr werdett demselben in allem, also gonstig vnnd vnuorweigert Stadt geben. Solches gegen euch vnnd ewre studirende Bürgers Söhne alhier hinwieder freundtlichen zuuordienen seindt wier jeder Zeit willig vnnd bereit. Geben den 18. tagk Julij, Anno Christi ihm 1588ten.

Rector, Magistri vnnd Doctores
der Vniuersitet zu Wittembergk

Címzés: Den Ehrenuhesten, Erbaren, Wolweisen Bürgermeistern vnnd Rathmannen der Stadt Leützsch in Zips, vnsern günstigenn Herrenn vnnd Freunden

A tanács megjegyzése: Anno 1588. 22. Augusti wegen Bruno Braier der Schulden zu Wittenberg vber fl. 500

33/7

86.

Martin Sturm a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak*
Lőcse, 1588. szeptember 2.*

Kéri a tanácsot, hogy az Rudolf úr könyveiből adja neki kölcsön Plutarkhosz Párhuzamos életrajzok című művét, amely számára nélkülözhetetlen az iskolában, s melyet a többi kölcsönkönyvvel együtt fog visszaküldeni.

Ehrenvester, namhafter, wollweiser Herr Richter, E. N. W. weise Herrenn vnd liebe Vätter. Nebenn Wüntschung eines glückseehligenn tages ist mein vntertheniges bitten an euer N. W., ihr wollet mir aus des herr Rudlofs bücher vorleihenn Plutarchi Vitas, welche mir sehr nötig vnd in der schuelenn gar woll zue brauchenn sindt. Ich will sie nach gelegennheitt der Zeit nebenn anderen büchern, die ich vor ein iar empfangenn, vnuerfahrt vnd mit grossen, ia vnterthenigen danck wieder zuestellenn. Hiemit gott befehlenn, den 2. Septembris Anno Domini 1588.

E. N. W. vnterthenigster
Martinus Sturmius

A tanács megjegyzése: Anno 1588. Herr Martin Sturmius emfing Herrn Rudolphis buche Plutarchi Vitas

69/14

87.

Peter Schöppel a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Boroszló, 1589. április 27.

A háládatlanságot a legnagyobb bűnnek tartja. Köszönetet mond a segélyért, melyet útraindulásakor kapott, s a mostani újabb összegért is, melyet számára a tanács Martin Sturmmal küldött. Kéri, hogy továbbra is támogassák tanulmányait.

Recte sane, viri integerrimi, et adeo uere dixit pia antiquitas: in eum omnia mala dixeris, ingratum quem dixeris. Ingratitudo enim, quae non solum maximum est uitium, sed etiam detestanda abominatio, nunquam sola est, sed duo horrenda secum trahit crimina, quorum unum est iniustitia, alterum mendacium. Ingratus primum ideo dicitur iniustus, quia accepta beneficia occultat, nec illa

apud alios extollit, aut saltem commemorat. Deinde mendax dicitur, quia quotiescunque accipit beneficium, gratum se semper futurum promittit, id autem non fieri exempla, quorum plurima ubique locorum obuia sunt, demonstrant. Quia autem A. D. V. me ex patria discedentem viatico honorifico instruxerunt, praeterea et nunc per R. D. Martinum Sturmium sumptus, quibus mediocriter studijs meis succurritur, obtulerunt, gratias, quas animo concipere possum, maximas ago A. D. V., et quoad lucis huius usura frui licebit, gratitudinem animi mei ostendam. Peto praeterea A. D. V., ut quemadmodum nunc, sic et in posterum me meaque studia sibi commendata habeant. Quod super est, Deum aeternum oro, ut amplitudinibus uestris spiritu suo sancto adsit, uestra consilia regat, et ita feliciter deducat, ut et Musarum rationes, utilitates reipublicae et totius meae patriae salus promoueatur. Datae Vratisslauiae, 27. die Aprilis Anno 1589.

V. Petrus Schöppelius Leutschouiensis

Címzés: Prudentibus et circumspectis viris, Domino Judici et reliquis iuratis Ciuibus inclytae Reipublicae Leutschouiensis, patronis et Mecoenatibus suis perpetuo obseruantiae cultu honorandis
Leütschau

A tanács megjegyzése: Anno 1589, den 10. Maij von Schöppell

49/1

88.

Daniel Tophan a lőcsei tanácsnak
Lőcse, 1590*.*

Hálás a tanácsnak az eddigi jótéteményekért. A lelkipásztor leveléből értesült pártfogói kívánságáról, tudniillik hogy térjen haza, s az itteni iskolában folytassa tanulmányait, hogy így alkalmassá váljon egyetemi tanulmányok folytatására. Hazatért tehát, de létfenntartása nagy gondot jelent számára. Apja ugyanis igen szegény, mostohaanyja pedig nem szíveli őt. Ezért kénytelen az iskolában segélyt igénybe venni, ami a mostani szűkös időkben csak igen kis támogatást jelent. Ezért a tanács anyagi segítségét kéri.

Quilibet, Amplissimi atque Prudentissimi Domini, Senatores, volens hisce in terris honeste vivere, debet operam dare, ne vitio ingratitudinis arguatur, quoniam iuxta proverbium homine ingrato nihil turpius. Itaque ne et ego in eorum numero reperiar, gratias vobis amplissimis dominis quam maximas agere decrevi, quoniam referre non possum, pro beneficio in me collato.

Intellexi etiam ex literis reverendi domini nostri pastoris cupere vos integerrimos dominos, ut domum quam primum redirem, in patriaque per aliquot spacium temporis studerem, donec idoneus fierem, qui in academiam aliquam mitterer. Ad iussum itaque P. V. redij. Sed sustentationem apud patrem habere nequeo, quoniam facultates parentis mei sunt exiguae, mihique est noverca, et quidem infensa, quare in schola ex stipe vivere cogor, quae tamen hoc gravi tem-

pore exigua est. Rogo itaque integerrimos vos, meos patronos, succurrere mihi hac in parte velitis, ut me usque ad tempus promotionis meae eo commodius sustentare possem. Pater ille omnipotens pro his vestris beneficijs centuplum rependet. Amen.

Daniel Tophan Leutschoviensis
P. V. subjectissimus

Címzés: Amplissimis atque integerrimis Dominis, Senatoribus Reipublicae Leutschoviensis, patronis et moecenatibus suis summa cum observantia colendis

A tanács megjegyzése: Anno 1590. den 3. Decembris

67/2

89.

Stephanus Xylander a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1592. február 18.

A háború is nagy hasznot hozhat az államnak, bár veszélyeket is rejt magában, különösen akkor, ha kevéssé művelt hadvezérek irányítják. A tudományoknak azonban csak hasznuk lehet. Tanulmányaihoz, melyekkel egykor majd hazájának kíván szolgálni, további segítséget kér.

S. P. D. Praeclare dictum est a Platone, Amplissimi prudentissimique viri, citante Cicerone 1. libri Officiorum nos non nobis solum natos esse, sed ortus nostri partem patriam, partem parentes, partem etiam amicos sibi vendicare, atque, quae in terris gignuntur, ad usum hominum creari, homines autem hominum causa generari. Quam pulcerrimam sententiam cum imis reponerem sensibus, atque magis accurate ruminarem, statui omni cura enitendum, ut, qui honestatem propositam haberem, ortum meum non solum parentibus, sed etiam patriae, quibuscunque possim rationibus, compensarem. Dignum enim est omnem vim eo conferre, ut quorum causa suavissimam hanc aspeximus lucem, ii per nos quam diutissime ea fruantur feliciter, illudque solum, in quo nati et educati sumus, in omni habeamus reverentia. Quae omnia cum intelligerem a me praestari melius non posse, quam si studijs humanioribus imbutus, consilijs salubribus, et quicquid operae impendi posset, adjuvem hominum societatem, atque ita patriae nutrici grata reddam τρεπτήρια, prorsus apud me conclusi caepta jam ante literarum studia pro mea virili urgere, omnia ad laudem et gloriam Dei et patriae insuper etiam commodum dirigens. Quod meum propositum ut honestum et pulchrum est, ita difficile. Semper enim pulcherrima quaeque difficilia esse solent, praesertim ijs, quos fortuna tenuiores fecit, quam ut possint in exteris oris, ubi studia literarum magis vigent, suis vivere auspicijs. Ex quorum numero cum me esse agnoscam, nisi pessum ire omnia mea incepta velim, patronos me mearum Musarum quaerere oportet. At quos potissimum pro patronis et mecoenatibus eligam, nisi eos, quorum beneficio prima fundamenta artium jeci,

quorum et in patria magnam, et discedens maximam sum expertus liberalitatem. Vos itaque, Viri Amplissimi ac prudentissimi, vos, inquam, apello et oro atque obtestor, ne, cui ad currendum stimulos addidistis, in medio cursu anhelantem praesidio et sublevamine destituatis. Nam id magistratus etiam inter alia non minimum est officium studia literarum propagare atque dare operam, ut respublica quam plurimis exornata artium liberalium disciplinis luceat. Legimus in praeclarorum virorum scriptis liberationes ex periculis, bella item et eorundem constitutiones summis excoli laudibus, multo autem magis laudandas artes ingenuas et salutaria virorum sapientissimorum consilia. Nam etsi et bellum utile sit reipublicae studium, tamen interdum imo saepissime cultori suo est perniciosum, praesertim si is rudis sit in rebus et consilijs honestis. Artes vero semper sua proferunt in rempublicam emolumenta, ut rectissime inquit Cicero in encomio Solonis et Themistoclis, quorum hic bello, ille vero legibus rempublicam adjuvit. Etenim nihil unquam ea republica potest esse felicius, quam quae regitur non vanis vulgi judicijs, sed in qua ex gravissimorum virorum scriptis omnes per viros eruditos deputantur controversiae, jura item et leges stabiliuntur. Intueamur caeteris neglectis unicam tantum rempublicam Romanam, quae princeps orbis terrarum ob maximas res gestas a doctis perhibetur. Haec cum salutaribus legibus, vero nitore eloquentiae seu linguae Latinae et copia doctissimorum virorum esset florens, omnibus rebus affluebat. Quam primum autem legibus amissis barbaries faedissima in illam introduceretur, misere affligebatur, donec tandem et gloriam suam iterum amitteret. Quapropter, Amplissimi prudentissimique Viri, cum meum etiam propositum sit omnes meas vigilias perpetuo studijs humanioribus dicare, ut ijs aliquando bene excultus ecclesiae vel reipublicae possim esse emolumento, vos oro etiam atque etiam, ut me in hac mea afflicta fortuna, varijs pressum difficultatibus et patrocinio bonorum indigentem solita vestra benignitate et auxilio sublevetis. Ego operam dabo, ut utiliter et ad usum studiorum meorum omnia collocem, ne aliquando de magna impensa aut etiam de mea negligentia jure conqueri possitis.

Quod superest, Deum aeternum, a quo uno, quae vere bona sunt, emanant omnia, toto pectore etiam atque etiam precor, ut V. rempublicam omni re florentem atque honoratam, adeoque vos universos ac singulos in hac fatali temporum difficultate ad sui nominis gloriam et ecclesiae scholaeque commoda et incrementa clementer regere et conservare dignetur. Datae Wittebergae 7. Idus Februarij secundum incorrectas ephemerides Anno redemptionis nostrae 1592.

Amplitudinibus V. deditissimus
Stephanus Xylander Leütschoviensis

Címzés: Amplissimis et clarissimis Viris, genere, dignitate, eruditione et prudentia praestantissimis, Domino Judici coeterisque Senatoribus inclytae Reipublicae Leutschoviensis in Scepusio, Dominis et patronis suis omni observantia colendis
Leutschoviam

A tanács megjegyzése: Anno 1592. die 6. Aprilis

55/5

90.

Peter Schöppel a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Bécs, 1592. március 13.

Dicséri a tanács mecénástevékenységét, melyet a városi polgárok fiai élveznek elsősorban. Már régebben megígérték neki, hogy ha egyetemi tanulmányok folytatására alkalma nyílik, őt is támogatni fogják. Kéri tehát, hogy tanulmányi célokra biztosítsanak számára ösztöndíjat. Hogy viselt dolgaival kapcsolatban semmiféle gyanú se merülhessen fel, elküldi Rudolf császár könyvtárosának, Hugo Blotiusnak számára kiállított igazolását. Eddig az egyetemi tanulmányok megkezdésének lehetőségére várva Blotius mellett dolgozott a császári könyvtár katalógusának összeállításán. A könyvtár több, mint 9000 könyvet tartalmaz. Tantaloszhoz hasonlítja magát, mivel a sok munka miatt nincs lehetősége olvasni. Most alkalma nyílt arra, hogy elkezdje egyetemi tanulmányait. A folyósítandó ösztöndíjért háláját az egyháznak, az iskolának, vagy magának a városnak is bármikor kész lenne leróni. A városnak ez nem jelentene megterhelést, mivel az egyház bír saját jövedelemmel, s így nem éri károsodás, ha a tanács szegény diákok megsegítésére is ad anyagi támogatást.

Salutem a Deo Patre per unicum Emanuelem nostrum etc.

Dulcissime apud prophetam Esaiam consolatur Devs ecclesiam suam paupertate et fame periclitantem: Reges erunt nutritores tui, et reginae nutrices, atque puluerem pedum tuorum lingent. Affirmat enim semper futuros esse quosdam pios ecclesiarum et scholarum gubernatores atque patronos.

Ex quorum numero amplissimum patriae meae senatum esse et alij passim praedicant, et ipse intelligo, imo vero hoc ipsum praeclara huius beneficentiae in docentes et discentes exempla testantur abunde. Quare dulcissimae patriae meae, ecclesiae, scholae atque adeo mihi ipsi gratulor, quod viros non tantum praestantis virtutis, magnae eloquentiae atque insignis sapientiae gloria clarissimos, sed etiam verae pietatis ζέλῳ <!> maxime enitentes nacti simus gubernatores. Singularis humanitas et in omnes beneficentia, quae omnium sermonibus praedicatur, eximia, honestus quoque et pius animus amplitudinem vestram semper impulit, ut omni contentione curarent, quae et Deo grata, et ecclesiae, scholae atque reipublicae salutaria sint.

Hinc factum est, ut multi scholastici, praesertim vero ciuium nostrorum filij, proprijs sumptibus, quos in studia sua impenderent, destituti, vobis patronis et mecoenatibus litterarum castra fideliter secuti, in viros egregios euaserint, qui iam ecclesiae, scholae et reipublicae utiliter seruire possunt.

Hisce honesti consilij vestri rationibus et benignitatis exemplis quam plurimis ego quoque permotus animum tenuitate fortunae meae deiectum antea et labascentem erigere, atque meipsum ad audendum excitare sum ausus, atque in hac mea nouercante fortuna ad implorandam in re honestissima vestram opem confugerem, et animo venerabundo submisse peterem, ut (quando animus mihi intus mirifico discendi studio exardescit, sed ne ingenium volitet, paupertas de-

primit ipsum) vestro subsidio me bonis disciplinis totum consecrare possim. Huius adminiculi vestra benignitate tandem consequendi spes mihi pene firma ante annos aliquot iniecta est. Vtinam autem nunc illum mihi diem effulgere Devs faciat, qui me voti compotem et tam praeclari beneficij a vestra benignitate accipiendj participem faciat, ut nempe in aliqua academia vobis non suspecta studia mea continuare possem. Magna quidem peto, fateor, et ne videar impudens, vereor, et ut dicam, quod res est, deterret me pudor ingenuus, qui tamen ornamentum juuenum praecipuum haberi solet, ut ita audacter rem tantam a vobis petam, sed vincit necessitas, vincit paupertas, vincit rerum omnium inopia, vincit denique ingens bonarum artium amor et discendi cupiditas. Non videtur autem hic necesse pluribus verborum ambagibus vobis, viri amplissimj, hanc pietatem in me vestrae opis egentem, benigne exercendam persuadere conari. Cum enim ipsi sitis viri prudentissimi, omnes piorum huiusmodi operum circumstantias optime peruidetis atque intelligitis, scitisque citra priuatae vestrae rej iacturam mihi subueniri posse. Si compotem me voti feceritis, Devm contestor et homines, me eximie gratum beneficijque perpetuo memorem futurum, nec hoc solum, verum etiam me omnibus animj et corporis mei viribus sedulo elaboraturum, ne me ecclesiae scholaeque vestrae, aut vobis ipsis indecorem umquam deprehendatis.

Et ne de vita mea ante exacta forsan dubitetis, testimonium domini doctoris Hugonis Blotij augustae caesaris Rudolphi bibliothecae praefecti mihi conscriptum ad vos mitto legendum. Huic enim in concinnanda bibliotheca imperatoria, et in indicibus librorum (quorum sunt ultra 9000) conscribendis tamdiu operam addixi meam, donec mihi Devs alicunde prouinciam studijs meis magis idoneam ostenderet. Nam dum in hac bibliotheca versor, alter videor Tantalus, qui in medijs undis sitit, et in magna fructuum abundantia esurit. Nam et ego hic in abundanti versor librorum copia, sed superficietenus tantum ijs uti licet, illos enucleandi et succum atque sanguinem ipsorum, quod dicitur, hauriendi tempus non conceditur, quod fere omne tantum scribendo consumitur. Quo maius vestrum erit beneficium, si eo adiutus eo emersero, ut ecclesiae vel scholae in patria mea dulcissima insigni doctrina cumulatus magno cum fructu seruire potuero. Poterunt me autem A. D. V. facilius iuuare, cum ecclesia suos reditus habeat, et aerarium publicum sine detrimento reipublicae tale stipendium in pauperem scholasticum conferre possit. Ego rursum hanc vestram pietatem, virtutem et beneficentiam apud omnes bonos praedicabo. Etsi autem multi sint, qui aliorum beneficentia abutuntur, et eiusmodi sumptus in litterarum studia impendendos foedissime abliguriunt, ego tamen operam dabo, ut, quod in me conferetur beneficium, rectissime collocetur, et mea in studijs diligentia patronorum beneficentiae, voluntati exspectationique respondeat. Quapropter cum vestra in omnes benignitas mihi perspecta sit, cum rerum inopia me premat, cum Dei voluntas, ut magistratus foueant pauperes scholasticos, cum vestra beneficentia ecclesiae et scholis aliquando sit profutura, cum denique me absque reipublicae detrimento iuuare possitis, etiam atque etiam ab amplitudine vestra peto, ut pro vestra humanitate, animo denique, quem erga litteratos geritis paterno, mihi tali auxilio succurratis. Oro filium Dei, ut amplitudinem vestram quam diutissime in-


columem conseruet. Bene et feliciter valete, viri pij, viri prudentissimj. Dabantur Viennae, in aedibus Blotianis 13. Martij Anno supra sesquimillesimum nonagesimo secundo.

Amplitudinis vestrae subiectissimus
Petrus Schöppelius mp.

Címzés: Amplissimis, prudentissimis et omni virtutum laude cumulatissimis viris. Domino Judicj et Dominis Senatoribus, laudatissimae Leutschouiensis Reipublicae etc., Dominis et patronis meis omni obseruantiae et obedientiae studio colendis

A tanács megjegyzése: Anno 1592. 1. Aprilis

49/2



A bécsi császári könyvtár rendezéséről szóló sorok P. Schöppel leveléből.

91.

Samuel Spielenberger kötelezvénye
Lőcse, 1592. április 10.

Kérésére a tanács támogatja tanulmányait, s megkapta első ösztöndíját is. Cserébe a város famulusának tekinti magát, s mindig annak hasznát tartja szem előtt. Arra az esetre, ha ígéretének megfelelni nem tudna, visszafizetési kötelezettséget vállal.

Ego Samuel Spillenburch Leuschouiensis fateor et recognosco ore simul et chirographo meo, quod prudentes et circumspectj dominj, judex et jurati cives ciuitatis praedictae Leuschouiensis patrio plane pectore se ad humilem meam petitionem mihi obtulerunt patronos, atque hodie pro studijs meis promouendis primo me stipendio instruxerunt. Etsi autem optimo maximo, a quo nobis proueniunt omnia, inprimis acceptum refero hoc beneficium, ipsis tamen praefatis dominis, patronis et benefactoris meis post Devm me debere perpetuam pro illorum liberalitate gratitudinem libenter agnosco, et simul recipio. Et promitto sancte me uelle enitj et contendere strenue et diligenter in eo, quod ipsis gratum patriaeque conducibile, quod honori et dignitatj conueniens esse cognoscam. Denique studia mea, atque adeo uitam meam totam ipsis et ciuitatj dedico et consecro.

Casu autem, quo fortasse haec omnia pie inuiolateque seruare non uellem quouis modo, tenear de facto ad expensarum in me, ut praemittitur, factarum refusionem. In horum fidem hoc manuscriptum meum proprio meo sigillo roboraui Leuschowiae 10. die mensis Aprilis Anno epochae Christianae nonagesimo secundo supra sesquimillesimum.

Idem, qui supra

Kívül: Obligatio Samuelis Spillenburch Leuschouianj
Más kézzel: Anno 1592 mense Aprili. Deus ipsi adsit sua gloria

39/4

92.

Stephanus Xylander a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lipcse, 1592. április 22.

Köszöni a tanács eddigi segítségét, s egyúttal további támogatást kér. A kapott pénz felét ugyanis már elköltötte könyvekre és élelemre. Eleget tesz kérésüknek, ír az egyetemen történt újabb fejleményekről, az új professzorok hitbeli meggyőződéséről: Urban Pierius helyébe Aegidius Hunnius lép, akit húsvét tájára vártak Wittenbergbe. De mivel Frigyes Vilmos szász fejedelem anyja a tervezettnél tovább tartózkodik Weimarban, csak mostanában fog megérkezni. Jónéhány tudóst fog magával hozni, akiket a fejedelem hívott meg az elbocsátott professzorok helyébe. Vallásos meggyőződésükről még nem tud nyilatkozni. Petrus Calaminus, a vártemplom volt lelkésze helyébe Andreas Jodocus került, aki az ágostai hitvallás

manapság sokat vitatott részeit kívánja magyarázni, Henricus Majus pedig a próféták könyveiről tart előadásokat. A nyilvános és magánórákat tartó többi professzorok, ez utóbbiakhoz maga is gyakran jár, folytatják munkájukat, már akiket nem találtak valami eretnekség követőjének. A régiek helyére már megjöttek az új professzorok. Megérkezése után Hunnius fogja majd kijelölni, hogy ki milyen előadást tartson. Ő ebben az időben valószínűleg távol lesz. A kavarodás egyébként óriási. Az ellenpárt, melyet rémít a törvény szigora, hallgat. Csupán Georgius Mylius vezetésével folynak rendben a dolgok.

S. P. D. Quo magis ingenij mei tenuitatem et beneficij vestri magnitudinem, Amplissimi ac prudentissimi Viri, considero, eo minus, quibus potissimum verbis tam benignae vestrae facilitati gratias agam, invenio. Etenim tentanti mihi gratitudinem animi quibuscunque rationibus exponere subito sese tam multa offerunt, ut, quid prius praedicem, quid extollam, pro quo priore loco gratias agam, prorsus dubitem. Nam praeterquam quod in exteris locis vestra munificentia commodius mihi degere licet studia literarum etiam et pietatis magna cum commoditate, majori cum voluptate, maximo cum emolumento tractandi, jam tandem campus apertus est latissimus. Quo sane, quid mihi unquam optatius esse potuit, cum hac ratione et mentem dulcissimis excolendo artibus a brutis me vindicare, et Christianae pietatis doctrinam melius discere, tenacius complecti, firmissime defendere, tum etiam patriae nutriculae grata reddere θρεπτήρια aliquando potero. Quibus omnibus aut prorsus carendum erat, aut recte minus feliciter fruendum, nisi vestra me in hoc felicitatis culmine collocasset benignitas. Itaque, quicquid in hoc celeberrimo studiorum emporio ingenio meo accesserit, cui id, nisi Dei clementiae inprimis, deinde vero vestrae benignitati, atque paternis vestris affectibus acceptum referre potero? O, felicem me atque iterum felicem, cui talis contigit patria, qua, ut aliquando ab alumno suo speret gratiam, nunquam eum suis destitui patitur auxilijs, cui tales contigerunt patroni, qui, ut filium dignum patribus reddant, nunquam ab eo paternum amoris deflectunt affectum. Quod ergo, Amplissimi ac prudentissimi Viri, tantis me cumulastis beneficijs, immortales vobis ago gratias, agamque, donec aliqua in hoc corpusculo spiritus remanebunt vestigia.

Etsi autem nullius unquam animus sat dignas pro his vestris in me meritis concipere possit gratias, nedum summa eloqui facundia, tamen cum extra vires sit meas facto gratum declarare animum, voluntatem gratissimam, quam his conatus sum exprimere literis, benigne et humaniter suscipietis. Interim tamen, Amplissimi ac prudentissimi Viri, Domini et patroni colendi, memores eritis meae nunc inopiae, quae quamvis videatur per subsidium vestrum aliqua ex parte sublata esse, nondum tamen illa vaco, cum dimidiam pene partem pecuniae debuerim pro libris et cibo, sine quibus nostra incepta plane languescunt. Oro itaque iterum atque iterum V. A., ut me beneficio illo, quo alumnos vestros in academijs versantes afficitis, non excludatis, sed memores remunerationis divinae illud in me brevi conferatis, ut nihil sit, quod florem juventutis meae, adeoque et cursum meorum studiorum sistere et impedire possit. Ego summis enitar viribus, ut nec vos dati, nec me accepti poeniteat beneficij, sed ut liberalitatem vestram in bonos convertendo usus aliquando vera pietatis doctrina atque ingenuis redeam

onustus literis, omneque tandem ingenium, omnes conatus meos dulcissimae dicem consecremque patriae.

Quod vero de statu academiae nostrae vultis certiores reddi a me, quis nimirum ille, et qualis sit, quinam item doctores pro prioribus sint vocati, et qua ijdem forma in profitendo utantur, illud paucissimis expediam. Doctor Aegidius Hunnius in locum Pierij est substitutus, qui in ipso festo paschatis Wittebergae expectabatur, sed fato quodam accidit, ut mater illustrissimi ducis Saxoniae Friderici Gvilielmi Winariae moreretur, ubi contra spem et fortunam suam paulo diutius commorari cogitur. Sed jam jam et certo ad nos venturus est, secumque quosdam doctissimos viros adducturus, qui passim a principe convocantur in eiectorum loca, quo academia nostra doctis iterum viris ornata suam pristinam gloriam et dignitatem consequatur. Itaque de forma, qua usuri sunt in profitendo, nihil certi scribere possum.

In locum doctoris Calamini concionatoris in templo arcis constitutus est doctor Andreas Jodocus, qui confessionem Augustanam, praesertim vero articulos illos, de quibus nunc maxime et praecipue controvertitur, pertexere cupit, sicut et doctor Henricus Majus lectionem prophetarum.

Nihilominus tamen reliqui professores tam publici, quam privati, quorum posteriorum institutione et opera ego praecipue utor, strenue pergunt, et in legendo non cessant, praesertim vero ij, qui nullius haereseos sectatores sunt inventi. In eorum autem, qui eiecti sunt, loca jam alij adsunt, qui, cum doctor Hunnius advenerit (puto autem ipsum in absentia mea advenisse), prout cuique imposuerit, sunt auspice Christo novas proposituri lectiones.

Atque haec sunt praecipue, quae A. V. scire volui. Nam si vel minimarum saltem turbarum, quae nunc passim vigent, minimam tantum vellem perstringere partem, epistola in infinitum excurreret, et vestrarum amplitudinum aures plus offenderet, quam delectaret, cum vana pleraque sint, sicut et id, quod ad aures amplitudinum V. pervenit, misceri nimirum omnia hic. Nemo certe ex adversarijs mutire audet, utuntur enim summa rigidate juris, ubi aliquis deprehenditur. Sed omnia recte aguntur duce domino doctore Georgio Mylio. Quae tamen desiderari animadvertero, illa imposterum, ubi omnia ordine constituta fuerint, latius persequar. Interim me solita vestra benevolentia et favore complectemini. Bene et feliciter valete. Data Lipsiae 22. Aprilis Anno 1592, quem Deus V. A. felicem, salutarem et secundum esse velit, oro.

V. A. subjectissimus civis et alumnus
Stephanus Xylander Leutschoviensis

Címzés: Amplissimis et Clarissimis Viris, genere, dignitate, eruditione et prudentia praestantissimis, Domino Judici caeterisque senatoribus inclytae reipublicae Leutschoviensis in Scepusio, Dominis et patronis suis colendis
Leutshoviam

A tanács megjegyzése: Anno 1592. die 22 Maij

55/1

93.

Samuel Spielenberger a lőcsei tanácsnak
Görlitz, 1592. május 18.

Még a lőcsei lelkipásztort is meglepte, amikor ösztöndíjat kért számára a tanácsházán, hogy ügyét milyen bőkezűen támogatták. A tanács már apja iránt is kinyilvánította jóakaratát. Mivel Laurentius Ludovicus paralízises betegségbe esett, a tanítással kénytelen végleg felhagyni. Ha ezt korábban megtudta volna, nem jön ide tanulni. Sok görlitzi diák (amint jónéhány lipcsei is) Wittenbergbe megy, hogy Hunnius doktort hallgassa. Ha a tanács beleegyezne, ő is inkább ott folytatná tanulmányait.

S. P. D. Gratus eram, gratus sum quoque, gratus ero. Cum maximum illum diem, Viri amplissimi ac Patróni obseruandissimi, intueor, in quo mihi a uobis tantum erga me amoris atque amicitiae signum declaratum est, ut parietes mediusfidius uestrae curiae in dando beneficio gratias etiam agere gestirent. Nescio, quibus rationibus tantam mansuetudinem uestram, tantam clementiam, tam denique incredibilem sapientiam ac pene diuinam, non dicam exornare, sed enarrare possum. Etenim cum dominus pastor Leuschouiensis mea causa in curia laborans stipendium, quod plerisque literarum studiosis exhiberi solet, sitienter expeteret, plus a uobis impetrauit, quam ausus fuisset unquam meo nomine exoptare. Quod quidem quanta me laeticia uoluptateque affecerit, hisce explicare literis satis nequeo. Sed tamen uel beneficium hoc uestrum, uel cujuscunque tandem instituti mei approbationem omnibus omnium laudibus antepono. Illud uero gratum cumprimis jucundumque extitit, quod dum ea mihi tribuitis, quae si agnoscerem, me profecto ipsum nosse non uiderer, quanto me contemplamini amore, haud obscure indicastis. Ah, utinam pro haec summa in me exhibita beneuolentia summas quoque gratias, ut merito deberem, agere possem. Sed, etiam si summis uiribus id facere contendam, tamen nihil quicquam hujusmodi apud me reperio. Quamobrem, Viri clarissimi, cum gratias agere mea me nunc non sinit tenuitas, multo minus referre, operam dabo sedulo, enitar, perficiam denique, ut memoriam apud me ingrati animi non defuisse intelligatis. Meum itaque erit, quod referre nequeo, perpetuo meminisse. Non hoc unum duntaxat est, quod sane maximum est, sed tot tanquam jam uestra (licet non in me solum, tamen in parentem meum satis alioquin desertum, caeterosque amicos quamplurimos) extant promerita, ut uix illa praecensere numerando, nedum remuneratione explere aliqua possimus. Nisi forte, quae uestra est humanitas, retulisse nos gratiam existimauerit, si memoria ea tenuerimus. Equidem, Patroni fidissimi, quantum in me est, tantas uobis nunc ago gratias, quantas possum maximas, agamque quoad mihi continget inter σῖτον ἔδοντος <!> annumerari.

De statu scholae Gorlicensis multa quidem essent dicenda, uerum breuitate temporis utens in pauca multa referam. Haud obscurum est illud: Capite laborante languent membra. Quapropter ut olim schola Gorlicensis Musis et fama satis erat conspicua, ita nunc deficiente ludirectore Ludouico, cujus duntaxat sub nomine gymnasium illud adeo crescebat, et erat frequens, nullius jam existimationis esse putatur. Quod si ego ante sciuissem, profecto eum in locum me nun-

quam contulissem. Etsi enim ludimagister ille Dei gratia nondum reliquit superos, tamen lethifera paralysi ictus rarissime in scholam ferri curatur. Quidam etiam referunt eum jam omnino Musis ualedicturum dixisse. Studiosi itaque plerique non tantum Gorlicenses, sed etiam academiae Lipsensis audientes doctorem Hunnium Witebergam uenisse, ibidemque reformationem futuram esse, cateruatim se Witebergam conferent. Quod et ego facerem, nisi consilium et uoluntatem uestram expectarem, sine qua nihil unquam mihi statuendum aut incipiendum esse duxi, idemque stipulata manu uobis, Patroni fidissimi, publice promisi. Accepi enim munus uestrum re quidem magnificum, sed uobis autoribus longe mihi tum preciosissimum, tum jucundissimum. Recte igitur a Nasone scriptum est sic:

Acceptissima semper
Munera sunt, autor quae preciosa facit.

Quo quidem quid me uobis deuinctum esse fatear, cum sim jam olim deuinctissimus? Totus in aere uestro sum, arctioribus uinculis me uobis astringere non potestis. Quod referam uel isto munere, uel potius uestro in me animo, qui mihi munere ipso longe est suauior, dignum nihil habeo, nisi meipsum, quam, si alicujus esse precij putatis, totum peculio uestro adscribitote. Et haec ita breuiter signifacere uolens uos, Patroni fidissimi, Deo optimo maximo commendatos cupio. Datae Gorlicij Anno epochae Christianae MDXCII. die 18. Maij juxta nouos fastos.

Deuinctissimus uester Samuel Spillenburch
Leuschouianus Scepusiensis

Címzés: Amplissimo, multoque rerum usu excellentissimo Senatui Leuschouiensi, amicis ac Patronis suis summe uenerandis
Gorlicio Leuschouiam

A tanács megjegyzése: 1592. 9. Junij

56/1

94.

Stephanus Xylander a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1592. július 4.

Lassan egy éve már, hogy Frankfurt am Mainból Wittenbergbe jött tanulmányainak folytatása céljából. Ez alatt az idő alatt sem szüleitől, sem barátaitól, egyedül a tanácstól kapott csak pénzt. Jelenleg akkora szükséget szenved, hogy – bár nemrég kért pártfogóitól további segítséget – most ismét kénytelen segélyt kérni.

S. P. D. Grave est homini prudenti atque verecundo, Amplissimi prudentissimique Viri, petere aliquid ab ijs, quos antea erga se bene meritos esse novit, ne id, quod crebro petit, suo quodam jure postulare, non rogare, inque mercedis potius, quam beneficij loco habere judicetur. Quia tamen saepenumero contingit, ut etiam inviti aliorum opem implorare cogamur, necessitate, quae ferrum metallum rigidissimum frangere dicitur, cogente non puto quenquam futurum, qui ea in parte insaniae nos insimulaturus sit. Praesertim vero si propter eas artes id fit, quae communi hominum societati necessariae sunt, et sine quibus frustra aliquid magni tentare conamur. A qua sane necessitate me etiam non plane liberum esse agnosco. Jam enim annus ferme erit, ex quo me in hoc religionis et fidei Christianae domicilium, sapientiae sedem, studiorum officinam, linguarum literarumque cum divinarum, tum humanarum emporium, omnis denique pietatis, virtutis et honestatis templum sanctissimum Francofurdio contuli ad uberiorem ingenioli mei eruditionem comparandam, et tamen nullos, neque a parentibus neque amicis, praeter illos, qui ex V. A. benevolentia atque liberalitate nuper in me collati sunt, sumtus accepi. Pro quibus V. A. gratias ago toto corde, agamque, donec mihi huius lucis usura frui contigerit.

Caeterum constat omnibus neminem unquam tam tenacem felicemque fuisse studiosum, qui sine omni impensa in academiis potuerit vivere. Vnde facile colligitur, quantas ego aerumnas, quantas difficultates praeterito tempore sustinuerim tantummodo propter carissimam patriam, cui me aliquando emolumento futurum certo confido. Quanquam vero non ita pridem ad A. V. beneficentiam appellaverim, ut, si fieri potest, sique beneficio aliquo me dignum judicastis, ex hac summa angustia liberalitate vestra me eripiatis, tamen adhuc non desisto petere, cum audiverim A. V. esse promtissimas ad suppeditandos sumptus, qui ad continuenda studia necessario requiruntur. Quod sane meum factum an reprehensionem ullam mereatur, vos judicate, cum statu academiae optimo constituto jam studia pleno cursu aggredi tandem proposuerim. Quapropter, Amplissimi prudentissimique Viri, Patroni omni observantia colendi, etsi ingenij mei pudor talis est, ut semper a viris omnium optimis patrocinium rogare erubescat, tamen, cum eo in loco sint res meae positae, ut, nisi ad vos tanquam ad patronos benignissimos confugiam, me studiorum meorum jacturam facere necesse sit, oro atque obtestor vos, ut pro vestra solita benevolentia atque humanitate, qua omnes liberalium artium studiosos hactenus complexi estis, me etiam omni alioquin orbum auxilio complectamini, et occasione prima thesauros benevolentiae vestrae uberiores mihi ostendatis, quod si factum fuerit, operam dabo, ne beneficij alicuius in me collati unquam vos poeniteat, sed ut vestrorum erga me meritorum fructum aliquando uberrimum percipiatis. Valete. Witebergae 4to Nonarum Quintilis Anno ab orbe redempto supra millesimum quingentesimo nonagesimo secundo.

V. A. subjectissimus civis et alumnus,
Stephanus Xylander Leutschoviensis

Címzés: Amplissimis et Clarissimis Viris, genere, dignitate, eruditione et prudentia praestantissimis, Domino Judici caeterisque Senatoribus inclytae reipublicae Leutschoviensis, Dominis ac Patronis suis summa observantia colendis
Leutschoviam

A tanács megjegyzése: Anno 1592. 14. Augusti

55/3

95.

Johann Breuer a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1592. július 6.

Dicséri a tanács mecénástevékenységét. Már majdnem négy éve elhagyta hazáját, hogy a wittenbergi egyetemen folytassa tanulmányait. Erre szülei ösztönözték, de anyagilag csak kevéssé tudják támogatni, hisz testvérei neveltetéséről is gondoskodniuk kell. Ezért elhatározta, hogy a tanács segítségét kéri.

Ἓηιαίνειν καὶ ευπρὰττειν.

Amplissimi ac prudentissimi viri, fautores ac promotores plurimum colendi et observandi, ut apud Platonem Socrates inquit: *ἐν μυρίᾳ πενίᾳ εἰμὶ δια τὴν τοῦ θεοῦ λατρείαν*, ita omnibus pijs, studiosis praesertim adolescentibus familiare onus est paupertas, quam sapienti et paterno consilio Deus optimus maximus imponit, ut auxilij divini invocationem, veram pietatem, diligentiam in optimarum artium studijs et omnibus insuper laboribus vocationis fideliter obeundis, modestiam, sobrietatem, pudorem et alias virtutes in nobis exuscitet, augeat, confirmet et tueatur, quae studiosis adolescentibus assiduus velut *ἐρποδιώκτες* contingit, diligentiam et assiduitatem in discendo hinc inde excitans, ut eruditione, doctrina atque adeo vitae modestia provecti ingratam hanc et molestissimam hospitem *πενίαν* effugiant, utque maiori cum alacritate felicitateque cursum studiorum persequi valeant. Aeternus Deus omnibus et singulis severissime praecipit, ut opera, consilio et quibuscunque possunt modis tenuioribus opem ferant, et egentium inopiam sublevent, praemia vicissim promittens non tam in hac caduca et mortali, quam in altera illa aeterna coelestique vita omnium amplissima, dum beatos eos praedicat: Beatus, qui intelligit super egenum, in die mala liberabit eum Dominus. Et: Beati misericordes, quia vicissim misericordia erga eos exercebitur. Haec quoties apud animum perpendo, toties praeclaram ac laude dignissimam amplissimi ac prudentissimi senatus pietatem atque liberalitatem in fovenda ac tuenda ecclesia Jesu Christi, inque provehendis conatibus eorum, qui sese pietatis culturae optimarumque artium studijs consecrarunt, singulis pene momentis mihi ante oculos ponere soleo. Aeternis itaque laudibus dignissimus est amplissimus ac prudentissimus senatus, qui in iuvandis studiosis adolescentibus, eorundemque honestissimis conatibus promovendis praebet sese quam promtissimum ac paratissimum, cuius subsidio non pauci ad dignitates, honores et id genus, alia exequenda officia sunt evecti.

Quamobrem iam et ego per quadriennium ferme a patria abfuerim, et bonarum artium studia non tam paterna, quam aliorum hominum benevolentia ac liberalitate coluerim, in celeberrimam ac laudatissimam academiam Vitebergensem suasu ac hortatu parentum meorum, qui studijs meis optime consultum cupiunt, uberioris ingenij cultus consequendi gratia me recepi, ubi per totum annum studijs humanioribus paternis sumtibus, quam durum est sibi in suo paupertatis statu, visum est, incubui. At vero, quia res est angusta domi, ac sumtibus destituor, mihique parentibus meis praeter bonam voluntatem parum est sperandum, quippe cui in reliquorum liberorum educatione onus incumbit per se satis arduum, ad amplitudinem atque prudentiam V., tanquam ad sacram ancoram, vel numen propitium confugiendum duxi petens, ut amplitudo atque prudentia V. sua bonitate ac liberalitate plus quam paterna ad continuandum studiorum meorum cursum mihi hoc tempore succurrere non gravetur, ne ante tempus optima ac nobilissima studia relinquere cogar.

Quod ad me attinet, omnes nervos ac vires omnesque ingenij conatus in bonarum artium studia conferam atque convertem, et omnia mihi favenda, omnes adhibendas machinas nihilque intentatum relinquendum esse putabo, donec praestantissima ac nobilissima artium scientia, quasi armis quibusdam firmissimis instructus uberrimum fructum inde percipiam. Qua in re si amplitudo atque prudentia V., utpote in cuius benevolentia plus quam paterna spem repono maximam, mihi gratificata fuerit, amplitudini atque prudentiae V. vicissim pro tanto beneficio mihi omnium maximo Devm optimum maximum coelestia munera commissurum esse certo certius est, quem assiduis gemitibus, nec non votis ardentibus precor, ut amplitudo atque prudentia V. sub alarum suarum umbra clementissime respiciat, protegat, sustentet, foveat, roboret ac custodiat, vitamque cum prosperrimo rerum omnium successu in tam multis huius seculi difficultatibus, varijsque periculorum fluctibus sibi proroget longissimam, regatque cum ad sui divini nominis gloriam, tum ad eiusdem amplitudinis atque prudentiae V. salutem. Bene feliciterque valeat amplitudo atque prudentia V. in Christo, mei amor, et, quod semel pie facere coepit, id semper strenue auxiliante gratia divina facere pergat, utque possit, donet amplitudinem atque prudentiam V. de coelo Devs optimus maximus, fons bonorum omnium, iuvet pios vestros labores, regat et consoletur. Vitebergae pridie Nonarum Julij Anno τῆς τοῦ Ιησοῦ Χριστοῦ ἀποχῆς <!> supra sesquimillesimum nonagesimo secundo.

Amplitudinem atque prudentiam V.
summa cum reverentia et obedientia
colens Johannes Brewer Lewtschoviensis

Címzés: Amplissimo Viro, eximiae pietatis, prudentiae, doctrinae omnisque virtutis laudis praestantissimo, Domino Judici totique inclito Senatui Lewtschoviensis <!>, patriae patribus, Dominis, patronis ac Moecenatibus vnice colendis ac observandis

A tanács megjegyzése: 14. Augusti Anno 1592.

57/1

96.

Anton Platner a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1592. augusztus**

Paul Kramertől megkapta Xylander levelét, melyben ez arról értesíti, hogy az ösztöndíjat ugyanezen levélvivőtől megkapta. Mivel azonban ebből a pénzből sokáig nem tudja magát eltartani, arra kéri Platnert, járjon közben az érdekében a tanácsnál, hogy az éves ösztöndíjból még hátralevő összeget küldjék el számára. Platner ezidáig ennek a kérésnek nem tett eleget, most viszont kedvező alkalom nyílik erre Engelhardt úr Boroszlóba történő utazásával. Boroszlóból már könnyen eljuttatható Wittenbergbe az ösztöndíj.

Ersame, namhaftige, weise vnd grosgunstige Herren. Es hatt mir ewer E. N. W. stipendiat, Stephanus Holtzman am nechsten durch den Herrn Paul Kramer geschrieben, das er die Zehrung, so ihm ewer E. N. W. durch denselben geschickt, midt freuden vnd grossem danck empfangen hat. Dieweil aber E. N. W. vnd ich wol wisseten, das er sich midt demselben nicht lang würde können aufhalten, so badt er, ich wolte bey einer E. N. W. midt vorbitt anhalten, damitt ihm das vbrige, so viel ihm ewer E. N. W. ad annuos sumptus <...> haben, auch zeittlich möge geschickt werden, habe es aber bissdaher lassen anstehen. Gestern aber hab ich wiederum sein schreiben eiusdem argumentj empfangen, vnd sein vatter helt auch an, dieweil Herr Engelart diese tage nach Bresla reissen wirt, damitt solchs durch ihn geschehe. Gelanget derhalben meine freuntliche bitte in sein vnd seines vatters namen, wo ihm ewer E. N. W. ettwas schicken wollen vnd können, sie wollen diese gelegenheitt brauchen, denn von Bresla könne das gelt gar leicht vnd midt gutter gelegenheitt gen Wittemberg midt der Bressler botten gedschickt werden. Der allmechtige Gott wolle alle woltadten, so sie armen gesellen erzeigen, reichlich vergelten vnd den gemeinen nutz allzeitt mehren, das wir zu gemeiner nodt vnd Ehre ymmerzu gnug haben, wuntsche hieneben auch ewer E. N. W. von Gott, dem Herrn einen gluckseligen gutten tag.

Ewer E. N. W. vntertheniger
A. Platner Pfarrherr

Címzés: An die Ersame, Namhaftige, weise Herren Richter vnd Rathverwandten
A tanács megjegyzése: Anno 1592. den 14. Augusti

46/7

97.

Stephanus Xylander a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1592. október 20.

Néhány napja megkapta az ösztöndíjat. Leveléhez, eleget téve pártfogói óhajának, mellékeli a szokásos formula szerint megírt kötelezvényt, melyben magát a tanács famulusának ismeri el.

S. P. P. Vehementer mihi arridere videtur dictum illud, quod Sophocles quodam in loco de Tecmessa recenset, virum decet conservare memoriam accepti beneficij, gratia enim, inquit, parit gratiam, cui autem obrepit oblivio accepti beneficij, ille generosis hominibus non est annumerandus. Quo sane dicto, Amplissimi prudentissimique Viri, Patres debita semper reverentia colendi, sapiens ille ethnicus conditionem generis humani et suo et hoc nostro tempore vulgarem eleganter expressit. Quotus enim hominum nunc reperitur, qui gratitudinem gratitudine recompenset? Certe ne decimus quidem. Ac si mores et pectora hominum poenitus introspiciamus, non nisi summam ingratitudinem sub ipsis latere reperiemus. Ideo non immerito genus hoc vicij secundum opinionem illius ex societate humana est explodendum, gratitudo vero loco illius excolenda, cum post pietatem ipse rerum autor, Deus, omnes ad eam infatigabili studio contendere jubeat.

In eo autem mihi inprimis elaborandum erit, Amplissimi prudentissimique viri, ut de gratia vobis referenda non parum contendisse dicar, cum tam egregiam in me vestram voluntatem, tamque praeclarum de studijs meis judicium facto tandem ipso sim expertus. Praeteritis enim diebus misso honestissimo liberalissimoque stipendio me nec ingenio, nec doctrina magna instructum in alumnum vestrum unanimiter cooptastis. Quod sicut praeter spem et expectationem meam accidit, sic etiam ad agnoscendam tantam liberalium virorum voluntatem promtissimam me non reluctantem impellit. Etsi autem Deo inprimis id acceptum referre debeo, quod me inutile vas ad hoc beneficium eligendo tandem voti compotem reddiderit, tamen et vobis, Amplissimi prudentissimique Viri, gratias, quas possum, et ago et habeo maximas, quod pro vestra singulari pietate ac sapientia in hac mea necessitate tantum mihi studijsque meis gratificari volueritis.

Ego, quandoquidem dominorum liberales manus sum expertus, operam dabo, totisque semper contendam viribus, ut frugi minister in officio meo exequendo reperiar. Et quoniam vetus consuetudo requirit, ut alumni vestri praeter eam fidem, quam verbis et literis promittunt, aliam adhuc pro patria melius assecuranda obligationem vobis deponant, ego etiam, ne a consuetudine illa recessisse videar, secundum praescriptam formam meam fidem obligatam esse volo, quemadmodum his inclusum literis invenietis, aeternum filium Dei toto pectore etiam atque etiam orans, ut animos vestros suo sancto spiritu illuminet, verum ardorem erga studia literarum in vobis accendat, ne in illorum sectatores alio unquam, quam paterno pectore affecti esse, laudum praeconijs dicamini, rem etiam publicam vestram, consilia item et conatus vestros regat, ut ad sui nominis gloriam, ecclesiae scholaeque commoda et incrementa sint salutaria. Feliciter valete. E Viteberga 13. Calendarum Novembris sub gallicinium Anno 1592.

Amplitudinis V. deditissimus alumnus,
Stephanus Xylander Leutschoviensis

Címzés: Amplissimis et Clarissimis Viris, genere, dignitate, eruditione et prudentia praestantissimis, Domino Judici et Senatoribus Reipublicae Leutschoviensis, Dominis et patronis suis debita reverentia colendis
Leutschoviam

A tanács megjegyzése: Anno 1593. den 15. Januarij

55/4

98.

Stephanus Xylander kötelezvénye
Wittenberg, 1592. október 20.

A tanácstól annak ígérete szerint megkapta az ez év április 24-től 1593. április 24-ig járó 52 magyar forintnyi ösztöndíjat, melyben később is fog részesülni. Ezért magát a város famulusának tekinti, tanultságát annak hasznára fogja fordítani. A tanács akarata nélkül ilyen ügyekben nem dönt. Ha ígéretének nem tudna megfelelni, a tanácsnak jogában áll a rá költött pénzt visszakövetelni, örökségéből, vagy ha ez nem lenne elég, egyéb vagyonából lefoglalni.

Ego Stephanus Xylander Leutschoviensis fateor et recognosco tenore istius chirographi mei universis ac singulis, quibus expedit, quod prudentes ac circumspecti domini, judex et jurati cives civitatis praedictae, domini et patroni perpetua animi gratitudine mihi observandissimi liberali ac plane patrio pectore me honestis literis innutriendum et promovendum susceperunt, ac in unum annum, a festo Divi Georgij martyris istius currentis anni usque Georgij anni 1593 immediate sequentis computando numeraverunt stipendium florenorum 52 Hungarorum. Sancte igitur recipio me pro ea summa pecuniae, quam, uti praemittitur, praefatus inclytus senatus mihi principio numerarunt, aut in futurum numeraturi sunt, ipsis totum fore obligatum atque devinctum, ut quicquid Deo benedicente ex studijs fructus percepero, sicuti in id totis enitar viribus, id totum, imo me ipsum quoque ipsis ac civitati praenominatae, patriae meae dulcissimae dedicabo et consecrabo. Neque quidquam me incepturum, nisi cum praescitu et voluntate ipsorum.

Si vero accideret, quod Deus clementer avertat, me aliquomodo praemissis contravenire, quod tamen, quantum in me est, cavebo, teneam civitati pecuniam totam in me collatam de facto deponere. Id vero si facere nollem, aut non possem, liceat ipsis ex patrimonio isthic meo, aut, si id non sufficeret, ex bonis meis quibuscunque nominibus nuncupatis et ubicunque habitis, quandocunque eandem pecuniam percipere omnibus legitimis modis et rationibus, nullis nec mea, nec meorum contradictione et alijs juridicis remedijs obstantibus. In horum majus testimonium huic chirographo meo sigillum proprium subjeci. Vitebergae 13 Calendae Novembris Anno 1592.

Idem, qui supra

Kívül: Obligatio Stephani Holczmanni contra civitatem Leüchouiensem

39/3

99.

Samuel Spielenberger a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Görlitz, 1593. január 31.

Értesült róla, hogy a tanácsnak milyen nagy gondot okozott Tribelius úr és az elvetemült aranyműves ügye. Ez az ő szegénységét is tűrhetetlenné tette. Néhány rágalmazója azt állította, hogy nem tanulmányaival, hanem csak a pénzzel törődik. Görlitzben nagy a drágaság. Másrészt az iskolában az ott tanuló sok nemes miatt, akik elsősorban a latin stúdiumok iránt érdeklődnek, elhanyagolják a görög képzést. Pedig ez egy orvosnak elengedhetetlenül szükséges. Vagy Wittenbergbe menne a természettudományos képzés miatt, vagy Strassburgba görög retorikát tanulni. Wittenbergből naponta érkeznek levelek, melyekből kiviláglik, hogy ez az egyetem már korántsem olyan jó, mint régen volt. A tudósok viszont nagyon ajánlják a strassburgi egyetemet. Itt tíz osztályban tanulják a nyelveket és a logikai tudományokat, szónokokat, költőket, történetírókat magyaráznak, továbbá gyakran folytatnak stílusgyakorlatokat, valamint görög és latin komédiákat, illetve tragédiákat adnak elő. Ezen kívül elemi iskolák is vannak. A teológia, jog és orvostudomány, a bölcsészet és a nyelvek professzorai gyakran tartanak disputációkat és deklamációkat. Viszont igen nagy a drágaság. Több pénzre lenne szüksége, mint itt Görlitzben volt. Kéri, írják elő számára, mit tegyen, illetve emeljék fel valamivel ösztöndíját.

S. P. Non solum commouebar animo, sed etiam toto pectore perhorrescebam, cum nunciatum esset amplissimum senatum multum vicissim laboris consumere in negotio, quod habet dominus Tribelius cum aurifabro reipublicae vestrae portento, ciue seditioso, turbulento, pernicioso. Haec enim res, non modo Tribelij, viri optimi et commemorabili pietate ac virtute praediti spectat facultates, sed matris quoque meae paupertatis patientiam vincit, cruciat, consumit. Jam uero isti inimicitijs incensae contentioni finem dudum esse impositum, et Devm repressisse impium illum aurifabrium partique justi affuisse mihi est persuasissimum. Itaque meliorem, quam antehac, scribendi occasionem vos, Amplissimi Viri, nactos esse arbitror. Et quanquam de clementia, mansuetudine et beneuolentia uestra non dubito, tamen me recrearet et reficeret unum genus epistolarum, amoris uidelicet erga stipendiarios omnesque honestarum artium cultores. Sunt apud uos, qui parum commode de me adhuc loquuntur, quasi potius in cupiditate, quam in literis meam aetatem agerem. Vulgaria haec quidem et obsoleta sunt, sed magnum illud et impudens mendacium summorum dolorum cruciatu me conficit quotidie. Et, nisi scirem, quid uestra prudentia in judicandis maleuolorum et inuidorum hominum reprehensionibus et calumnijs possit, diu a spe in desperationem reuocatus a discendi proposito destitissem. Quare omissis falsis uulgi opinionibus in illam, ut antea, sic et imposterum, curam tota mente incumbam, ne, cum ad continuanda studia necessaria omnia mihi suppeditant, mihiipsi defuisse, occasionibus indormijsse praeclaris, patronorum meorum spem expectationemque fefellisse uidear.

Duo sunt, quae uehementer displicent Gorlicij, unum annonae in foro caritas, alterum perpetua in schola lectionum Graecanicarum intermissio. Caussa intermissionis est summa hic nobilium frequentia, qui Latino magis, quam Graeco indigent sermone. Quid autem Latinus sine Graeco in medica praesertim

facultate possit, eruditi omnes intelligunt. Si quis autem existimat medicinam perfecte cognosci posse sine Graecis literis, hunc sane patiar sua opinione beatum esse. Jam ego, ne prius serere uidear, quam arare, in tempore me ad ea studia praeparabo, quae uel Vitebergae faciunt physicum, uel Argentinae oratorem Graecum, in quo tamen imprimis, id quod uolo, consequi necesse est. Facta est quidem reformatio Vitebergae, sed quis adhuc sit academiae status, et qua fide ac diligentia erudiantur adolescentes, norunt ij, qui ad nos quotidie scribunt et statum Vitebergensem deplorant. Longe autem praeferunt eruditi academiam Argentinensem, in qua praeter curias decem, in quibus cum pietate linguae atque artes logicae traduntur, oratores, poetae, historici explicantur, stili habentur exercitationes assiduae, saepe Graecae et Latinae aguntur comoediae et tragoediae, etiam publicae sunt scholae. Theologiae, jurisprudentiae, medicinae, philosophiae, artium atque linguarum professores, qui non solum ex ipsis fontibus perspicua facilique methodo res tradunt pulcherrimas et utilissimas, verum etiam, quo illae pacto ad usum sint transferendae, commonstrant, disputationes atque declamationes crebras instituunt.

Quod attinet ad victum, non solum Gorlitij, ut dixi, sed alibi etiam (in academijs inquam et maxime Argentinae) summa est annonae difficultas. Et si quolibet anno tantos facerem sumptus, quantos Gorlicij hoc breui tempore oportuit, male starem. Sed hac de re ab amplissimo senatu fidem dari mihi nullam uolo. Sunt alij, qui φιλαργιρίαν <!> Gorlicensem describent.

Oro itaque amplissimum senatum, tanquam patronos meos obseruandissimos, si quid est amoris erga bonarum artium studiosos, et hac in re omnes voce et mente mecum consentitis, ut Argentinam me conferam, ubi studia Graeca non ita frigent, atque nunc Vitebergae. Oro inquam, ut stipendium et, si non multis, tamen aliquot florenis augeatis. Neque id vobis improbum fortasse uideatur, eos, a quo tantum beneficiorum acceperim, quantum ne sperare quidem unquam sum ausus, rursum nouis precibus solicitare. Ego uicissim modis omnibus enitar, ita me eo honore dignum praestabo, ut neque uos noui hujus in me muneris poeniteat, et reliquorum uestrorum erga me beneficiorum fructum aliquem percipiatis. Nec mihi dubium est, quin hanc mei erga uos animi affectionem probaturi sitis. Interim amplissimum senatum Dei optimi maximi tutelae defensionique omnipotenti, quantis possum precibus, commendo. Nouo autem judici et senatoribus in munere gerendo omnia precor fausta atque felicia. Deum etiam oro, ut rempublicam vestram tueatur, et quod hactenus cum laude fuit, artium et honestatis domicilium esse velit. Valete, Viri prudentissimi. Gorlicij Lusatiorum Anno Christi nati supra/ millesimum quingentesimum nonagesimo tertio secundo Calendas Februarij.

V. Amplitudinis deuinctissimus
Samuel Spillenburg Leuschouiensis

Címzés: Amplissimis Viris, sapientia et prudentia praestantj ornatissimis, Jvdici et Senatoribus Reipublicae Leuschowiensis, Dominis et Patronis suis subjectione debita obseruandis Leuschouiam

A tanács megjegyzése: Anno 1593. den 21. Aprilis

56/4

100.

Stephanus Xylander Johann Hirschhorn lőcsei főbírónak
Lipcse, 1593. május 15.

Lipcsében nagyon várta a főbíró levelét, melyet a pénzzel együtt Paul Zeümertől kellett volna megkapnia. Azonban akár rablótámadás, akár valami más nemvárt kellemetlenség volt az oka, a küldemény nem érkezett meg. Néhány napig várt Lipcsében, de kénytelen volt Peter Molitortól, a bártfai kántortól 6 birodalmi tallért kölcsönkémi. Kéri, hogy a főbíró viseljen rá gondot, hogy Molitornak a tanács mielőbb adja meg ezt az összeget, és hogy számára az ösztöndíj maradék részét mielőbb küldje el. A már korábban megkapott pénzt hasznosan költötte el. Néhány krakkói orvostanhallgató könyveit megvette Wittenbergben. Ezek elhatározták, hogy a lipcsei vásár alkalmából elutaznak Bázelba, s tőle – megállapodásuk szerint – Lipcsében akkor kellene megkapniuk a pénzt. Ha tehát nem akarja a könyveket szégyenszemre Wittenbergből Lipcsébe szállítani, s nekik visszaadni, kölcsönt kell kémie. Értesíti a főbírót arról is, hogy Urban Pierius visszavonta tanait, s hogy Polykarp Leiser Wittenbergben vallásnyilatkozatot tett.

S. P. P. Expectabam magno cum desiderio Lipsiae literas tuas, Amplissime et consultissime Domine Judex, Patrone plurimum colende, quae forte per Paulum Zeymerum, civem et mercatorem nostrum una cum sumptibus ipsis mihi afferri debebant, ex multarum ad me literarum praecinijs. Secus tamen accidit, quod factum puto, aut incursionibus latronum remorantibus, aut certe magno aliquo et insperato malo impediente. Vt ut se res habeat, obstitit conijcio aliquid incommodi, quo minus ille ipse Zeymerus accurrent. Itaque necessitate coactus, cum Lipsiae per aliquot dies ipsum expectassem, et aes mihi deesset, a docto et praestanti domino Petro Molitore, cantore Bartphensi mutuo accepi taleros 6 caesareos. Quos quidem pro ea, qua praeditus es, humanitate et benevolentia erga me et studia literarum, ut Amplissimus Senatus patroni mei plus quam benignissimi, sine longa aliqua mora ipsi reddant, efficies, et, ut de stipendio mihi destinato subtrahatur, autor eris reliquam partem stipendij ad me primo quoque tempore transmittens.

Quod si feceris, rem certe tua prudentia et facilitate praestabis dignissimam, mihi vero tam gratam, quam quod gratissimam. Male pecuniam acceptam non collocavi, sed a quibusdam studiosis medicinae Cracoviensibus libellos utilissimos et mihi necessarios emi Vitebergae. Illi autem, cum in animum suum induxissent Basileam in hoc ipso mercatu Lipsensi proficisci, et Lipsiae a me certo pro libris illis (ut ego promiseram) se accepturos pecuniam persuasum haberent, ego, nisi libros Viteberga iterum Lipsiam transmissos ipsis cum pudore reddere vellem, me alieno aere obruere cogebar. Quapropter, Amplissime et consultissime Domine Judex, Patrone omni reverentia colende, hac in parte me excusatum habebis, siquidem, si promissiones me non decepissent, peregrino aere mihi utendum nunquam fuisset, neque ego tam insipiens sum, ut temere et fortuito aliquo me conferam, priusquam aliquid de rebus necessarijs accipiendis cognovi. Hoc vero maxime me alioquin occupatum Lipsiam compulit, ut ad literas mihi missas statim ibidem respondere possem, et ne unam rem pluribus perficerem vicibus, quam una commode perfici potuit. Quas quia adhuc expecto, T.

A. multis verbis non obruam, sed potius negociorum rationem habens, quam munus et officium impositum tibi quotidie facessunt, epistolam claudam, ea autem, quae tuo scitu digna sunt, in alterius epistolae argumentum reservabo. Interim feliciter vale. Hoc tibi significandum duxi Pierium palinodjam cecinisse, et dominum doctorem Polycarpum Lyserum Vitebergae profiteri. De quo imposterum plura. Iterum vale. Lipsiae Idibus Maij Anno 1593.

T. A. ad omnia obsequentissimus
Stephanus Xylander
Leutschoviensis

Címzés: Amplissimo et consultissimo Domino Joanni Hirschorn, reipublicae Leutschoviensi Judici etc., Patrono suo omni observantia colendo
Leutschoviam

A tanács megjegyzése: 13. Julij Anno 1593.

55/6

101.

Samuel Spielenberger a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Görlitz, 1593. május 19.

Megkapta a tanács levelét, melyből értesült Paul Zeümer lőcsei kereskedő esetéről, amit nagyon sajnál. Pénzt viszont nem kapott, pedig nagy szegénysége miatt szüksége lenne rá. Hallott továbbá a várost sújtó eseményekről is, és patrónusának, Platner úrnak a haláláról. A gyász a mellékelt verset iratta vele. Ha poétikai stúdiumaiban jobban előrehalad, jobbakat fog írni.

S. P. D. Accepi literas vestras, Amplissimi Viri, Nonis Junij, pecuniam nullam accepi, sed expecto quotidie. Vices, de quibus scribitis, Pauli Zeümeri, negociatoris vestri, doleo vehementer. Nec tamen vestra illa me fortuna magis affligit, quam dolor meus, paupertas et miseria, excruciat. Quoties attamen doleo, recreat me et reficit promissio vestra liberalissima, de qua nihil me unquam dubitationis habuit. Statum praeterea reipublicae vestrae perturbatum, mortemque domini Platneri patroni mei praematuram lugeo. Luctus (ut uidebitis) excussit carmina. Carmina mea, ut boni aequique interim consulatis, oro, donec in studio poetices magis versatus, meliora dabo. Plura alias. Valete feliciter, Viri Amplissimi. Actum in coenobio Gorlicensi 14. Calendae Junij Annj 1593.

Amplitudinis V. alumnus,
Samuel Spillenburgius
Leuschoviensis Pannonius

Címzés: Amplissimis Viris, Sapientia, Pietate et Prudentia praestantj ornatissimis, Judici et Senatoribus Reipublicae Leuschoviensis, Dominis et Patronis suis subjectione debita observandis etc.

Leuschoviam

A tanács megjegyzése: 13. Julij Anno 1593.

56/3

102.

Samuel Spielenberger nyugtája
Görlitz, 1593. augusztus 3.

Igazolja, hogy Görlitzben Martin Mylius magisztertől mind a levelet, mind a pénzt hiánytalanul átvette. Mylius mindkét küldeményt Boroszlóból kapta.

Ich, Samuel Spillenbürg auss der Leutschaw bekenne mitt meiner Handtschrifft, das ich vom hochgelährten Herrn Magistro Martino Mylio Prieff vnndt Geldt, so zue ihm von Presslaw gschickt, zue Görlitz volkommend empfangen hab. Derhalben ich nach seinen begern diss Priefflin, mein selbst eigene Handtschrifft, vnndt Pettschafft, zu eüch, günstige Herrn hab schicken wollen, zu bessrer Vrkundt.

Actum in Görlitz den 3. tag Augusti des 1593 Jars.

56/14

103.

Stephanus Xylander a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1593. augusztus 6.

Hogy éves ösztöndíját a vártnál később kapja meg, nem a tanács hibája, ahogy erről annak május 29-én kelt, a szerencsétlen kereskedő esetéről beszámoló leveléből értesült. Most mégis ír. Egyrészt azért, nehogy azt higyjék róla, hogy mivel már régóta nem hallatott magáról, nem is szenved semmi szükséget. Másrészt épp azért, mert kénytelen megkérni pártfogóit, minél hamarabb küldjék el neki a pénzt, ugyanis hitelezői már nagyon türelmetlenek, s igen magas kamatot kell fizetnie.

S. P. P. Quod opinione tardius stipendium annuum ad me perferatur, Amplissimi prudentissimique Viri, Patres debita animi submissione colendi, non vestra quidem culpa, sed ejus voluntate et consilio, cujus nutu omnia reguntur atque gubernantur, id factum intellexi ex literis ad me datis 14. Calendarum Junij secundum Julianum nostrum. Ideoque divino ipsius beneplacito non refragandum, siquidem nihil unquam frustra sineque gravi aliqua caussa fiat, vobis autem,

qui casum illum inopinatum infelicissimi mercatoris nunquam sperastis, sed magis vicem et illius et nostram condoletis, ultro ignoscendum.

Etsi autem moram illam aliquandiu patienter tuli, tamen dura necessitas et creditorum impatientia me impellit, ut V. A. hac occasione compellem, ne aliquis existimet me, quod tam diu sileam, nulla plane premi difficultate. Nam quantum ego praeterito hoc tempore molestiarum et miseriarum sustinuerim, in praesentia attingere non licet, omnibus sanis ea in re liberum relinquo judicium, verum siquidem est tritum illud et vulgo usitatissimum, qui cito dat, bis dat, et promtus thesaurus promtos paratosque reddit homines, cum magno emolumento possessoris, qui debita impedimenta primaria studiorum et curas multum sibi officientes praecavere potest.

Oro itaque et obtestor vos, Patres omni reverentia colendi, ut moram omnem tollentes mihi sumptus prima occasione celerrime transmittatis. Ad extremum enim res mecum jam pervenit, et si ea diutius protrahetur, debita in tantum excrescent, ut expensae proventus sint excessurae. Nam omnia majori et fere duplo precio creditoribus erunt persolvenda, qui victum et alia necessaria mihi interim suppeditarunt.

Sed, etiamsi id futurum sit, non dubito, quin pro ea, qua praediti estis, humanitate et facilitate erga studia literarum, aliqua meae durissimae sortis A. V. sit tactura commiseratio, cum paternum affectum et amorem mihi omni tempore inculpate offeratis. Ego, quod me attinebit, operam dabo, ne ullius unquam beneficij aut expensarum vos poenitudo capiat. Feliciter valete. Dabantur Vitebergae 6. Calendarum Augusti secundum Julianum nostrum Anno 1593.

V. A. deditissimus et obsequentissimus alumnus
Stephanus Xylander Leutschoviensis

Címzés: Amplissimis et clarissimis Viris, genere, dignitate, eruditione et prudentia praestantissimis, Domino Judici et reliquis Senatoribus reipublicae Leutschoviensis, Dominis et patronis suis omni observantia colendis
Leutschoviam

55/7

104.

Jakob Monau a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Boroszló, 1593. augusztus 13.

Megkapta a tanács július 14-én kelt levelét, valamint a Spielenbergernek és Xylandernek küldött pénzt. Köszöni, hogy őt bízták meg a feladattal, hogy ezt az összeget a címzetteknek továbbítsa. Spielenbergernek a görlitzi iskola tanárával, Mylius úrral küldte el a pénzt, amint azt a mellékelt elismervény is tanúsítja. Xylanderhez is eljuttatta a pénzt, tőle csak ezután kapja meg az igazolást. Ezt szintén el fogja küldeni. Máskor is szívesen áll a tanács rendelkezésére.

Amplissimi et prudentissimi viri, domini plurimum obseruandi. Reditae mihi sunt literae vestrae, quas XIIII. Julii ad me misistis, plenas singularis humanitatis. Accepi etiam illas, quas ad clientes vestros Spilenburgium et Xylandrum dedistis. Ac magnas vobis gratias ago, quod me dignum iudicastis, cuius operam hac in parte deposceretis, quam vobis certe et nunc praesto libentissime, et praestabo deinceps etiam crepidissime, quoties illa vobis utendum putabitis, quod ut facere uelitis, quandocunque dabitur occasio, vnice a vobis contendo.

Spilenburgio suas reddi curaui per M. Mylium scholae Gerlicensis doctorem, ut testatur scheda, quam mitto. Etiam Xylandro suas recte curauj, ac spero me paulo post responsum habiturum, vnde uobis fidem rei bene gestae facere queam. Deum oro toto pectore, ut benedicat conatibus et studijs clientum vestrorum, faciatque, vt olim ita sese gerant in ecclesia, in schola, in republica vestra, ne vos sumptuum in eos collatorum paeniteat.

Eidem aeterno Deo vos omnes et ciuitatem vestram toto pectore commendo, petens ab illius immensa misericordia, vt veritas et pax dominentur in ecclesia et republica vestra, et vos salui atque incolumes custodiaminj ab omni incommodo et detrimento. Bene, beate et feliciter valete, Viri Amplissimi et prudentissimi, meque deinceps etiam in numero illorum, qui vos unice amant et obseruant, et vobis ad inseruiendum sunt pro viribus paratissimi et promptissimj, habete. Datae Vratislauiae XIII Augusti 1593.

Vestrae amplitudinis et dignitatis
studiosissimus Jacob Monaw

Címzés: Amplissimis et prudentissimis Viris, Dominis, Judici et Senatoribus Ciuitatis liberae et Regiae Leuchouiensis, dominis suis plurimum observandis

A tanács megjegyzése: Anno 1593.

60/1

105.

Stephanus Xylander a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1593. szeptember 3.

Nagy szegénysége miatt gyors anyagi segítségre lenne szüksége. Míg társa, Samuel Spielenberger, noha kis késéssel, de mégis nála hamarabb megkapta ösztöndíját, addig ő hitelezőit sem tudja kifizetni. Ha a tanácshoz írott korábbi levelében elődeihez képest szokatlan kijelentéseket tett, bocsássák meg neki, mert a késedelem a legtürelmesebb embert is kihozná a sodrából, hisz ma már egészen más a helyzet Wittenbergben, mint elődei idején. Továbbra is kéri, hogy a rendes évi ösztöndíjon felül is részesítsék őt bizonyos anyagi támogatásban, vagy ha ez nem lehetséges, következő évi ösztöndíjából 30 vagy 25 tallért előlegezzenek meg számára. Ha jövőre íly módon megcsappant ösztöndíja túl kevés lenne, Isten segítségét fogja kérni, hogy a tanácsnak tett fogadalmát mégis meg tudja tartani. Az egyetem, úgy a szent, mint a világi tudományok terén, a korábbi hanyatlás után ismét virágzik.

S. P. P. Ingratum beneficium est illud, quod diu inter manus dantis haeret, inquit Seneca liber 4. de beneficentia, gratissima vero beneficia parata, facilia, occurrentia, ubi mora nulla, nisi in accipientis verecundia. Et alibi: Omnis benignitas properat. Quibus dictis, Amplissimi prudentissimique Viri, Patres debita animi submissione colendi, sapiens ille ethnicus innuere videtur, proprium esse libenter facientis cito facere.

Si itaque illis ipsis verbis ad V. A. non accusandas, sed quasi incitandas in hac mea necessitate paulo liberius utar, non dubito, quin veniam sim consecuturus. Etsi enim de vestra beneficentia et liberalitate erga studia literarum nunquam dubitarim, cum praeter alia innumera beneficia, templa et scholae earundemque conservationes id abunde testentur, quod certe praecepto ethico edoctus magnificentiam potius quam liberalitatem appellarim, tamen inusitata rerum mearum μεμψοιμοία <!>, a me toties iterando tentata, ad celeritatem transmittendi mihi sumptus vos hactenus merito impellere debuisset. Sed nescio, qua fortunae injuria mihi egenti illi tam diu emaneant. In manibus vestris illos haerere dicam? Non existimo, non existimo, esset enim insolitum, culpam autem vobis temere ascribere pietas non concedit. Sed tamen mihi desiderium incutiunt occasiones aliquot commodissimae, per quas hactenus optime sumtus perferri potuissent.

Inprimis vero illud mirari non desino, quod commilitoni meo, Samueli Spillenburgio, etsi justo tempore tardius, omnino tamen citius quam mihi sumtus sint transmissi ita, ut ille occasione sua utcunque usus sit, mihi vero mea plane uti non liceat. Nam quocunque animus spectat, vocatio impellit, eo propter sumtuum inopiam pervenire non licet. Creditores etiam mei, quem antea amore fraterno complectebantur, odio jam Vatiniano prosequuntur ita, ut, nisi celeriter mihi succurrerint vestrae A. moram nectendo, extrema studiorum pericula et fidei apud meos creditores jacturam propediem experiar.

Quod autem in praecedenti mea ad V. A. epistola, Amplissimi Prudentissimique Viri, Patres debita reverentia colendi, nullo fortasse antecessorum meorum exemplo inusitata quaedam tentarim, pro vestra humanitate et facilitate veniam dabitis. Equidem animum etiam patientissimum, verecundum, ejusque laude maxime condecoratum tam longa mora quin offendere possit, nemo negabit.

Multo enim alia jam est temporis ratio, quam olim fuit, cum antecessores mei hic viverent, quod certe quilibet sapiens facile colligere potest. Quae temporis mutatio, existimo, petitioni meae veniam impetrabit, meque ab omni suspicione mala vindicatum, tandem voti compotem reddet.

Neque vero adhuc petere desino, cum animum infractum vestra vere paterna in me benevolentia et clementia suppeditet, ut ad annuum stipendium, quod, vt videtis, praeter consuetudinem solitam supra omne tempus justum emanet cum magno rerum mearum detrimento, aliquid adhuc addatis, aut certe, si id fieri non potest, ad sequentem annum 30 aut 25 tallerorum ad minimum praenumeretis. Etsi enim vix ex reliquo per annum sequentem vivere licebit, tamen Deo res meas committam, is providebit, neque propterea jusjurandum, quo vobis obligatus devinctusque sum, rescindam.

Sed quid ego de vestra benevolentia et facilitate! Illa mihi calamum excutit, haec indubitanter omnia quasi pollicetur. Si itaque hoc fiet, mihi studijs meis gratulabor, prudentiam vestram laudabo, amorem vero et affectum in me vestrum plane paternum ex animo agnoscam.

Quod ad statum academiae nostrae attinet, de eo verissime pronunciare possum, quod omnia ante pene extincta et collapsa nunc iterum sese extollant. Sonant leges, viget justitia, disciplina restaurata est, literae praeterea cum sacrae, tum profanae earundemque cultores celeberrimi in magna existunt felicitate.

Deum optimum maximum rogo, ut consilia actusque vestros ad nominis sui gloriam illustrandam gubernet, ecclesiae vero et scholae organa salutaria suppeditet, per quae vera ejus notitia in omnibus vobis crescat et augeatur, rei denique publicae et vobis universis ac singulis felices successus, prosperiores eventus, longaevitatem vitae cum incolumitate conjunctam clementissime largiatur.

Viteberga 24. die Augusti secundum Julianum, 3. Septembris secundum Gregorianum, die Bartholomaei Anno 1593.

V. A. deditissimus alumnus
Stephanus Xylander Leutschoviensis

Címzés: Amplissimis et clarissimis Viris, genere, dignitate et prudentia praestantissimis, Domino Judici et Senatoribus Reipublicae Leutschoviensis, Dominis et patronis suis omni observantia colendis
Leutschoviam

55/8

106.

Samuel Spielenberger a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1593. szeptember 4.

Megkapta a tanács levelét és a küldött pénzt, ami azonban nem sokat segített rajta. Mielőtt ugyanis Görlitzből elindult, minden pénzét elköltötte tartozásainak kiegyenlítésére. Wittenbergbe tehát pénz nélkül érkezett. Ha nem reménykedik a tanács nagylelkűségében, tanulmányait abbahagyva más megoldást keresett volna. Ha Paul Zeümer vagy a késmárki küldönc időben meghozta volna az ösztöndíját, nem lett volna semmi baj. A késedelem miatt azonban az év folyamán újabb adósságokba kellett vernie magát. Hitelt már nem tud kérni senkitől. Váltót kellett tehát kiállítania, amely Sz. Mihály napján jár majd le. Ha addig nem fizet, be fogják börtönözni. A késmárki levélhordót pont e napra várják megérkezni. Kéri, hogy ösztöndíja felét, azaz 30 forintot, vele küldjék el. A többit majd a kitűzött időben reméli megkapni.

Accepi tandem et literas, Amplissimi Viri, et pecuniam, vos ἀποχὴν solummodo εὐχαριστήριον hactenus nullum accepitis. Nunc commodiorem ad vos scribendi nactus occasionem pro literis aureis et summo illo studio negocia promovendi mea gratias, uti debeo, ago maximas, relaturum me existimo, si officio

meo satisfecero. Satisfacerem eqvidem (id ipsum enim et ante magnifice pollicitus sum), sed omnem prorsus colendi studia facultatem mirà vicissim impedit penuria, qvae scrupulos injicit difficiles.

Gorlicium cum discessissem, Vitebergam veni. Ibi pecuniam, qvae in nominibus fuit, pene integram reliqvi, hic, unde jam me sustentem, non habeo. Ac nisi spes vestrae liberationis futurae mihi aliqva affulgeret, tentarem aliud, et de studijs, qvae hactenus qvotidie magis ingravescebant, imposterum minime laborarem. Si in tempore, ut sperabam, stipendium fuisset allatum cum Paulo Zeümero, seu tabellario Keismarcensi, nihil accideret nunc praeter voluntatem. Tarditas attamen in afferendo res meas salvas et incolumes in pessimum adduxit statum.

Anno enim elapso novos posui sumtus. Hi debitum in dies qvam valde auxerint, vel me tacente intelligetis! Omnem itaque crumenam exponere coactus Gorlicij, Vitebergae ne unico quidem floreno fidem mihi facere aliqvam apud cives possum. Pecuniam interim ex permutatione accipio. Debitum ad festum Mihaelis, ut certo promisi, nisi persolvero, illud timendum existimo: Qvi non habes in aere, lvas in corpore. Mortem mihi praematuram exoptarem potius, qvam vitam hic agere tam miseram, acerbam atque infelicem.

Cum me autem non fugiat, qvanta sit humanitas, prudentia et liberalitas vestra, et qvam praeclare in omnes adolescentes studiosos animati, eorum pro virili provehere conatus laudabiles cupiatis, id a vobis, Patroni omni observantia colendi, petere non sum veritus, qvod mihi omnium gratissimum, alumno vestro utile cumprimis summeque necessarium esse potest.

Tabellarium Keismarcensem ad festum Mihaelis certo venturum speramus omnes. Per eum, ut mediam mihi stipendii partem, 30 nimirum florenos, mittere non gravemini, etiam atque etiam oro. Reliqvam ad tempus constitutum. Huic si petitioni meae locum reliqveritis, vehementer mihi hoc tempore gratum facietis, ita certe, ut nihil futurum existimem, qvod gratius facere possitis. Sin minus, citius me clavum e manu Herculis extorsurum spero, qvam vivere diutius posse Vitebergae. Sed qvae sit hac in re liberalitas vestra, qvis animus erga stipendiarios, vel ex eo colligo, qvod, cum studium mihi polliceremini vestrum atque operam, simul affirmaveritis vos sine ulla exceptione aut laboris aut occupationis aut temporis salutis meae rationem habituros. Nunc agite, ut promissa appareant.

Res meae, qvomodo se habeant, dictum est. Si tantos Gorlicij sumtus facere oportuit, qvantos hic facturum me existimetis? Scriberem hanc in sententiam ad vos plura, nisi multis alijs, qvi hic etiam versati vitam egerunt miserrimam, et nostras calamitates cognitas esse putarem. Nunc totum vestrae sapientiae humanitati et liberalitati negotium trado, utque in eodem non tam reipublicae vestrae utilitatis, qvam meae salutis rationem modo habeatis, qva possum diligentia, oro. Ego animum ad qvidvis obseqvij promptissimum polliceor, neque hac in re solum, sed in omnibus, in qvibus desiderabitis alumni vestri officium. Valete feliciter, Amplissimi Viri et Patroni observantia debita colendi.

Dabantur Vitebergae celeri calamo 8o Calendis Septembris juxta veteros fastos Anno ab orbe redemto 1593.

Amplitudinis V. Clientulus,
Samuel Spillenburgius Leuschoviensis

Címzés: Amplissimis Viris, sapientia et prudentia praestanti ornatissimis, Domino Jvdici et Senatoribus Reipublicae Leuschoviensis, Dominis et Patronis suis observantia debita colendis etc. Leuschoviam

56/5

107.

Stephanus Xylander a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1593. szeptember 15.

Néhány napja megkapta a 29 aranyat, melyet ez úton köszön meg. A lipcsei vásár óta viszont pénze jócskán megcsappant. Ráadásul a küldönc meg a bártfai kántor is magával vitte ösztöndíja egy részét. Kénytelen pártfogóit arra kéri, hogy rendes évi ösztöndíján felül valamelyes kiegészítést is juttassanak számára. A pénzt legkésőbb Sz. Márton ünnepéig küldjék meg.

S. P. P. Rusticus quidam, ut autor est Plutarchus, agnoscens beneficia regis Arctaxerxis videnque varia dona ab alijs deferri, se autem nihil habere, utraque manu cava aquam e proximo flumine haustam regi obtulit, et quidem alacri vultu. Quod si itaque infimae conditionis homo ille rusticus nullis excultus et edoctus literis tam laudabile exemplum edidit in rege suo, quid mihi faciendum existimatis, Amplissimi prudentissimique Viri, Patres debita reverentia colendi, qui concessu et munere Dei animam habeo excultam per artes et disciplinas honestas, in referendis gratijs pro vestra magnificentia et liberalitate? Equidem animus meus quo magis in referendis gratijs desudat, eo minus verborum invenit, quibus sensa animi et conceptam de illis gratitudinem exprimere possit. Itaque, cum nihil laude dignum praestare possim propter meam tenuitatem, exemplo rustici haustum aquae, videlicet gratum memoremque animum regi meo, hoc est vobis, Amplissimi prudentissimique Viri, offeram non dubitans, quin eo animo munus meum oblatum sitis accepturi, quo Arctaxerxes haustum illum aquae, nam ipse maximopere laetatus, rustico dari jussit maxima dona pro cognitione bonorum et remuneratione summa.

Quod itaque praeteritis aliquot diebus, Amplissimi prudentissimique Viri, Patres debita submissione colendi, 29 aureos mihi ad studia mea sublevanda miseritis, pro eo vobis, quas animo concipere possum, et ago et habeo gratias maximas, memoremque me futurum beneficiorum acceptorum polliceor, donec aliquando illa, si non recompensare, attamen aequare aliqua ex parte possim. Interim arcano vestro judicio studia mea committo, ut de ijs pro libertate concessa statuatis, ego profecto mediocris diligentiae, quam hactenus in studijs

posui, mihi conscius sum ita, ut non dubitem, quin aliquando, si Deus vitam concesserit, copiosam mercem domum sim reportaturus. Verum enimvero eruditio, ut vulgo dicitur, non nisi magnis sumptibus comparari potest, et nisi meo ipsius damno id expertus essem, facile aliorum judicijs acquiescerem. Sed experto credere dignum est, quanti mihi exigua illa mercatura constiterit, quam hactenus in studijs feci, et ego, et alij, quibus mecum sunt communia studia, optime novimus. Nam a tempore illo, quo Lipsiae mercatus celebrabatur, sumtus magnos, ita tamen, ut semper cum proventuum et facultatum ponderatione fuerint conjuncti, cum magno rerum mearum detrimento feci, dum pecunia solita justo tempore diutius emaneret. Praeterea etiam tabellarius, qui jam dictos sumtus, 29 videlicet aureos mihi attulit, cantor quoque Bartphensis aliquam partem stipendij secum arripuere. Itaque, cum res meae ad talem pervenerint statum, ut nisi subsidium aliquod ad stipendium annuum A. V. addiderint, de me studijsque meis male acturum sit. Vos oro et obtestor, quemadmodum antehac aliquoties feci, ut pro vestra vere in me paterna propensitate et facilitate, si non citius, attamen ad festum Divi Martini aliquid praenumeretis ad annuum stipendium. Hac enim ratione fiet, ut studia mea optatum, ad quem diu tendebant et adhuc tendere non desinunt, finem consequantur. Et ego hanc vestram beneficentiam grato semper animo agnoscam et celebrabo. Valete. Vitebergae 17. Calendae Octobris Anno 1593.

V. A. subjectissimus alumnus
Stephanus Xylander Leutschoviensis

Címzés: Amplissimis Viris, sapientia et Virtute praestantissimis, Domino Judici caeterisque Senatoribus inclytae Vrbis Leutschoviensis, Dominis suis omni observantia colendis
Leutschoviam

55/9

108.

Stephanus Xylander a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1594. május 29.

Ebben az évben még a korábbinál is nehezebb a helyzete, s noha ösztöndíjemelési kérelmét korábban határozottan elutasították, azt most kénytelen megismételni. Értesültek róla – bár az egész történetet valamennyien hazugságnak tartják –, hogy Johann Wagner lőcsei könyvkötőt, akire ösztöndíjukat Lőcsén a tanács rábízta, Drezda közelében katonák kiraboltak. Wagner ezután néhány hetet Lipcsében töltött, de nem számolt be nekik a dologról, sőt, ottlétét is eltitkolta. Samuel Spielenbergerrel ezért elutaztak Lipcsébe, hogy számonkérjék a történteket. Wagnert nem találták, csak néhány barátjával tudtak beszélni. Ezek mind különbözőképpen adták elő a dolgot. Némelyük szerint Wagner Speyerbe, mások szerint Frankfurt am Mainba, megint mások szerint Regensburgba utazott. Voltak, akik azt mondták, hogy Lipcsében van, csak elbújt. Kezükbe került Wagnernek egy testvéréhez szóló levele, melyben nekik négy hónap múlva saját vagyonából valamelyes kártérítést ígér. De nem hisznek neki, hitelezőiket sem fizethetik ki ígéretekkel. Wagner testvére azt állítja, hogy a szá-

mukra küldött levelek sértetlenek maradtak, de a levélvivő hibájából Naumburgba kerültek. Csakhogy a pénzt általában a levelekbe rakják. Vagy a rabló újra lepecsételte a feltört leveleket?! Az a hír is járja, hogy az egyik katona megölése után az elrabolt pénz egy részét visszaszerezte. Azt is beszélik, hogy néhány nappal odaérkezésük előtt a szász fejedelmek buzdítására hazaindult, hogy a rábízott összegről elismervényt kérjen, s azzal próbálja azt visszaszerezni. Egyesek szerint viszont Wagner az ellopott pénzen Frankfurt am Mainban árut vett, s azt Regensburgban, ahol most birodalmigyűlés van, eladta. Kéri, hogy a levélvivőnek fizessenek 8 tallért, ösztöndíjukat újra utalják ki, s hogy Wagner hazatérése után alaposan vizsgálják ki az ügyet.

S. P. D. Vere admodum dixit clarissimus quidam philosophus: Quo quis ingenuas artes complectitur studiosus, eo fortunae telis jactatur acerbius. Quod ipsum facit, amplissimi prudentissimique viri, Patres debita observantia colendi, ut veterem illam crambem iterum atque iterum semper recoquere inviti cogamur. Nam nescio, quo pacto miseri nos commeruerimus, quod fortuna non aliter ac pilam lusoriam nos hinc inde agitet, et frontem non nisi ad horas fere mutet singulas. Scitis, quas vices elapso anno fortuna volente pertulerimus, nunc certe eandem et pejorem fortunae sortem magno cum rerum nostrarum detrimento experimur. O, crudelis fortuna, si tua res aeque ageretur, ut nostra, tuam istam opinor sententiam jampridem mutasses. Sed quid ego surdo fabulam. Est et manet haec Dea inconstans, fluibunda, fallax, mobilis, erratilis et periculosa. Ad vos me converto, amplissimi prudentissimique viri, tanquam ad patronos et defensores innocentiae nostrae, qui justas hasce querelas aequo ut sustineatis animo, etiam atque etiam rogo.

Nam etsi querelae illae, quibus hactenus in V. A. compellandis usi sumus, in animo nostro non solum refricuerunt, sed etiam obmutuerunt, cum sententia dicta sit multiplices exactiones stipendij auctionem, pro qua institeramus, non permittere, tamen necessitas, quae si non omnino, aliqua tamen ex parte excusat, has nobis iterum extorsit querelas.

Pervenit ad aures nostras aliquandiu post reditum praesentium literarum exhibitoris ex patria rumor quidam inopinatus, sed meo et omnium sanorum judicio plane mendacissimus, qui certe in tantum iterum miserias nostras adauxit, quantas vix ulla dies exhaurire poterit, Joannem videlicet Wagnerum, civem et compactorem Leutschoviensem, cui stipendium nostrum ante menses aliquot commissum erat, a militibus, qui in communem nostram patriam expediuntur, prope Dresdam omnibus bonis esse spoliatum. Quod tamen factum praedictus compactor noster, postquam per aliquot hebdomadas Lipsiae vixisset, ex invidia, odio et improbitate nobis communicare non est ausus, imo, quod magis adhuc, et infidelitatis quasi indicium, ne signum ullum sui adventus nobis edidit, cum tamen quotidie occasiones haberet commodissimas.

Ea improbitate et invidia impulsi cum Samuele Spillenburgio Lipsiam concessimus volentes ex ipso omnem rem accuratius percontari. Sed quid fit? Nos infelices neminem offendimus, nec Wagnerum ipsum, qui rem totam, uti fortasse gesta est, nobis ab ovo repetendo exponeret. Quotquot autem ex amicis Wagneri convenimus, aliter atque aliter rem gestam esse exposuerunt. Unde Wagnerum nostrum alij Spiram, alij Francofurtum ad Moenum, alij Ratisponam concessisse

asseverarunt, alij fraudem et technas esse, ac Wagnerum Lipsia pedem non extulisse, sed clam alicubi delitescere et conspectum nostrum fugere perhibuerunt.

Dum itaque varijs sententijs distracti animi pendebamus, offertur nobis epistola quaedam nomine compactoris ad fratrem suum exarata (ubi data erat, ignoro), qua nescio quos fucos more mangonum nobis obtrudebat, dicens vix post 4 menses aliquid nobis numerari posse, et quidem de suo. Sed quis tam stultus, tamque insipiens, qui mendaciùm tam crassum non animadvertat? Nondum nostra bona sibi erepta demonstravit, et jam sese ultro offert de suo se aliquid, aliquid inquam, non totum stipendium numeraturum. Deinde voces quaedam ambiguae nihil certi nobis polliceri visae sunt. Ex incerto autem nec vivere, nec creditores nostros lactare possumus.

Dicebat hic idem frater Wagneri epistolas nostras intactas remansisse (sorex), atque omnes adhuc in promtu esse, cum autem cuperemus eas proferri, Naumburgum ex inscitia nescio a quo tabellario cum caeteris ablatas asserebat. Si itaque intactae remanserunt literae, ubi pecunia, quae literis includi solet? Praeterea publicos praedones tam insipientes non opinor, qui literas demum resignent, atque pecunia sublata eas iterum obsignantes tabellario in capsulam reponant, quin potius intercipiunt, concerpunt et abijciunt, si quid inveniunt literarum.

Aliqui dicebant, audite, quaeso, ipsum partem pecuniae ereptae caeso uno milite iterum recuperasse, alij nihil. Alij denique paucis diebus ante nostrum adventum in patriam ex instinctu illustrissimorum ducum Saxoniae reversum, ut a vestris amplitudinibus testimonium pecuniae sibi commissae petere, ac deinde eorundem Dresdensium ducum auxiliis eam iterum recuperare possit. Verum pudet et taedet me tam crassorum mendaciorum. Dolus innotuit tandem vel unico hoc rumore, qui ipsum merces pro pecunia nostra Francofurti ad Moenum coemisse clamitat. Hinc Ratisponam, ubi nunc comitia celebrantur, profectum lucri acquirendi causa. Egregium profecto factum tam audacter commodum suum querere, interim reipublicae et nostrum incommodum aedificare.

Itaque non aliter salutem quaerendam existimavimus, quam tabellarij expeditione in patriam, cui V. A. numerabunt thaleros 8, quos improbus ille compator tanquam poenas suae infidelitatis pendet. Ubi autem et quando nostrum damnum compensabitur, qui interim in tantum dejecti sumus malum, qui Lipsiam euntes atque ibidem per quatriduum ipsum querentes et expectantes sumtus inaniter fecimus, qui creditoribus fidem datam servare non potuimus, qui in magnum omnium hominum contentum pervenimus, qui a studijs nostris non tantum miserijs, sed et gravissimis curis abducimur, angimur, premimur et opprimimur fere. Noctes etiam totae in vigilijs traducuntur, mens ad insaniâm fere propter continuarum curarum gravitatem redigitur, corpus debilescit, ac, ut dicam, quae res est, nemo nobis in hac academia miserior. Alij in academias mittuntur, ut animum artium liberalium jucunditate et suavitate delectent, at nostrae mentes asperioribus formandae studijs, ut Horatii verbis utar. Equidem miselli nos jam spem conceperamus aliquantilli boni de stipendio maturius mittendo. Sed hem, in quantum dejecti sumus malum? Vestrum itaque erit, amplis-

simi prudentissimique Viri, ubi domum redierit, juxta comici praemonitionem omnia prius experiri, quam credere, de damno itidem nostro sollicitos esse. Nam praeter amplitudines V. patronum habemus neminem.

Quod superest, Amplissimi prudentissimique Viri, non jam peto, sed per Deum immortalem et per singularem erga studia literaria promtitudinem vos obsecro et obtestor, consulite, prospicite, quibuscunque auxilijs potestis, extremae huic inopiae nostrae, et ne tabellarius diu detineatur, morae repagulum laxate. Hoc si impetravero, efficiemus profecto, ut apud memores et gratos beneficium a vobis positum esse cognoscatis. Valete. Witebergae, ipsis diebus Pentecostes Anno 1594.

V. A. cliens Stephanus Holtzmannus
Leutschoviensis

Címzés: Amplissimis Viris, sapientia et virtute praestantissimis, Domino Judici caeterisque senatoribus inclytae reipublicae Leutschoviensis, Dominis suis debita observantia colendis.
Leutschoviam

A tanács megjegyzése: Anno 1594. den 3. Julij

64/3

109.

Samuel Spielenberger a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1594. május 31.

Johann Wagnertől nem kapták meg az ösztöndíjat. Wagner csodás előrehaladást tett a csalás mesterségében. Azt hitték, hogy Sz. György napja előtt megkapják a pénzt. Ehelyett egy küldönc jött, aki elmondta, hogy Wagner már előtte elindult hazulról az ösztöndíjjal. Erre ők Lipcsébe siettek, de csak Wagner fivérét találták ott, aki azt mesélte, hogy Wagnert Drezdától két mérföldre katonák rabolták ki, és 300 forintot vettek el tőle. Erre Francia-ba <!> sietett, hogy ottani kintlevőségeit behajtsa, és abból fizesse ki az ösztöndíjat. Ezért utazott keresztül Lipcsén, ahol két hétig tartózkodott. Nővére szerint viszont csak pár szót lehetett vele váltani, mert tüstént továbbindult. Azt mondta, hogy egy katonát megölt. A nővér szerint 40 Joachimtallért, egy odaérkező rokon szerint 13 forintot vissza is szerzett tőle. Egy másik fivére, aki Naumburgból a vásárra jött, azt mondta a szállásadónak, hogy az egész csak hazugság, és egy katona sem halt meg. Mindenesetre kérik, hogy számukra új ösztöndíjat küldjenek. Szükséges lenne ösztöndíjának emelése is. Könyveket kell vennie, mint például Zabarella és mások kommentárjával Arisztotelészt, Calepinus szótárának két kötetét, és más, orvosi szakkönyveket. Minthogy korábbi ilyen irányú kéréseit magára a Thurzó-alapítványra hivatkozva utasították vissza, a dolgot nem feszegeti tovább. Megkapta a tanács előző levelét, melyből megtudta, hogy ösztöndíjának összegét nem emelték fel. Húsvét előtt be akarja fejezni bölcseleti tanulmányait, s Bázelben szeretne az orvosi karra beiratkozni. Itt Wittenbergben inkább a teológus és jogászképzés erős. Bázel viszont drágább. Előnye azonban, hogy a magyar aranyat jobban váltják át. Ott egy magyar arany két forintot ér, míg itt alig 38 ezüstöt. Az itteni teológusok közt nagy a viszály. Egyesek szerint Wittenberg rövid idő alatt vagy a lipcsei egyetem sorsára jut, aminek oka az itt tanító Samuel Huber volt, vagy megváltozik.

Utinam ego vos, Amplissimi Viri, majori nunc voluptate adficerem, ac ea, quae vobis sane erit vel exigua, vel plane nulla, sed maius dolor et tristitia. A Joanne enim Wagnero illud, quod a vobis acceperat, nos nondum accepisse vos etiam et dolebitis et tristabimini. Dolebitis quidem, quod nos certa spe liberationis cujusdam futurae decepti vitam adhuc agamus miserrimam ac vere infelicem, tristabimini vero, quod vos damnum reipublicae haud minimum perpessi novo nos stipendio juvandos censebitis.

Sed ut aliquo modo vos oblectem iterum, scitote Wagnerum procedere miro, ut audietis, decipiendi artificio. Nos, etsi de pecunia ante festum Georgij accipienda nondum ambigeramus, de adventu tamen Wagneri nihil constabat prius, donec venisset tabellarius. Hic illum accepto a vobis stipendio e patria ante suum adventum discessisse dudum primum retulerat. Mirabamur sane, ac mirabamur usque adeo, ut subito terrore percussi statim proficisceremur Lipsiam. Illuc eum certo offensurum sperabamus. Sed calvum, quod ajunt, vellimus. Frater unus, cum de eo sciscitaremur, respondit duobus milliaribus a Dresda florenis 300 spoliatum esse a militibus, utque nostri stipendij caussa doleret plurimum, haberetque debitum in Francia <!>, quod exigeret, nobisque quod amiserat, rediturus restitueret, eo profectus Lipsiam transibit. Ibi per duas fere, ut ille ait, hebdomadas est commoratus.

Hoc ipsum soror negat, dicitque vix unum atque alterum cum ea verbum locutum illico discessisse. Quod autem locutus erat unum a militibus illis a fratre interfectum esse, apud quem joachimicos 40, ut inquit soror, florenos tantum 13, ut inquit affinis paullo post adveniens, invenerat. Frater alter, qui tandem etiam Naumburgo venit ad mercatum, ab hospite meo quaesitus totum illud, quod referebat paullo ante soror, falsissimum esse, nullumque e medio sublatum militem dicebat.

Videtis ergo, Amplissimi Viri, qualis haec conspiratio, qualisque consensus verborum inter ipsos amicos. Plura habebit tabellarius praesens. Ex eo, si quid praeter haec scire desideraveritis, cognoscetis. Haec vobis ideo significanda duximus, ut et quid nobis detrimenti cum Vitebergae tum Lipsiae ipsius caussa evenerit, et, quid vobis de Wagnero hoc, nisi testimonia spoliationis suae habuerit evidentissima, sentiendum atque judicandum sit, sciretis.

Caeterum, ut diu multumque cogitaremus, et cogitaremus magno cum dolore, quomodo isti pateret janua letho, quomodo item creditoribus satisfaceremus, eorumque compesceremus clamores, primo tempore tabellarium ablegandum esse videbatur consultius, quam tantisper, donec ad vos aliquando haec perferentur diutius, quotidianas propterea sustinere contumelias, cum alioqui fides apud eos nostra dudum refricuit. Mittimus igitur tabellarium vestris, aut Wagneri potius, sumtibus conductum, inviti quidem, sed a creditoribus saevissimis (qui aeque destituuntur semper pecunia) vi et necessitate saepissime hactenus coacti. Per hunc itaque, ut alia nobis stipendia transmittatis, brevibus quidem verbis, sed tot pectore oramus atque obtestamur. Auctionem a vobis antea quod expeterem aliquoties, tempus et necessitas flagitabat incredibilis. Inter alia vero, vel inprimis inopia bonorum quorundam librorum, quales sunt Aristotelis cum interpretibus Zabarella et alijs, duorum ingentium voluminum

Calepini et lexici, qui gravi quidem coemuntur precio. Sunt tamen libri admodum utiles ac studioso praesertim medicinae summe necessarij. Quemadmodum enim infans lacte materno, ita studiosus carere his nullo modo potest. De caeteris non sum sollicitus, etiam utilissismis. Hos tantum hoc anno pro auctione conducendos putavi. Quoniam vero habet aliquid vestra sapiens de magnifico domino Thurzone (piae memoriae) excusatio non modo probabilis, de auctione jam nihil scribo, nec scribere audeo. Quid autem mihi profuturum, illud divinae providentiae relinquo.

Hoc interim vos scitote, velim, moram, moram istam, quae et praeterito, ut scitis, accidit anno, solam hujus detrimenti, quantumcunque est, quod certe maximum est, solam inquam caussam esse, omniumque malorum, quibus denuo opprimimur, principium. De Wagnero jam taceo. Dij illum Deaeque perdant, si (quemadmodum omnes nobiscum hic consentiunt, etiam eruditi) nos isto fefellerit mendacio. Dabitis ergo operam, Amplissimi Viri, ne quis locus a vobis Wagnero hoc excusandi relinquatur. Afferat sane testimonium. Quid tum? Potuerit spoliari duobus florenis aut tribus de suis, nostras vero res collocasse in suam utilitatem, cum literas adhuc vestras habere frater affirmet. Considerate ergo, an literae illae pecunia fuerint vacuae. Milites, si accepissent pecuniam, literas certe vix reddiddissent, consentaneum est. Sed de his vestra sapientia et prudentia judicabit melius.

Jam me ad literas proxime acceptas a vobis omissa excusatione vestra de augendo stipendio confero. In illis itaque, quanquam justam aliquam reprehensionem ante timebam, summam tamen inveni clementiam, mansuetudinem, humanitatem. Siliquam ergo omnem et mel Atticum et saccarum omne longe fateor superasse. De amore vestro erga stipendiarios singulari et vere patrio, si unquam, ut existimatis, dubitavi, illico moriar! Ac nescio, quando et quomodo inserta in animos vestros sit haec opinio. Huic rei caussam praebuisse literas meas non reperio. Erant enim ex amore profectae semper incredibili. Si quid fuit praeter hoc, ignoscite, erravi, poenitet. Nunquam posthac. Vos tantum amare, fovere tuerique pergite. Equidem patronos meos non solum amo, observo, colo, sed do operam, ut ijsdem aliquando etiam inserviam. Hoc enim stipendiarij proprium munus est atque officium.

Studia mea quod attinet, ejusmodi sunt, quae adversis perfugium et solatium praebent. Cognoscite itaque me, si minus fortem, attamen strenuum. Dabo operam, ut totum philosophiae cursum (Deo dante) hic ante festum Paschates absolvam, et medicam alibi aggrediar facultatem. In ea enim, cum omnium in Germania academiarum Basilea sit celeberrima, eo proficiendum potius existimant eruditi, quam tantisper desudare Vitebergae. Uno enim semestre plus proficere me posse dicunt Basileae, quam hic duorum aut trium annorum spacio. Difficultatem vero annonae, quod attinet majorem, majora etiam vos ejusmodi in locis stipendia suppeditare existimo. Succurere ei magna quoque ex parte possemus aureis Hungaricis. Nam unum illic valere 2 florenis certum est, cum hic vix 38 argenteis constet. Interim tamen vestrum etiam expecto consilium, quod, si cum hoc conjunctum erit, utar libenter et hoc libentius, quod mea sponte facere id constitueram. Si tamen vobis placuerit, ut maneam, scitote me in theologum

evasurum citius, quam in medicum. Theologica enim et juridica facultas Vitebergae primum, medica vix postremum occupat locum. Certiorem me itaque per hunc tabellarium vestri consilij reddatis velim, ut sciam quoque interim res meas instituere prudenter possim. Equidem vobis, uti debeo, quibusvis in rebus obtemperabo.

De rebus novis non adeo sum, nec possum esse, sollicitus. Hoc vobis tamen scitu dignum esse putavi, perpetuum inter theologos nostros de religione esse dissidium, ita quidem, ut multi existiment, fore Vitebergae brevi, aut tragaediam illam Lipsensem, cujus author fuit Huberus noster, aut subitam mutationem. Valete, Amplissimi Viri et Patroni debita observantia colendi. Vitebergae, II. Calendae Junij Anno 1594.

Amplitudinis V. clientulus,
Samuel Spillenburgius

Címzés: Amplissimis Viris Sapientia et Prudentia praestanti ornatissimis, Domino Judici et Senatoribus Reipublicae Levicensis, Patronis debita observantia colendis

A tanács megjegyzése: Anno 1594. den 13. Julij

56/6

110.

Michael Hermann nyugtája
Lőcse, 1594. július 14.

Michael Hermann wittenbergi polgár és küldönc elismeri, hogy Stephanus Xylander és Samuel Spielenberger, akik jelenleg Wittenbergben tartózkodnak, megbízták őt, hogy a számukra kiutalt ösztöndíjat Lőcsén felvegye. Az ösztöndíj összege 100 tallér, s neki a tanács fizetségül még 8 tallért adott.

Ich, Michael Herman, burger vndt Bothe zu Wittenbergk thu kundt vndt bekenne mitt dieser meiner eigener Handtschriefft, das demnach mich die ehrbar vndt gelerten Stephanus Xylander oder Holtzman vndt Samuel Spillenbergk, anitzo studiose zum Wittenbergk, in die Leutsch nach ihren stipendio zu ziehen angedingt, das ein ersamer, wolweiser Rath in ietzgedachter stadt Leutsch erstlich fur meinen lohn acht taler, darzu hundert gute, hartte taler ergemelten ihren stipendiaten Stephano Xylandro vndt Samueli Spillenbergk zu Wittenbergk zu vberandtworten mihr zugestelt vndt vertrawt haben. Gibe derhalben wolermelten Richter vndt Rath dessen dieses bekendtnuss vndt Reuers angesagten empfangenen summa wegen, vndt sage dancken zu dieselben 100 thaler, in specie ergenenten ihnen 2 summam stipendii trewlich zu vberantwortten. Zu mehrer vrkundt habe ich solches mitt meiner eigenen Handt vnterschrieben. Zur Leutsch den 14. Julij Anno 1594.

Kívül: Anno 1594. den 14. Julij des boten von Witenberg bekantnus vnd Reuers

63/3

111.

Stephanus Xylander és Samuel Spielenberger nyugtái
Lipcse, 1595. április 2.

Xylander elismeri, hogy Christoph Siegeltől átvett 59 forint 9 garast, azaz 52 tallért, melyet a lőcsei tanács küldött számára. Spielenberger elismeri, hogy Christoph Siegeltől átvett 16, majd a húsvéti lipcsei vásáron 36, azaz összesen 52 tallért.

Ich, Stephanus Holltzmannus aus der Leutschau bekenne mitt dieser meiner Handtschrift, das ich vonn denn erbaren vndt wohlgeachten Christoff Siegel zue Leipzig inn eines ersamen, wohlweisen Rahtts nahmen der obgemelltten Stadt Leutschau empfangen hab am paren gelltt 59 fl. 9 d., die thuen 52 thaler. Gemellttes 52 thaler sage ich ihn quitt vndt loss. Actum inn Leipzig den 2. Aprilis Anno 1595.

Item qui supra mpp.

Ich, Samuel Spillenburch auss der Leütschaw bekenne mitt dieser meiner Handtschrifft, das ich vonn erbarn vndt wohlgeachten Christoff Sigel empfangen hab 16 thaler. Gemeltes geldtes sage ich ihn quit vnndt loss. Geschehen in Leipzig, den 2. Aprill Anno 1595. Anno 1595 im Ostermarckt empfinge ich vollendt den rest, 36 thaler, welches zusamen macht 52 thaler.

Kívül: Anno 1595. Der Stuttenden bekentnuss aus der Leutsch vber thaler 104.

63/2

112.

Samuel Spielenberger a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1595. május 5.

Két levelet is kapott a tanácstól, s reméli, hogy ösztöndíját a lipcsei kereskedőnél átveheti. Örömére szolgált, hogy pártfogói az orvosi stúdiumok elvégzésére biztatták, egyúttal elnézést kér, amiért a tanács hozzájárulását Bázelba indulása előtt már nem tudja megvárni. A levélvivő aligha jön vissza húsz héten belül, neki pedig nincs annyi pénze, hogy ezen a drága helyen addig kitartson. Most egyébként is megfelelő kísérői lesznek a lipcsei vásárra. Minthogy személyét bizonyos rágalmakkal illették, kijelenti, hogy vallási nézetei semmit sem térnek el Luther katekizmusától. Az egyszerű ember könnyebben üdvözül, mint a disputáló teológus. Johann Rhauról csak annyit tud, hogy Lübeckben tartózkodik. Ha valami újat is hall, azonnal megírja a tanácsnak.

S. P. Binas a vobis, Amplissimi Viri, accepi litteras. Stipendium ad mercatum Lipsensem me accepturum bene spero. In litteris nihil aliud, quam paternae in me caritatis et benevolentiae auram, quae pectus mihi scindit, invenio. Itaque

merum mel, non litteras me accepisse fateri cogor. Gaudeo, et gartulor mihiipsi, cui tales habere contingit patronos. Deo gratias ago.

Ad studium medicinae quod me denuo adhortamini, gratum mihi est, illud maxime, quod artem ipsam egregie commendatis. Mihi ergo ipsi ut consulam, statim accepto stipendio in commodiorem me locum, ut conceditis, recipiam, Basileam nimirum, si potuero. Ne vero stomachemini propterea, quod non prius responsum ad hoc meum propositum a vobis expectem, oro, Amplissimi Viri, etiam atque etiam, et obtestor, cum copia deinde numorum tanta, quam in ejusmodi locis, in quibus summa, summa inquam, annonae difficultas, requiritur, mihi non suppeteret. Tabellarius enim viginti septimanis vix est reversurus. Deinde, quia in mercatu Lipsensi optimos me nacturos scio comites, mature abitum fuit.

Quid quod multa hic negligerem interea, quae ibi uberrima studiorum messe sine dubio reduplicantur? Ignoscite itaque, quoniam ita et cogit necessitas, et utilitas flagitat. Cum tabellario, si quid ultra stipendium mittere volueritis, mittite, rogo.

Me quod attinet, nihil aliud, quam diligentiam et assiduitatem in re medica assequenda polliceri possum. Difficultatem, quam vos opponitis, me deterreri non patiar, modo adsit facultas. Experientiam ergo, quae facit viros, quaeque hic rara est, unice quaeram. Quam si assequutus (Deo volente) fuero, videbitis tandem, quem promovendum susceperitis, prius non. Ut enim herbas, ut arbores crescere non cernimus, sed crevisse, sic factum aliquem medicum, potius quam fieri. Deum oro, ut felicitatem praecipuum medici donum mihi largiatur, qua sine omnis labor et conatus corruit. Pietas ergo praesupponenda, quam et vos mihi injungitis, et ego mihi commendatissimam habeo.

Sed male me habet quorumdam hominum perversitas, qua, dum ipsi boni non sunt, labefactare etiam alios conantur. Verum his nihil vos fidei habituros, antequam quid veri scit, sciatis, nihil dubito, cum et illud ipsum mihi promisistis saepius. Ne autem suspicionem in me aliquam habeatis, eam confessionis meae sententiam esse fateor, quam a puero didici. A puero autem illud, quod didici, simplicissima est fides ex Lutheri Catechismo unice petita. Hanc meliorem esse omnibus astutis et argutis disputationibus certo statuo. Quapropter ridiculum non est, quando dico plebejum hominem sua fide citius beatam adepturum sedem, quam vel argutum et doctissimum aliquem disputatorem theologum. A magistro Joanne Rhaw nihil adhuc accepimus. Est enim Lübeciae. Si quid erit, faciemus vos prima data occasione certiores. Salvete, Amplissimi Viri et patroni mei omni animi observantia colendi. Witebergae, tertio Nonarum Maij Anno 1595.

Amplitudinis V. cliens,
Samuel Spillenburgius

Címzés: Amplissimis, honoratissimis ac humanissimis Viris, Domino Judici et Senatoribus inclytae Reipublicae Leuschoviensis, <Patronis> et Mecaenatibus <sapien>tissimis etc.

A tanács megjegyzése: 5. Julij Anno 1595.

56/8

113.

Aegidius Hunnius a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1595. május 31.

Xylandertől tudja, hogy Lőcsén megüresedett a rektori hivatal, s hogy az azt a megbízást kapta, hogy találjon valakit, aki szakmai és felekezeti szempontból is megfelel ennek az állásnak. Erről az itteni teológusok vizsgáztatással győződnének meg. Xylander választása a Delitzschből (Meissen tartomány) származó Erasmus Schmidtre esett. Hunnius is a tanács jóindulatába ajánlja Schmidtet.

Gottes gnad durch Christum neben entpietung meiner willigen dienste zuuor.

Edle, gestrenge, ernueste vnd wolweise, besonders günstige Herrn vnd gute freunde. Mich hatt Stephanus Xylander, ewer Stattkind vor wenig tagen berichtet, welcher massen das Rectorat inn ewer Schul sich bey euch vẽrlediget, vnd dass E. E. Herrligkeit vnd Gunst ime auffgetragen vnd befohlen, sich vmb eine tüchtige vnd zu solchem Ampt wol qualificirte, auch der Religion halber durchaus tichtige Person zu bewerben, damit dieselbe, nechst approbation der Theologen allhier, zu solcher uacierenden stelle sich vermögen lasse, vnd durch E. E. H. vnd Gunst mitt deren darauf geschlossen werden möchte. Solches hatt obbemeldter Stephanus mitt mir beratschlaget, vnd hatt sich nach fleissigen erkundigung bey vns hierzu angegeben, gegenwertiger Magister Erasmus Schmidt von Delitsch auss Meissen bürtig. Dieweil dann derselbige vermittelst göttlicher gnaden getrawet, solche functionen gebürlich zuuerwalten, auch sich desswegen zu euch hinein begibet, damit durch verleihung dess allmechtigen, er seine operam ewer Jugend in der Schulen praestiren müge. Ich auch Ihne der geschickligkeit seyn erachte, dass er solch Ampt mitt lob vnd nutzen wol vergehen könne. Also habe ich nicht vnderlassen wollen, ihne hierzu E. E. H. vnd Gunsten de meliore nota zu commendiren, besonders dieweil er inn der lehr vnd Confession, Gott lob, richtig, vnd ich also keinen zweifel trage, er werde bey ewer lieben Jugend sonderlichen nutzen schaffen. Darzu dann der Allmechtige seine gottliche gnade geben, vnd Ewer Kirchen vnd Schulen durch seinen gewaltigen schutz für allem vbel gnediglich behuten vnd in rechtem erkendtnuss seines heiligen vnd allein selig machenden Worts biss auff die herrliche Zukunfft Jesu Christi, vnsers Herrn vnd heilands krefftiglich bewahren vnd erhalten welle. Demselben getrewen Gott thue ich E. E. H. vnd Gunsten zu schutz vnd aller wolfahrt mitt Christglaubigem gebett iederzeit befehlen. Datum Wittenberg den 31. Maij Anno Christj 1595.

Ewer ernueste Wolweisheit,
Herrligkeit vnd Gunsten
dienstwilliger Aegidius Hunnius

Címzés: Den Edlen, Ernuesten, fürsichtigen vnd wolweisen Herrn, Richtern vnnd Rath der Koniglichen Freystadt Leutschaw in Vngern, meinen insonders günstigen Herrn vnd guten Freunden

A tanács megjegyzése: Doctoris Hunnij Schreiben

Anno 1595. den 10. Julij per Holtzmannum allatum Witeberga

55/2

114.

Samuel Spielenberger a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Altdorf, 1595. augusztus 27.

Félő, hogy Strassburgból írt levelét a tanács nem kapta meg. Szándéka, hogy nyáron a gyógynövények alapszintű, télen pedig a belőlük való gyógyszerkészítés tanulmányozásával szeretne foglalkozni, nem változott meg. Strassburgi tanárai tanácsára Bázelbe utazott, hogy ott egy praktizáló orvos mellé szegődjön. Már Wittenbergből való eljövetelének is ez volt a célja, mivel ott így szinte alig tanulhatott volna valami újat. Csakhogy Bázelben akkora a drágaság, hogy az orvosok nem tartanak igényt famulusokra, akiket alig tudnak eltartani. Különösen kedves volt hozzá Felix Plater, a bázeli főorvos, aki megígérte, ha alkalom adódik, beprotezsálja valakihez. Tanácsára négy hétig maradt Bázelben, de hiába. Itt egy év alatt többet tanulhatott volna, mint amit három év alatt Wittenbergben megtanult. Igen sok a városban az orvosdoktor, szinte havonta avatnak néhányat. Diák viszont kevés van. Ezek pedig vagy külföldiek, akik saját költségen tanulnak, s csak rövid ideig maradnak Bázelben, vagy bázeli ösztöndíjasok, vagy kifejezetten bázeliek. Ő is szívesen maradna, de erre nincs pénze. Eredeti szándéka az volt, hogy a tanácstól kapott pénzen könyveket és más szükséges dolgokat vásárol, illetve tudását igyekszik valamelyest mélyíteni egy itteni orvos mellett, majd visszatér Wittenbergbe. Egyelőre átköltözött az olcsóbb Altdorfba, ahonnan gyakran ír Platernek, és levelezés útján igyekszik fölvenni másokkal is a kapcsolatot. Minthogy iskolai szünidő van, Regensburgban meglátogatta közös barátjukat, Jakob Kramert. Ez Martin Ruland regensburgi orvost ajánlotta neki, aki famulusául fogadhatná, ellátást biztosíthatna a számára, használhatná könyvtárát. Ruland azonban az ellátásért pénzt kér. Az altdorfi iskola, amely nürnbergi törvényekkel van ellátva, elnyerte tetszését. Csakhogy az itteni orvosképzés túlságosan elméleti jellegű. Kéri, adjanak neki tanácsot, mit tegyen. Ha úgy döntenének, hogy Rulandnál maradjon egy-két évig, erre az időre nem kérne tanulmányi ösztöndíjat. Ha a tanács azt kívánja, hogy térjen haza, engedelmeskedik. Kéri továbbá anyagi támogatásukat.

S. P. Miseram proxime litteras ad vos, Amplissimi Viri, Argentina, sed propter tabellarium incertum vix credo esse redditas. Si tamen redditae sunt, cognovistis, et proculdubio etiam probastis propositum meum aestivum. Nihil enim hoc tempore exoptavi aliud, quam simplicem herbarum, cum qualitatibus dumtaxat primis, cognitionem. Reliquas una cum compositionibus earundem hyemi committere volui. Nec meam adhuc ea in re mutavi sententiam, quamvis interim mediocriter hac in parte, laus Deo, jam profecerim. Professores Argentinenses etsi omnem suam in studio medico mihi obtulerunt et detulerunt operam, tamen, cum tandem animadverterent me propter herbarum et praxeos praesertim cognitionem advenisse, ut studijs meis melius consulerent, Basileam me conferrem, fideliter persuadebant. Fui Basileae, sed quomodo votis meis responderit fortuna, attendite, Viri Amplissimi. Sperabam me aliquem nacturum doc-

torem practicum, apud quem famulando aliquid eruditionis furtim quasi acciperem. (Hanc etenim ob causam unice discessi Witeberga, ubi famulandi quidem multa, cognoscendi vero vel nulla datur occasio.) Sed spes me fefellit. In causa est tanta annonae difficultas, quanta in Germania nullibi locorum. Professores, cum ipsi sint penitus fere temporis difficultate exhausti, famularum ope sunt contenti, quas etiam alere difficulter possunt. Alias omnia mihi sua officia abunde obtulerunt humanissimi viri. Doctor praesertim Platerus archiater Basiliensis, cum intelligeret me studiorum medicinalium gratia tantum confecisse iter, promisit se operam daturum sedulo, ut, si conditio sese obtulerit aliqua, quamprimum me promoveret. Voluit tamen, ut per aliquot septimanas commorarer. Commoratus sum per quatuor, sed nihil promovimus. Occasio talis tum temporis nulla erat in promtu. Quippe omnes, quos conveni, professores quantum de difficultate horum temporum conquesti sunt, vix creditis, Viri Amplissimi.

Studia vero quod attinet, praesertim medica, in summo nunc esse flore verissimum est. Fateor, quod ante, me tantum Basileae proficere uno anno posse, quantum Witebergae ne per triennium quidem. Doctores medici in magna sunt copia, et fere singulis mensibus aliquot promoventur. Studiosorum tamen ob causam allatam valde exiguus est numerus. Illi potissime adveniunt exteri, qui proprijs sumtibus vivunt, et doctoratum brevi expetunt, quo celebrato statim discedunt. Reliqui sunt vel stipendiarij Basilenses, vel civium filij. Ego vero, quamvis studiorum gratia libenter mansissem, sumtus tamen quia censum meum superant, re infecta discedere vicissim coactus sum. Non enim, ut vestro beneficio ibi viverem, propositum fuit, sed, ut eo in libros aliaque summe mihi necessaria coemenda collocato Basileae inserviendo per aliquod tempus victum et hoc pacto eruditionem simul quaererem, Witebergam reliqui. Nec me facti adhuc poenitet. Promiserat enim Platerus se, ubi locus vel tempus fuerit magis idoneum, illico me certiorem facturum. Secessi interim in commodiorem, quod victum attinet, academiam, Altorfium nimirum, ubi et ad ipsum saepissime scribo, et ad alios etiam eximiae eruditionis et experientiae in Germania medicos, cum quibus familiaritatem litteris prius contrahere volo, qua tandem contracta facilior fortassis erit aditus.

Verum quid dicam, Amplissimi Viri? Diebus canicularibus, quibus feriae passim habentur scholasticae, Ratisbonam sum expatiatus ad communem nostrum amicum, Jacobum Cramerum. Hic accepto rerum mearum statu propositum probavit. Iccirco et optimam statim me juvandi excogitavit occasionem. Rullandum quendam Ratisbonensem medicum, excellenter doctum et celeberrimum practicum egregie commendavit. Apud hunc, dicebat, si consensum hac in parte vestrum haberet, efficeret facile, ut conversandi cum eo occasio mihi daretur cottidie, nec solum conversandi, sed etiam cibum capiendi ac bibliotheca insuper ipsius usendi commodissime. Quid hoc consilio prudentius? Quid, quod animus nunc vellet meus, exoptatius? Contuli ergo cum Jacobo, et quaesivi, an sciret me famuli loco suscepturum. Ille vero non solum plane dubitarat, sed etiam dissuadebat, cum multo diligentiorem et fideliorem sciret futurum, si proprijs sumtibus apud eum viverem. Sed hoc ipsum obstat, quo minus res procedat. Cibum capiamne cum ejusmodi cive, praesertim Ratisbonensi? Es geht viel auff,

mein seckell erträgts nicht, vnndt ist darzue sehr tewer alda. In itinere multa consumsi, at quid dico consumsi, imo consumere oportuit, nec consumere adhuc cesso, cum Altorfij non minor annonae difficultas. Placet tamen academia omibus modis optime instructa et legibus Norimbergensium informata pulcherrime. Placet professorum clarissimorum sanctissima fidelitas. Placet curiosae sedulitatis in studiosis cottidianum exemplum, vere imitandum. Sed scitote, Amplissimi Viri, lectiones, quas audio, theoriam spectant, qua de jam amplius non adeo sum sollicitus. Praxis restat, quae non meliori potest acquiri modo, quam ipsa experientia apud practicos cottidiana inquisitione observanda. Ea hic est rarissima. Quapropter, quid faciendum sit inposterum, vestrum etiam hisce de rebus audire cupio judicium. Vellem ego, ut uno anno, si esset possibile, omnia, quae vellem, consequi possem. Itaque, ut commodius aliquid fieret, occasionem de Rullando allatam existimavi non negligendam. Si contractus inter vos fieri posset, ut me per annum, aut ultra retineret, sane stipendium a vobis nullum tantisper exoptarem. Spero me messem uberrimam ab eo reportaturum. Sin vero volueritis, ut vel aliam expectem occasionem, vel hic aliquandiu maneam, vobis, uti debeo, libenter obtemperabo. Tota vero res, utrinque, ut semel dicam, tantum ab aerario vestro dependet, Amplissimi Viri. Ich weiss mich in solcher zeitt nun kaum weitter auffzuhalten.

Valete feliciter, et me alumnum vestrum amare et promovere pergite, Patroni munificentissimi etc. Altorfij Noricorum 17. Augusti Juliani Anno 1595.

A. et I. V. cliens
Samuel Spillenburgius

NB: Responsum quam avidissime expecto.

Címzés: Amplissimis, humanissimis ac prudentissimis Viris, Domino Judici et Senatoribus inclytae Leuschoviensis Reipublicae integerrimis, Dominis et Mecaenatibus suis omni animi observantia dignissimis
Leutschowiam

A tanács megjegyzése: Anno 1595. den 25. Nouembris. Straspurg, Nurnberg, Augspurg, Frankfurt Mejn. Wegen des stipendij wirt er beim Jacob Kromer bescheid haben. Soll daruber suchen, wo er bleiben noch 2 oder 3 Jar auch bej einem doctor

56/2

115.

Stephanus Xylander a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1595. október 31.

Néhány hónapja részesült a tanács jótéteményében, melyért háláját ez úton fejezi ki.

S. P. D. Diogenes aliquando interrogatus, quid apud homines celerius senesceret, respondisse fertur beneficium. Nam, inquit, vix dici potest, quanta ac-

cepti beneficij apud plerosque sit oblivio. Sensit nimirum et recte quidem, Amplissimi prudentissimique Viri, Patres plurimum colendi, philosophus hic solertissimus nullam fere virtutem inter mortales minus excoli, nullam magis aspernari, quam pulcherrimam illam et nunquam satis laudatam gratitudinis virtutem. Id enim quotidiana abunde testatur experientia, ut excursione longiore plane opus non sit.

Ac ego quidem, si ad proxime mihi a vobis exhibitam beneficentiam diutius tacerem, non vulgare ingratitudinis in me retruderem exemplum. Qui enim tacet, oblitus videtur esse beneficij, perinde ac is, qui benefactorem suum voluntarie non agnoscit. Cujus rei exemplum sane luculentissimum Domitiani illius litigator ingratus nobis suppeditat, qui Domitiani sui aliquando patroni conspectum ideo vitabat, ne ipsius cogeretur agnoscere beneficium.

Quod ergo ante paucos menses vestra perquam liberali me iterum promovistis beneficentia, Amplissimi prudentissimique Viri, Patres debita submissione colendi, pro eo nescio, an satis sufficienter vobis rependere possim gratias. Quanquam autem beneficium hoc multo sit majus, quam ut gratiarum actione describi posse videatur, tamen, ut antea praesens, ita quoque et nunc absens vobis et ago et habeo gratias maximas, memor illius dicterij in magnis voluisse sat est.

Spero V. A. pro ea, qua praediti estis, facilitate et humanitate voluntatem pro facto, ac potius conatum, quam successum in tanta rei magnitudine suscepturos. Hoc certe beneficium, quoad huius lucis usura mihi contigerit, non vulgaris gratiae locum apud me obtinebit, sed semper in ore, semper in mente ac denique in animo etiam ipso inscripta haerebit.

De ratione studiorum meorum non est, quod magnopere sitis solliciti. Ego enim, quod mei erit muneris, ultro perficere contendam, et ut aliquando non mediocrem inde percipiatis voluptatem, et ut sumtus in me collatos non in inutile terrae pondus collocasse experiamini.

Vos saltem, Amplissimi prudentissimique Viri, eo, quo jam pridem coepistis, animo me complecti pergite, et, ut semper consuevistis, patrocinio et liberalitate vestra me dignum judicate. Deus optimus maximus, qui me salvum atque incolumem Witebergam adduxit, vobis etiam adsit, vestra consilia actusque vestros sospitet atque gubernet, vos etiam universos ac singulos ad nominis sui gloriam quam diutissime conservet, ex animo precor. Valete. Witebergae, 21. Octobris Juliani Anno τῆς Χριστογονίας 1595.

V. A. subjectissimus cliens
Stephanus Holtzmannus Leutschoviensis

Címzés: Amplissimis viris, generis dignitate, erudiione, sapientia et virtute praestantissimis, Domino Judici caeterisque Senatoribus inclytae Urbis Leutschoviensis in Sepusio, Dominis ac Patronis suis omni observantia colendis
Leutschau

64/4

116.

Daniel Tophan a lőcsei tanácsnak
Wittenberg, 1596. február 15.

Hat éve lesz, hogy hazáját elhagyva megkezdte külföldi tanulmányait. Az elmúlt öt évben a tanács kérés nélkül küldött számára adományt, és megígérte, hogy szükség esetén a segítségére lesz. Most, a hatodik évben anyagi gondjai miatt ő kéri pártfogóinak ezt a segítségét. Mivel lőcsei ösztöndíjas már három éve nincs Wittenbergben, biztos benne, hogy kérését méltányolni fogják. Döntésükről apját értesítsék, aki maga is közbenjár majd érdekében, s aki a kiutalt pénzt továbbítaná is neki Wittenbergbe.

S. P. D. Quam verum sit, Amplissimi et Prudentissimi consules ac senatores, quod de amore patriae cecinit Naso:

Nescio, qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, et immemores non sinit esse sui.

Et ipse mihi testis sum. Nam sexennium fere erit, quo ex patria in exteras scholas et regiones ad comparandum uberiorem morum et studiorum cultum discessi et emigravi, ex illo tempore nihil voluptati mihi magis fuit, quam crebra memoria et recordatio patriae, ita, ut haec mihi omnem vitae acerbitatem, quam non raro sustinui, sublevaverit, cogitanti fore aliquando, ut hi labores et studia, quae foras secutus musarum castra perfero, in patriae utilitatem et commodum redundent, meoque officio ipse perfunctus videar, quoniam (ut praeclare scriptum a Platone refert Cicero) non nobis solum nati sumus, sed ortus nostri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici. Verum enimvero sic cogitanti magnus ad pristinum amorem cumulus accessit ex munificentia et liberalitate vestra, dum quintum annum nullis a me precibus provocati, sed vestra propensitate et benevolentia, spe tamen adducti nulla remunerandae gratiae in tam dissitum locum quoddam munus transmisistis, vestraque maiora beneficia in subsidium studiorum mihi conferenda detulistis et polliciti estis. O, incredibilem erga patriam amorem et affectionem natura devinctam, vestris meritis auctam. Ego, si non de vestra consvetudine in patrocinijs tuendis, studijs liberalibus promovendis, decretis divinis conservandis firma et stabili satis superque constarer, verecundius a vobis, si quae magna res esset petenda, contenderem. Grave est enim homini pudenti petere aliquid magni ab eo, quem ante erga se benemeritum novit, ne id, quod petit, de pristino amore et animi propensitate quid imminuat, collectamque gratiam petitionis molestia effundat. Sed quia vestra erga literarum studia vel nota omnibus, vel ipsa meorum temporum novitate clarissima et maxima beneficia extiterunt, estque animi ingenui, cui multum debeat, eidem plurimum velle debere, non dubitavi a vobis petere, quod mihi omnium esset maximum maximeque necessarium. Neque enim sum veritus, ne sustinere vestra in me vel innumerabilia beneficia non possem, cum praesertim confiderem nullam esse gratiam tantam, quam vel non capere animus meus accipiendo, vel ponderando cumulandoque illustrare possit. Ego omnia mea studia omnemque operam, cu-

ram, industriam, mentem denique omnem in literarum et artium cultu fixi et locavi, statuique in eo me non vitae solum rationem, sed et pietatis laudem erga patriam debere quaerere. Neque vero cuique salutem ac fortunas suas tantae curae fuisse puto, quantae mihi sit honos et foelicitas patriae, in qua omnia mea posita esse duco. Verum cum rei domesticae inopia impedimento sit, quominus ad ea liceat pervenire, sicut scitum illud poetae est:

> Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat
> Res angusta domi.

Multi requiruntur sumptus, multa impendia et subsidia, quibus in hac aut alia academia frugaliter studiosus ali posset, et rem literariam habere necessaria suppellectile instructam. Vos, soli Amplissimi et Prudentissimi consules ac senatores, ad expediendum hoc propositum mihi tanto adiumento esse poteritis, ut nihil sit mihi amplius requirendum. Habetis in fortunis et facultatibus vestris haec omnia satis superque, quibus inopi mihi succurrere, et quotannis pecuniae alicuius stipendio in tempus aliquod in subsidia studiorum prospicere, et absque ullo rerum vestrarum dispendio suppeditare possitis. Hanc facultatem ante me complures sunt experti per multos annos, quibus unquam fuerunt, qui ingenuis artibus et liberalibus studijs operam impenderunt, ut plane fidam vos potius aegre ferre, quod abhinc per triennium <!> nullus fuerit, qui Witebergae artibus et studijs his deditus vestram in more positam et tot annis confirmatam liberalitatem opemque magnificentiam imploraverit, gratiaeque debitione illustraverit. Et quis non efferat laudibus magistratus pro sui alumni honestissimis literarum studijs justa et liberalia impendia? Si in rebus ludicris nonnunquam praedicatur magnificentia munerum liberalitasque sumtuum, quanto magis in serijs et necessarijs? Nec vero laudes istae terminis ac limitibus patriae continentur, sed ad exteras regiones et terras profectae notae fiunt hominibus nostri ordinis et loci omnibus, qui nec eas suis lingvis et vocibus dubitant comprobare et disseminare. Jam vero laus creditur perfecta, quae ab ijs, qui ipsi in laude vivunt, et bene audiunt, proficiscitur. Vobis vero tantum decoris, tantum dignitatis adjunxeritis, ut eosdem vos facile agnoscatis fuisse in laude vestra, qui fueritis in salute mea. Vt interim sileam, quod arcitiore me vobis amore devinxeritis, alacrioribus literarum studijs obligaveritis, quod addictum, deditum, obstrictum vobis et liberis vestris habueritis, omniumque ingenij nervorum ac laborum uos potissimum, consules ac senatores, fructus uberiores diuturnosque ceperitis. Quamobrem, si consuetudinem vestram in juvandis literarum et artium studijs servatis, si memorem, si gratum, si bonum adolescentem, vel ex hoc, quod patriam usque adeo complectar, et tam vehementer de eius laude et utilitate laborem, existimare potestis, si dignum denique vestris beneficijs judicatis, hoc a vobis, qua possum, omni animi contentione peto et obsecro, ut subveniatis huic meo studiorum proposito, ut huic vestrae laudi, propriae meae saluti adiumentum vestrum dicetis. Et ne gravemini mihi, qui coram vobis propter loci distantiam, propter sumtuum penuriam, propter temporis et studiorum iacturam in itinere faciendam comparare et praesto esse non potui, respondere, ne, si quid mihi, cum (ut plane

confido) voti mej me compotem reddideritis, de primitijs illius stipendij transmittere decrevistis, per cuius fidem et operam id fieri possit, soliciti estis. Hoc omne parenti meo respondebitis, qui et haec omnia pro me suis verbis maximopere rogabit, et quicquid dederitis in subsidium studiorum, plena fide suscipiet, mihique transferendum curabit. Ego, si vos videre scirem, cum haec ad vos scriberem, quantum difficultatis sustinerem, quantopere auxilio et subsidio vestro indigerem, et quantopere mihi esset in hac petitione omni non modo solicitudine, sed contentione animi elaborandum, plura scriberem. Nunc vobis omnem rem atque causam meque totum et mea studia universa commendo et trado, unum sic habete, quae si sarta tecta patriaeque consulta et fructuosa cupitis, me id vestro subsidio et stipendio solo assequi posse. Deus optimus maximus divinjs suis praesidijs et suppetijs rempublicam vestram adeoque totam provinciam patriam ab omni fortunae adversitate et hostium Christiani nominis Turcarum insultu incolumem ac salvam praestet, et quicquid in me, aliosve inopes ad pias causas confertis, affluenti foelicitate compenset atque reponat. Datae Witebergae decimo sexto Calendae Martij 1596.

V. Amplitudinis addictissimus
Daniel Tophan Leutschowiensis

Címzés: In Patriam Ad Amplissimos et prudentissimos Dominos totius ordinis Senatorij apud Leutschowienses in Cepusio, Dominos patronos et nutricios suos summa observantia colendos

67/1

117.

Stephanus Xylander a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1596. április 14.

3/4 év után ismét nehéz helyzetéről ír. Az ösztöndíj pontatlan küldése miatt sokat szűkölködött három éven keresztül. Egyéves wittenbergi tartózkodás után megadták ugyan neki az ösztöndíjat, az akkori egyetemi helyzet miatt azonban a pénz kézhezvételével még fél évet kellett várnia. Ez alatt az idő alatt 10 aranyat kapott holmija elszállítására. Társa, Samuel Spielenberger viszont Görlitzben megkapta teljes ösztöndíját. Paul Zeümer és a volt lőcsei polgár, Hans Wagner esete miatt is fél-fél évet késett az anyagi segítség. Emiatt gyakran volt kénytelen Lipcsébe utazni, ami további kiadást jelentett. Többször megbetegedett, a gyógyszer pedig sokba került. A küldöncnek, aki Boroszlóból Wittenbergbe hozta az orvosságot, fizetséget és borravalót kellett adnia. Végül nagy adósságai lettek. Ha előző évben nem ment volna haza Erasmus Schmidttel, hitelezőit nem tudta volna legalább egy rövid időre kielégíteni. Az elmúlt nyáron kapott segélyből 40 tallér tartozást kellett kifizetnie. Két megoldás kínálkozik arra, hogy anyagi nehézségein segítsen. Vagy Ausztriába megy, ahol egy bizonyos úrnál vállalna tanítóskodást, vagy a tanácstól újabb ösztöndíjat kér. Korábban senkinek sem volt olyan nehéz a sora a lőcsei ösztöndíjasok közül, mint nekik kettőjüknek. Az utóbbi időben sok egyetemi és tanácsi ember halt meg Wittenbergben. Tanulmányairól majd az eperjesi rektor, Johannes Bocatius fog beszámolni. Bocatius tiszteletére készített egy

írást, mely nyomtatásban is megjelent. Kéri a tanácsot, hogy Engelhardt úr segítségével írjanak Lipcsébe a húsvéti vásárra. Ha pünkösdre ismét pénz nélkül marad, újabb adósságai lesznek.

Meine demütige, schuldige, auch gefliessene dienst, daneben wüntschung vonn Gott dem Allmächtigenn eines friedtsamen vndt glücklichen regiments zuefohrn. Ehrnveste, fürsichtige, ersame vndt weyse, grossgünstige, liebe Hernn vndt Patronen, wier lesen im ersten buch der könige am dritten Capittell, da Gott der allmächtig dem könig Salomo die wahl gab, zue bitten, was er wolltt, das solltt ihm vnvorzüglich werden, batt er, alles anders, alls da ist, langes leben vndt reichthumb, hindan gesetzt vmb Weisheitt. Vndt im andern buch Samuelis am 24. Capittell, alls Gott durch den Propheten Gad dem könig David dreyerley fürtragen lies, daraus zue erwehlen, was ihm das beste dunckhett sein, erwehlett er ihm den Todt oder Sterbenn. Solltte ietziger Zeitt, ersame vndt wohlweise Hernn, grossgünstige, liebe Patronen, auch mir dergleichen wahl oder bitt vonn dem allmächtigen freystehen, möcht ich warlich mir wohl die weisheitt Salomonis wüntschen, dadurch ich ein glücksehliges vndt geruhiges leben zuewegen brächte. Oder ja, wo solches nicht geschehe, mitt dem könig David den Todt, das ich allso meines vnglücks dermahl eins gar möcht enttledigett werden.

Dann solltte ich mein vielfeltiges, ettlich Jahr nacheinander ausgestanden vnglückh, mitt meinem glückh oder guetten Tagen vergleichen, würde jenes diese beyde weitt vberträffen. Welches zwar, keiner weittläuftigerer erzehlung bedarf, innmassen ich solches eweren E. W. vngefehrde vor drey viertheil Jahren, inn einer sonderlichen Supplication habe fürgetragen, ihr auch solches aus vätterlichen, geneigten willen angenommen vndt mier zuegeben. Aber doch, weil sich es wohl mag geschickt haben, das es E. E. W. inn vergessenheitt gestellett, vndt ich eüch nicht weiter bemühe, die verworffene Supplication herfürzue suchen, will ich aufs aller kürtzest nur etwas davon wiederholen, daraus zue sehen wirdt sein, was mich zue diesem, einer Supplication gleichen schreiben wiederumb bewogen.

Dann ewere E. W. wohl wissenn, wie ich gantzer drey Jahr nacheinander, wegen des vnzeittlichen gällttschickens, bin träflich verhindertt worden, vndt zue schaden kommen. Erstlichen zwar, alls mir die zuesag des gewönlichen Stipendij schon geschehen, vndt nun zuefohr ein gantzes Jahr allhier zue Wittemberg gewesen, wardt ich vber dis alles noch ein gantz halbes Jahr aufgehalltten mitt dem gälltt, wegen dieser Vniversithett dazuemahl geschehenen Zerrittung, vndt bekam vnter dieser Zeitt nicht mehr alls zehen gülden, damitt ich meine sachen solltte forttschaffen. Mein mittgenossen aber, Samuel Spillenburg, ward auf Görlitz mit einem gantzen Stipendio abgefertigt. Vndt hatt einer genug zue thuen mitt seinen sachen vndt Studieren, wenn er gälltt hatt, nicht so dann, wenn er gar blos ist. Zum andern, war ich durch das vnglückh Hern Paul Zeymers wiederumb aufgesätzt ein halb Jahr, vndt endtlich zum dritten mahl, eben so lang, durch Hans Wagner, gewesenen bürger beyn vns. Derenttwegen ich oft aus hochdringender nohtt auf Leipzig verreysett, gälltt verzehret, aus grossen bekümmernüssen in kranckheitt gerahtten, viel verarzneyett, alles aufgeborgett, den botten hierneben ihren gebürlichen lohn oder Tranckgälltt müssen geben, die

mir es vonn Bresslau nach Wittemberg bracht. Ist mir allso, durch dis vielfeltig Vnglück, vonn meinen Stipendijs die drey Jahr viel entzogen worden, vndt mein vnglückh nicht nur allein vonn Tag zue tag grösser worden, sondern auch allso vmb sich gewurtzelltt, das ich endtlich in grosse schulden gerahten. Vndt wo es nicht sonderlich Gott allso geschickett, das ich vorschinenes Jahr mit Magister Erasmo Schmidt selbst perschönlich heim wer gezogen, da ich mündtlich zum meisten theil meine sachen kundte verrichten, hett es warlich einen traurigen zuestandt mitt mir gehabtt, ja wohl gar einen bösen ausgang gewunnen. Nun hab ich ja, bis auf diese Zeitt ein wenig frist gehabtt, weil ich meine creditores zimlicher massen hatte abgefärtigt. Aber meine plag gehett albereitt wieder an, vndt der ich zue schätzen nur ein wenig in das glücksehlige vndt geruhige leben gegückett, der ichs nur ein wenig geschmäckett, mus allso baldt wiederumb an den traurigen der mühsehlickeitt Karren ziehen.

Welches sich allso gehabtt, wills eweren E. W. nicht verhalltten, wie vorgangenen Sommer geschehen. Es mus doch endtlich herfür. Ich habe mitt dem gälltt, das ich auf dies Jahr empfangen, meine schuldt müssen bezahlen, welche sich bis in die 40 thaler ersträckett hatt, daheim hatte ich nur 30 bekandt. Vonn dem vbrigen gälltt habe ich mich vergangene Zeitt genau behollffen, vndt da aller erst das Jahr auf das empfangene gälltt angehett, befurde ich keinen heller, damit ich mich möge auffenthalltten, weis auch keinen rahtt zue suchen, vnangesehen, das ich mein Vernunft, witz vndt forsichtikheitt schon häftig darüber bemühett vndt geschwächett. Aus welcher vrsachen ich auf keine andere vniversithett mich hab künnen noch kan begäben, da ich meine besserung suchen möcht, wie ich mir gantzlichenn hatte fürgenommen. Jedoch habe ich diese beyde mittell erdacht, ewere E. W. wollenn keinen vngefallen darob haben, das ichs erzehle, nemlichen, enttweder auf ein Jahr in Ostereich zue einen Hern mich zue begäben, dann mier seine gelegene Paedagogien fürgeschlagen, bis das Jahr vmb ist, vndt ich wiederumb mein gewönlich Stipendium für die faust bekomme, alls dann, wolltt ich willig vndt bereytt, wo mich E. E. W. hinverordnetten, vndt ich meinen nutz schaffen köndt, wiederumb auf eine hohe schuel ziehen. Oder ja bey eweren E. W. vmb ein newes Stipendium anzuehalltten. Es sindt zwar beyde vorsätz wieder ewerer E. W. ordnungen vndt Statuten, aber, wenn ich aus zweyen bösen eines erwehlen solltt, wolltt ich viel lieber E. E. W. ansprachen, vndt allso williger einen kleinen Zorn verdienen, dann meinen Zuesagen vndt verpflichtungen nicht genug thuen, die doch auf kein solch vnvorsehen vnglückh nie geschworen haben. Ob sich aber E. E. W. villeicht darob verwunderten, aus was für frächheitt ich diese punct mir fürgenommen, weil vnsere fohrfahren, die eben an diesen ortt studirett, solches nicht gethan haben, will ich hergegen zum vleissigstenn gebetten haben, wollett doch behertzigen, ob es iemahl einem vnter ihnen so gar vbell mitt allen sachen ergangen, alls eben vns beiden, die wier ietziger Zeitt vonn ewerem gnadengälltt leben. Da dann das vnglückh hauffen weis zue vns sich gefunden vndt eingeflickhett. Es pflegett aber gemeiniglich solchen leütten, die mittler Zeitt etwas nutzliches in Kirchen, Schuelen oder im welltt-lichem regiemendt ausrichten sollen, allso zuegehen, das wankelmütige glückh verfolgett sie aufs eüserste, darumb ich mich es nicht lass verwundern.

Derowegenn, weil E. E. W. genugsam vernommen, welcher massen ich in meine angezogene schuldt vndt vnglückh gerahtten, werden sie mir auch zue guet halltten, das ich dieselben möge von mir abgeschaffett haben, hab sie warlich länger nicht ertragen können. Vndt weil es eben vonn dem gälltt, davon ich auf dies Jahr habe zehren sollen, genommen, ietzo aber mehr nichts verhanden, will ich E. E. W. zum vleissigsten vndt vnterthänigsten gebetten haben, wollett wiederumb mitt einem andern Stipendio auf dis Jahr mich versorgen, vndt meinen nutz, den ich vielleicht daraus schöpfen möge, nicht ansehen (welchen ich doch irdische sachen belangendt, weis Gott, nicht suche), sondern viel mehr gemeiner Stadt nutz vndt frommen, die ietziger Zeitt zwar gelärter leüt nicht bedarff, aber doch wohl mittler Zeitt bedürffen wirdt. Gott kan baldt verenderung zueschickhen, alls wier der exempell zue Wittemberg genugsam haben, da beydes, aus dem Rahtt vndt auch der Vniversithett, in kürtzen viel vornehmer vndt fürträflicher leütt gestorben.

Prudentes ac Circumspecti Domini et Amici mihi obseruandissimi. In peregrinatione mea, P. ac C. Dominj, huc in Silesiam incidi, in dominum Matthiam Kalus a secretis principis Tessiniensis, virum non solum Tessinij apud suum principem et conciues acceptum, sed etiam apud alios magnates et ipsam nobilitatem valde honoratum, qui me summopere pro intercessione causa fratris ejus, Nicolaj Kalus, apud easdem P. ac C. D. vestras fienda rogauit. Uelut qui ac aliquot jam annis in schola ciuitatis P. ac C. D. vestrarum versatus sit, nunc vero cantorem in oppido Newdorff agat, ut nimirum iş a P. ac C. D. vestris Uitebergam, vel aliam in academiam ad uberiorem studiorum suorum mercaturam exercendam doctrinamque acquirendam promoueretur. Quare easdem P. ac C. D. vestras magnopere rogo, ut praetactum adolescentem pro singularj earum erga artes liberales studio et amore, et tantj virj fratris suj, qui aliquando vestrae reipublicae, aut priuatim uestrum alicuj prodesse potuit, respectu sibi commendatum habeant, meamque similiter hanc intercessionem irritam esse nolint. Imitabitur namque Deo juuante agros feraces, qui plus reddant, quam acceperunt. Quod ipsum ego etiam pro viribus meis data occasione omni studio et conatu reseruire studebo. Easdem feliciter valere exoptans. Datum ex itinere Silesiaco in Lazizka 3. Octobris Anno domini 1602.

Earum P. ac C. D vestrarum
servitor et amicus addictissimus
Christophorus Kubini manu propria

Címzés: Prudentibus ac Circumspectis Dominis N. N., Judici et Juratis Ciuibus Ciuitatis Regiae et liberae Lewchouiensis etc., Dominis et Amicis mihi semper obseruandissimis

A tanács megjegyzése: 24. Decembris Anno 1602. Kubini scribit ratione Nicolaj <...>, ut academiam promoueatur.

140/9

133.

Jakob Kramer kötelezvénye
Lőcse, 1614. június 6.

Pártfogóitól 1614. június 4-én 50 magyar forintot kapott, hogy Strassburgban folytathassa tanulmányait. Ezért, és a későbbiekben még számára kiutalandó összegért magát a lőcsei tanács famulusának ismeri el, s mindenkor készen áll majd, hogy tudását pártfogói kívánsága szerint a város javára fordítsa. A tanács tudta és akarata nélkül nem tesz semmit. Ha ezen ígéreteinek nem felelne meg, a rá fordított összeget visszafizetni tartozik.

Ego, Jacobus Cramer Leutschoviensis, fateor et recognosco hoc meo chirographo, quod amplissimi ac prudentissimi domini, judex et jurati cives huius liberae regiaeque civitatis leutschouiensis, domini et patroni mihi perpetuo animi cultu prosequendi munifico ac paterno animo me honestis literis inbuendum et promovendum susceperunt, mihique 4. die Junij anni 1614. florenos quinquaginta Hungaricos numeraverunt. Quare sancte promitto et recipio me amplissimo magistratui tam pro hac pecuniae summa, quam quae in posterum mihi numerabitur, in omnibus semper fore obsequentem, gratum et per omnia obligatum, omnesque meos conatus et studia eo esse directurum, ut intelligat amplissimus huius civitatis senatus in me sumptus hos non inaniter esse collocatos. Insuper quandocunque studiorum meorum fructum percipere voluerit, spondeo me promptum et paratum futurum, nihilque praeter scitum et voluntatem eiusdem attentaturum. Sin autem forte eveniret, quod tamen Deus optimus maximus avertere benigne dignetur, vt promissioni et obligationi meae non responderem, tenear civitati huic laudatissimae omnes in me studiorum causa sumptus collatos undecunque tandem de facto persolvere. In huius rei firmius testimonium praesenti chirographo meo sigillum proprium subieci. Leutschoviae 6. die Junij Anno per Christum recuperatae salutis 1614.

Idem, qui supra,
fateor et recognosco mp.

Kívül: Obligatio Jacobi Crameri Junioris L. Argentinam studiorum gratia publicis sumptibus expediti inclyto senatui Leuchouiensi tradita. Anno 1614. 6. Junij.

140/3

134.

Lazarus Henckell a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Bécs, 1614. július 3.

A tanács június 4-i levelében arra kéri őt, hogy támogassa a lőcsei esküdtpolgár, Konrad Kramer fiát, Jakob Kramert, aki tanulmányai folytatása végett Strassburgba kíván menni. A kérésnek, lévén Kramer a rokona, eleget tesz, s már be is ajánlotta őt Regensburgban és Ulmban. Ott további ajánlóleveleket kap majd Strassburgba. Henckell aggódik amiatt, hogy az

évi 50 magyar arany, amit Kramer kapni fog, nem lesz elegendő, mert az említett helyeken nagy a drágaság.

Edle, ernueste, fürsüchtige vnd weise, innsonders gunstige, liebe Herrn, denselben seyen meine beflissne, gantz willige Diennst yederzeith zuuoran beraith. Der Herrn schreiben vom 4. Junij negstuerschinen hab ich wol empfangen, vnd vernomen, wassmassen sy mir ires aytburgers Conradten Cramers Sohn, Jacoben Cramer recomendiern, demselben zu uerhelffen, dass er zu fortsetzung seines Studij, fürgelichen nach Strassburg khomen mechte, vnd was sy mir beynebens merers andeüten. Wann ich mich dann dessen, sowol auf der Herrn recommendation, als dass gedachter Junge Jacob Cramer mein befreundter ist, schuldig vnd willig erkhenne, alss hab ich nit vnterlassen, ine alspaldt fortzubefürdern vnd an meine Factorn zu Regenspurg vnd Vlm ferer zu recomendiern. Die ime auch nach Strassburg an ire bekhante schreiben erthailt haben werden, allain besorge ich, er werde järlich mit fünftzig gulden hungerisch, welche ime zu raichen gleichfals verordnet worden, schwärlich ausskhomen khünden, weil derselben orthen alles theur vnd auf ein pedagogiam nit Rechnung zu machen ist, welches ich also den Herrn in freundtlicher anthworth anfüeren, beynebens Gottes gnaden vnns sambtlichen threulich beuelchen wellen. Wien, den 3. Julij Anno 1614.

Der Herrn dienstbeflissner, gantz williger
Lazarus Henckel der Elter mp.

Címzés: Denen Edlen, Ehrnuesten, fürsichtigen vnnd weysen Herrenn, Namhaftigen Richter vnnd Rath der Statt Leütsch, meinenn gunstigenn, lieben Herrenn
Leütsch

A tanács megjegyzése: Anno 1614. 9. Julij aus Wien von Herrn Lasaro Henkel wegen Jacob Cramers dem Jüngern.

83/4

135.

Jakob Kramer a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Strassburg, 1614. augusztus 1.

Július 6-án érkezett Strassburgba, s három nappal később otthonában felkereste Tobias Speccert, az iskola rektorát. Átadta neki a tanács által küldött levelet és az ajándékot. Speccer rendkívül hálás volt, és újfent felajánlotta szolgálatait. Az első osztályba iratkozott be, melynek vezetője Paul Crusius, akit pártfogóinak érdemes lenne levéllel is megkeresniük.

Salutem cum humillima officiorum suorum commendatione.

Ut, Nobilissimi, Amplissimi Prudentissimique Domini, Domini Mecaenates ac Promotores multis nominibus colendi, virtutes aliae omnes, ita gratitudo, inprimis fontis rigatrix, quae est misericordiae adque benefaciendum stimulatrix,

omnibus studiosis adolescentibus quam maxime commendata esse debet, sese ut gratos ac benevolos rursum erga eos, beneficia a quibus accepere haud exigua, exhibeant, quo facto eos denuo in sui amorem et promotionem facile pertrahent. Mearum quoque partium esse arbitratus sum, si brevibus amplitudines vestras de felici Argentoratum meo adventu certiores facerem, idque potissimum hac oblata occasione, quam respuere nasoque aduncо suspendere haud fas esse ducebam. Die itaque 6. Julij styli novi me salvum sospitemque Argentinam appulisse sciant, dieque tertia post literas magnifico, quas amplitudines vestrae misere, rectori M. Thobiae Speccero, pro tempore sacrarumque literarum professori fidelissimo una cum munere adiuncto privatis in aedibus obtulisse, officiaque amplitudinum vestrarum ei annunciasse, pro quibus adeo submisse gratias egit amplitudinibus vestris, ut dictu sit difficile, suaque iterum officia quovis loco et tempore parata obtulit. E re quoque duxi esse mea ad classem promotum me esse primam significare, cui dominus M. Paulus Crusius praepositus est. Ad quem, vestris si placuerit amplitudinibus, literas dare nonnullas, idque nota de meliori integrum erit.

Mei quod erit officij, sedulo in id incumbam, studia ne nequam mea imitari videantur, quin, honesti belloque condecorati juvenis quod erit officij, exequar. Et in suam quoniam amplitudines vestrae tutelam ac promotionem me susceperint, illarum quoque sumptibus ne destituar, annuis erit providere, ne (quod dij avertant) vanus irritusque labor itineris huius suscepti esse videatur. Quarum tamen de providentia nullum mihi est dubium, spe fretus certa praeter meam quoque expectationem omnia ventura. Occasione alia oblata alijs quoque de rebus amplitudines vestras certiores reddere placebit, iam divinae tutelae commendatae valeant. Datum Argentorati die 1. Augusti Anno 1614.

Nobilitatis, amplitudinis et prudentiae
vestrae observantissimus
Jacobus Cramer

Címzés: Nobilissimis, Amplissimis Prudentissimisque Dominis, Judici ac Senatoribus Liberae Regiaeque Civitatis Leutschoviae, Promotoribus ac Mecaenatibus suis aeternum colendis Leutschoviam

A tanács megjegyzése: Anno 1615. <!> 25. Septembris

83/3

136.

Jakob Kramer a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Strassburg, 1614. december 15.

Alkalom híján már régóta nem írt pártfogóinak. Köszöni az eddigi jótéteményeket. Egészségi állapota jó, minden erejét a tanulásra fordítja. A tanácstól kapott pénzből azonban nemigen tud megélni a nagy drágaság miatt, ezért most ismét segítséget kell kérnie.

Cum oblatione servitiorum meorum salutem plurimam, nec non foelix huius novi anni et faustum auspicium amplitudinibus vestris animitus precor.

Etsi iam dudum, Nobilissimi, Amplissimi Prudentissimique Domini, Domini Mecaenates ac Promotores omni observantiae cultu prosequendi, nihil literarum ad amplitudines vestras misi, tamen non negligentia quadam, aut incuria id factum est, verum quod nulla sese mihi offerebat occasio ad amplitudines vestras scribendi. Hac autem nunc oblata intermittere non potui, quin hocce epistolio amplitudines vestras visitarem cum propter propensam amplitudinum vestrarum erga me voluntatem, quam in me promovendo amplitudines vestrae satis superque declaravere, tum etiam, ut meam A. V. testatam facerem gratitudinem. Tam enim firmiter beneficium A. V. pectori meo est infixum, ut non possim huius ullo modo immemor esse. Et cur huius non memor essem, cum non levi quodam, non exiguo me ab A. V. ornatum esse beneficio sciam, sed tali, quo vix ullum illustrius aut praeclarius esse possit. Si enim apud me reputo, quanta vis quantumque momentum positum sit in artibus liberalibus, quamque pernecessaria in omni vitae genere earum cognitio, ilicet fateri cogor nullum maius, nullum denique praestantius ab A. V. in me conferri potuisse beneficium, quam quod harum cognoscendarum et discendarum gratia me tanta liberalitate promoverint. Ut autem A. V. pro tantis ac talibus meritis me vicissim gratum cognoscant, A. V. promitto ac polliceor me interea omnia mea studia eo directurum, ut aliquando post exactam studiorum telam tam patriae, quae mihi oculis meis clarior est, quam ecclesiae utiliter servire possim.

Quod valetudinem meam attinet, ea utor adhuc commoda et integra, studijs quoque, quantum pro viribus possum, incumbo. Porro, si etiam A. V., quae aut qualis nunc conditio, sive status meus sit, scire expetunt, is certe talis est, qualis ijs, qui pecunia egent, minime est optandus. Tanta est enim annonae, tum etiam aliarum rerum necessariarum caritas, ut me hoc beneficio, licet illud, ut saepius dictum, non sit levidense aut chartaceum, sed, ut veritatis limites non excedam, magnum et multi pretij multique momenti, cum tamen pro hocce maiores maximis, et eas, quas possum mente concipere, plurimas agam gratias, sustentare vix atque vix possim, ita, ut et nunc iam difficultate rei nummariae laborem. Quod reliquum est, insuper rogo, oro, obsecro et ea, qua par est, animi observantia A. V. submisse peto, ut mei memores, sicuti et ego A. V. memor sum, et A. V. oblivioni nunquam trado, ut et ventis, semper esse non dedignemini.

Quod enim me attinet, ego cunctas meas res, ut et actiones, veluti hactenus quoque a me factum esse arbitror, eo nullo non tempore dirigam, ut de me apud A. V. conquerendi occasio nulla unquam dari possit. Omnium igitur postremo V. A. divinae protectioni omni tempore commendo, et quotidianis precibus a Deo ter optimo maximo peto, ut vos, meos mecaenates et promotores et inposterum sospites et incolumes conservare velit. A vobis etiam omnibus et singulis etiam atque etiam postulo, ut me eadem benevolentia, qua me hactenus prosecuti fuistis, inposterum quoque prosequi non indignum putetis. Datum Argentorati die 5.

Decembris styli veteris Anno recuperatae per Christum salutis humanae supra millesimum sexcentesimum decimo quarto.

Nobilitatum, amplitudinum et prudentiarum vestrarum
observantissimus Jacobus Cramerus

Címzés: Nobilissimis, Amplissimis, Prudentissimis Dominis, Judici ac Senatoribus Liberae regiaeque Civitatis Leutschouiensis, Promotoribus ac Mecaenatibus suis aeternum colendis Leutschouiam

A tanács megjegyzése: Anno 1614. die 10. <!> Decembris Argentina a Jacobo Cramero

83/2

137.

Jakob Kramer a lőcsei főbírónak
Strassburg, 1614. december 15.

A tanácsnak írott levelében, s ebben a főbíróhoz szólóban is köszönetet mond pártfogójának a kapott ösztöndíjért. Egészsége jó, ezért teljes erővel dolgozik. Kéri, hogy a főbíró ne nehezteljen rá, amiért megírta, hogy a küldött pénz mennyire kevés, de itt a nagy drágaság miatt, mégha nem is vesz könyveket, maga a megélhetés is tetemes összegbe kerül. Bármennyire is spórolt otthonról hozott pénzével, az húsvétig, amikor következő ösztöndíját megkapni reméli, nem lesz elég. Kénytelen kölcsönkérni. Kéri a főbírót, járjon közbe érdekében, hogy a tanács számára egy kisebb összeget utaljon ki, hogy abból tartozásait meg tudja majd adni.

Consultissime, Amplissime et Prudentissime Vir, Domine Judex, Patrone et Mecaenas summo observantiae cultu prosequende, intermissis primo omnibus alijs, quae me et amplitudinem tuam spectare videntur, a felici novi anni auspicio, quod A. T. ex animo eiusque penetralibus precor, exordiri optimum esse statui, deinde vero A. T. significo, ut mea gratitudo eo melius in lucem prodeat, hoc epistolio me non tantum reliquos amplissimos et prudentissimos viros in superiori gradu collocare magnique facere, verum etiam A. T. in specie non levi (quod aiunt) mollique brachio tractare, aut parvi pendere, sed sedulo tanquam optimum patronum et mecoenatem ob oculos ponere, ideoque hisce literis A. T. rerum, ut et actionum mearum certiorem facere necessarium et opus esse in animum induxi.

Quantum autem valetudinem meam attinet, ea utor Dei gratia prospera secundaque, et cum ita valetudine utar, bona ne illa abuti videar, quantum in me est positum, studijs manibus pedibusque operam sedulo navo, illud cogitans, quod hac ratione non solum mihi honori, proximo meo emolumento, sed etiam dulcissimae patriae usui esse possim.

Quod deinde stipendium concernit, cuius quoque in epistolio illo, quod ad meos mecaenates in genere scripsi, mentionem feci, ego quoque A. T. in specie maximas refero gratias pro illo, cum A. T. mihi praecipuus huius autor extiterit, et interim rogo, ne A. T. ita stricte illud accipiat, quod scripserim illo me vix atque vix sustentare posse. Simulque peto, ne A. T. in malam id interpretetur

partem, nam in illo scribendo uti quoque indicavi annonae caritatem, tum etiam aliarum rerum necessariarum paucitatem consideravi, quae certe talis est, ut mihi vix quis credat. Et hoc propterea non scripsi, quasi beneficio isto contentus non essem, sed quod ita humiliter hocce me sustentare cogar. Nam si consideramus primo sustentationem, quoad victum, ut et amictum neglectis tamen libris, qui quoque hic in magno sunt pretio, quique quotidie quoque sunt necessarij, magnos re vera sumptus requirit. Sumptibus illis, quos ex patria tuleram, tam parce me sustentavi, ut certe ipse interdum genium meum defraudarim, tamen nimia caritate cum victus tum aliarum rerum ad studia necessariarum plane sum exhaustus, ita, ut me usque ad festum Paschatis, quo mihi (uti spero) sumptus remittuntur, sustentare non possem, nisi boni viri mihi confiderent, cum me fidelem agnoscant.

Quocirca prudentiam et claritatem tuam submisse tanquam alumnus rogo (nam in amplitudine T. omnem spem meam fixam locatamque habeo), ut A. T. tantum apud reliquos meos promotores efficere velit, ut mihi sumptus tempestive exhibeantur, quo creditoribus meis satisfacere ad promissa possim. Omnium igitur postremo A. T. etiam atque etiam peto, ut A. T. mei nullo non tempore memor esse non dedignetur, cum A. T. promotorem meum singularem agnoscam, insuper tanquam patrem meum A. T. mihi esse sciam. Quod reliquum est, A. T. in Dei ter optimi maximi tutelam commendo, eundemque quotidianis precibus rogo, ut A. T. lucis usura diuturna donare, regere, tueri et conservare velit. Vale, Vir Amplissime. Argentorati 5. Decembris Anno recuperatae per Christum salutis 1614.

Amplitudini et prudentiae tuae
observantissimus Jacobus Cramerus Junior

Címzés: Literatissimo, Consultissimo et Prudentissimo Viro, Domino Nobilissimo, Judici Liberae Regiaeque Civitatis Leutschoviensis, Mecaenati mihi plurimum colendo
Leutschoviam

A tanács megjegyzése: Anno 1614. 5. Decembris Argentina a Jacobo Cramero

83/1

138.

Georgius Dechius a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Thorn, 1615. január 27.

Mióta Lőcséről távozott, nem írt a tanácsnak. Ennek már két éve. Pártfogói akkor utasították el ösztöndíjkérelmét, mivel még nem találták alkalmasnak egyetemi tanulmányok folytatására. Azt tanácsolták neki, hogy egy ideig még valamely jobb alsó iskolában tökéletesítse ismereteit, és tanuljon nyelveket. Először a morvaországi Iglau, majd a porosz Thorn híres gimnáziumaiban tanult. Mivel mindenképpen egyetemre kíván menni, ahol teológiát hallgatna, kéri, hogy számára legalább három évre biztosítsanak ösztöndíjat. Sürgősen szüksége van a pénzre, ugyanis húsvét után már útra is akar kelni. Cserébe felajánlja szolgálatait.

Salutem, pacem, sanitatem et prosperum in administranda republica successum amplitudinibus vestris spectatissimis cum officiorum meorum commendatione sedula praemissa ab universi huius conditore et effectore precor et opto. Mirabimini procul dubio, Viri Amplissimi, Consultissimi, Prudentissimi, Fautores ac Mecoenates aeternum suspiciendi, mirabimini, inquam, procul dubio, quod toto hoc temporis spacio, quo Leutschovia discessi, nihil ad vos literarum dederim, nec aliquod progressus studiorum meorum specimen vobis de me praebuerim, gratamque meam mentem ob beneficia antehac mihi exhibita non declaraverim. Verum enim vero, si rationes, quamobrem id neglexerim, perceperitis, veniae gratiam ultro mihi largiemini.

Etenim, cum ante biennium meae me petitionis participem fieri non posse inaudiverim, omne statim tempus reliquum studiorum et praeceptorum (quos perquam eruditos mihi habere contigit) transmittendum, inque praeceptis ac institutis philosophiae desudandum mihi esse putavi, atque hoc pacto literarum scriptione non mea me voluntas, sed meae vitae rationes in hunc modum susceptae prohibuerunt. Nunc vero, cum uberiores (absit iactantia verbis) in ijsdem me progressus fecisse mihi conscius sim, tempusque illud a spectabilibus amplitudinibus V. mihi destinatum instet, non potui intermittere, quin hoc meo supplice eas tandem visitarem libello.

Nondum memoria vestra, V. C., excidisse autumo, quam ob causam biennio abhinc suasu et hortatu virorum authoritate gravissimorum in conspectum vestrum multo iucundissimum prodierim. Petij scilicet, ut, quo studiorum meorum coeptum commode absolvere possem studium, paterno consilio et auxilio succurreretis. Verum id tum temporis mihi denegatum fuit.

Et sane non abs re! Vos enim, V. A., ingeniorum et iudiciorum vestrorum dexteritate non dum satis aptum, ut ad altiorem aliquam scholam mitterer, vidistis, cognovistis, experti estis, atque ideo, ut tempus adhuc aliquod in triviali aliqua, eaque celebri schola in addiscendis literis et linguis consumerem, authores mihi extitistis sapientissimi. Ego sane (hacce accuratiori iudicij lance ponderans) manibus, ut dicitur, pedibusque in vestram ivi sententiam, inque praecipuis duobus, Iglaviensi nimirum, quod est Moravorum, et Thoruniensi, quod Borussorum (in quo et ad hunc diem), vixi gymnasijs, Musasque pro ingenij mei viribus excolui.

Cum vero imposterum * academiam quandam salutare, et facultatem aliquam perquam audire vellem, A. V. S. ea, qua par est, animi submissione, ut, quod superioribus temporibus mihi recepistis, iam reapse praestetis, stipendioque ad triennium, vel ultra pro lubitu vestro honorifico me ornare velitis, oro atque contendo. Ego, quod meum erit, faciam. Studijs sedulam ac diligentem navabo operam, et ne sumtus hi inaniter in me collocentur, omnem movebo lapidem, ac tandem, quod praecipuum est, officijs meis in perpetuum vobis obstrictus ero. Nec defuturos spero tales honestos viros, qui, si opus fuerit, fidem etiam suam sint interposituri, de qua re parentes mei soliciti erunt. Ast ne dubias spectabiles V. dominationes, cuinam facultati animum meum sim applicaturus, relinquam, brevibus exponam. Diu hic mihi multumque circumspicienti ac cogitanti sacrosanctae theologiae volente ita altissimo, sine cuius quippe numine nihil

est in homine, animum consecrare placuit. Quod meum propositum num A. V. approbaturae sint, suo tempore ut haut ** gravate mihi perscribant, oro.

Quod reliquum est, Patroni Spectatissimi, iterum atque iterum, ut mihi faveatis, Musas meas promoveatis, petitioni meae honestae locum detis, ea, qua par est, animi submissione rogo, atque simul, si nimirum haec mea petitio veluti secundis subvecta ventis portum, quem sibi proposuit, consecuta fuerit, pecuniam ilico *** transmittatis. Etenim post festum statim Deo volente Paschae (quod tempus studijs commodissimum) itineri me accingerem. Verum hac in re vestram audiam sententiam. Hisce A. V. S. Deo T. M. commendatas volo, me autem earundem amori, favori ac benevolentiae. Etiam atque etiam valeant. Datae Thorunij Borussorum Anno 1615. 6. Calendarum Februarii.

Amplitudinum vestrarum subiectissimus
Georgius Dechius Gymnasij
Thoruniensis alumnus mp.

A margón ugyanazzal a kézzel: * in posterum et non imposterum, ** haud et non haut, *** illico et non ilico

Címzés: Dignitate, prudentia, multoque rerum usu Spectabilibus Viris, Domino Judici, nec non et caeteris liberae ac regiae civitatis Leutschoviensis Senatoribus, Dominis Mecoenatibus, Patronis et Fautoribus suis debita animi observantia colendis et suspiciendis

A tanács megjegyzése: Thorunio

85/1

139.

Peter Zabler a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1616. április 8.

Kéri a tanácsot, hogy e levél kézbesítőjét, Friedrich Breslert, aki az iskolában eddig is igen jó eredményeket ért el, további tanulmányaiban a Thurzó-hagyatékból támogassa, és számára tisztes útravalót biztosítson.

Salutem a salvatore animitus precatur.

Amplissimi ac Prudentissimi Viri, Domini observandissimi, cum praesens literarum ostensor, Fridericus Breslerus suam hactenus nobis pietatem, obedientiam et diligentiam in studijs probarit laudabilem, eidemque sit animus proficiscendj ad vberiorem literarum artium mercaturam, nihil magis in votis et optatis haberem, quam ut liberali vestro munere, quo de legato Thurzoniano similiter alios prosecuti estis, gaudere valeret. Rogo proinde vestras amplitudines humiliter, ut honestum adolescentem honesto viatico donare non graventur, neque dubitent, quin illud probe sit collocaturus, et ita in studijs progressurus, ut huius

in ipsum collati beneficij vestras amplitudines nunquam poenituerit. Hisce valete. Dabantur in meo musaeo 8. Aprilis Anno 1616.

V. A. deditissimus M. P.
Zablerus pastor

Címzés: Prudentissimis atque Amplissimis Viris, Domino Judici et coeteris Senatoribus Reipublicae Leutschoviensis, Dominis suis observandissimis

78/22

140.

Kaspar Rugner a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1616. augusztus 26.

Dicséri a tanács mecénástevékenységét, s köszönetet mond a négy éve számára nyújtott támogatásért. Most részben atyja buzdítására azzal a kéréssel fordul pártfogóihoz, hogy azok ismételten nyújtsanak neki anyagi segítséget, hogy vagy valamelyik németországi egyetemen, vagy egy jobb gimnáziumban folytathassa tanulmányait. Egyúttal felajánlja szolgálatait. A korábban kiutalt 70 tallérnál – szükségleteire és a szekérre – valamivel többet költött. Lőcsén kölcsönzött 6 magyar forintot, amit a kocsisoknak adott. Kéri, ezt az összeget küldjék meg neki.

Salus multa.

Penitus mecum, Viri Amplissimi, Prudentissimi, Consultissimi, Fautores et Mecoenates plurimum honorandj, colendi, suspiciendj, perpendens veriverbium illud, liberalem esse nil esse aliud, qvam Deum jmitarj, non possum non mirari animum gentilium et eorum imperatorum, qvorum mens caliginum nymbis obfuscata qvodammodo immo multum coecutiebat, et Deum, qvid sit, imitari plane ignorabat erga egenos summe liberalem et beneficum. Qvotqvot enim sunt nostratium, qvi Christiani et esse, et audiri volunt, qvibus praelucet lux evangelij sanctissima, qvibus imitari divinum innotuit. Qvi Scipionem modo Affricanum imitarj didicere? Perpauci profecto. Sed sint perpaucj. An de vobis, Viri Amplissimi, Prudentissimj, Consultissimi, unqvam ab huius viri benignitate, humanitate, liberalitate clarissimj animo vestrum abalienatum qvis opinabitur? Utique sanus nemo. Qvi hoc? Sunt vivi testes, testes sunt peregrini, testes sunt domesticj, qvorum testimonio pessum eunt contraria. Sum et ego testis, qvi profecto testor et vere fateor hanc nostram rempublicam hac in re (nec caetero inferiorem) caput inter caeteras extulisse urbes, dum honestis ingenuisve adolescentibus gratia vestra et favor vester largiter affulserit, optime cupierit, eosque in promovendo nullam sitis perpessi moram, qvorum numerus profecto non exiguus, qvorum ego minimus hanc vestram liberalitatem maxime praedico et, qvocunque ventum, praedicaturus id, qvod ante qvadriennium, dum abitum molitus, munere grato, profecto et accepto me donastis, sicque animum vestrum mihi cupidissimum

apperuistis. Qvamvis igitur multum et plus, qvam possum, debeam, tamen ad morem nonnullorum debitorum, qvi qvo magis suis sunt obstricti creditoribus, eo magis, dum indigent, obstringi se patiuntur, hoc vestro animo erga me benevolo et pollicitatione parenti meo facta nunc fretus enixim peto, et supplex oro, qvo amplitudines vestrae nunc mihi Germaniae academias, modo liceat, sin propter penuriam, qva laboro, sumptuum non fas sit, nihilo secius illustre aliqvod gymnasium studia mea continuandj et ingenium meum uberius excolendj expoliendique gratia petituro nonnihil ex aerario publico communicent, de me omnia honesta, omniaque, qvae ingenium decet adolescentem, optuma qvaeso sibi pollicitantes. In eo jam totus ero, qvo olim reversus patriae meae percharae serviendo, vel Deo cum bono aliqvomodo praeessendo resarciam rependamque. Offerens nunc vobis, Viri Amplissimi, Prudentissimi, Consultissimi, omnia, qvaeqvae a me proficisci poterunt, officia, ac vos divinam in protectionem, me vero vestram in gratiam favoremque vestrum humillime commendans. Leucoviae 7. Calendarum Septembris 1616.

Amplitudinum V. sùbjectissime supplex
Caspar Rugnerus junior

S. P. Ultra 70 talleros mihi porrectos propter magnam rerum difficultatem et emptam rhedam adhuc expositum est aliquid, et hic mutuo accepti 6 floreni Hungarici dati aurigis, quos haud gravatim una mitti quaeso. B. V.

Címzés: Supplicatio ad Amplissimum, Prudentissimum et Consultissimum Dominum Judicem caeterosque Inclutae huius Reipublicae assessores dignissimos Fautores et Mecoenates mihi plurimum colendos, suspiciendos

80/37

141.

Jakob Kramer a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Strassburg, 1616. december 13.

Exilium Christi et ecclesiae című dolgozatát hálája jeléül a tanácsnak ajánlja. Dicséri annak mecénástevékenységét, és kéri, tanulmányait a továbbiakban is támogassák.

Salutem plurimam καὶ τὰ πρὸς τὴν εὐζωΐαν καὶ εὐσέβειαν summa submissi animi devotione a servatore nostro vobis, P. Amplissimi, precor et opto.

Si, Viri Nobilisiimi, Amplissimi Consultissimique, patriae Patres, si, quam, vestram erga me liberalitatem propensitatemque, qua me hactenus e: nis in locis Musarum castra sequentem prosecuti estis, considero, ancipiti co lance deliberandum haud censeo, quibus exercitium hocce poeticum, quam v C. D., patris datum dicatumque velim. Vester sum, vobis cuncta debeo. Quid alumnum vestrum deliberato suffragiorum judicio et examinata trutina ado

tus. At quo meo merito? Nullo hactenus, ingenue fateor, sed solo instinctu et ductu geniorum vestrorum. Bonis namque Musarum cumprimis cultoribus ut animitus faveatis, natura vos invitavit, voluntas incitavit, fortuna ditavit. Ideo quotidie in dissitis hisce a patria oris beneficia plena et prolixa manu in me conferendo studia mea excitatis, atque ad maiorem proventum sterile ingenij mei haerediolum favoris perenni fonte et munificentiae ac benignitatis irriguo latice ubertim perfunditis, faecundatis. Sed stilum aut linguam quid laxem in ea, quae ne libare quidem sustineo? In animo haec magis praedico, quam stilo. Utroque tamen nunc ad vos, Patres Amplissimi, venio, et in animi grati pro incredibili meritorum magnorum copia thesseram, mole exiguum aliquid, re tamen magnum, EXILIUM nimirum CHRISTI et ECCLESIAE, paene verens aut certe verecundans adfero ab animo commendandum, studioque potius mei cultus et adfectus, quam sui precio aestimandum. Meliora certe et maiora meriti estis, o, Columnae patriae, at vacillat adhuc iudicium aetate hac, qua adolescenturire (ut poeta habet) solemus liberius. O, si mihi pro animo vires! Adeo tenuiculum et levidense munus chartaceum, te, fides et veritas, appello, tantis patronis patriaeque columnis destinare, aut inscribere suppuderet. Sed quicquid sit, si mihi cum alijs res esset, animum plane desponderem, sed iam de vestra benevolentia et aequanimitate nullus dubito.

Sed quiquae potuit, dat maxima, gratus abunde est,
Et finem pietas contigit illa suum.

Vos ergo, Viri Prudentissimi, facillime et hic, ut in omnibus ἐπιείκειαν adhibebitis, potiusque voluntatem magnifacjetis, quam facultatem exacte excutietis. Hoc igitur publicum quidem monumentum, sed levidense genij mei munusculum, et tantis viris parum dignum, ut A. V. a me non secus atque Artaxerxes a Syraeta rustico paupere allatum aquam placidissimo vultu accipere, meque et studia mea patrocinio vestro tanquam Palladis aegide benignissime fovere dignentur, debita animi submissione etiam atque etiam oro et obsecro. Quod si mihi tribui a vobis concedique sentiam, calcar mihi addetis ad maiora adspirandi, officia quoque profecto, ut hunc erga me vestrum favoris et amoris solem neutiquam mihi frustra illuxisse sciatis. Salvete ac valete, Patroni Magni, Deo ter-optimo maximo conmendati, vobisque lege devotionis sacratum, et velut in manus datum me, vestrum cultorem fidum ac clientem, ut hactenus, ita et posthac esse patiamimi. Dabam Argentorati die 13. Decembris Anni τῆς θεανθρωπήσεως 1616.

V. N. et A. subiectissimus cliens
Jacobus Cramer

Címzés: Nobilissimis, Amplissimis Consultissimisque Viris, D. Judici ac Senatoribus Liberae Regiaeque Civitatis Leucoviensis, Patronis ac Promotoribus suis aeternum colendis
Leutsch

83/6

142.

Lazarus Henckell a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Bécs, 1617. február 4.

A tanács január 18-i levelét megkapta, s továbbította Jakob Kramernek Strassburgba. Veit Yarchtallernek eljuttatta rendes illetményét. Szándékában áll a tanács levelét is elküldeni neki, s egyúttal Kramer felől érdeklődni.

Edle, ehrnueste, fürsüchtig vnd weise, insonders gunstige, liebe Herrn, denselben seyen meine beflissen willige diennst jederzeith zuuoran, vnd wunsche den Herrn hinwiderumben zu disem angefangenen noch gar vil glickhselige Fridt vnd freidenreiche neue Jar, sambt aller zeitlichen vnd ewigen wolfarth. Der Herrn schreiben vom 18. passato hab ich wol empfangen, das eingeschlossen nach Straspurg an Jacob Cramer alberaith bestelt, wie auch dem Herrn Veith Yarchtaller geschriben, ime merers nit, als sein ordinarj deputat erfolgen zu lassen, will nitweniger dem Herrn Yarchtaller bemeltes, der Herrn schreiben mit negster post einschliessen, vnd ime ersuechen zu erkhundigen, wie sich der Cramer bissher verhalten, vnd sein Zeith angelegt habe, die Herrn hernach dessen wider berichten. Sein die Vncosten bey ime wol angelegt, will ich nit zweiflen, er werde khonfftig danckhber sein. Damit die Herrn wie vnns sambtlichen Gottes gnaden threulichen beuelchens. Wienn den 4 Febrer Anno 1617.

Der Herrn diennstbeflissner, williger
Lazarus der Elter mp.

Címzés: Denen Edlen Ehrnuesten, fürsichtigen vnd Weisen Herrn N. vnd N. Richter vnnd Rath der Stadt Leütsch etc., meinen sonders günstigen vnd vielgeliebten Herrenn in Leutsch

83/7

143.

Sebastian Walch a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Strassburg, 1617. november 3.

Jakob Kramer ez év január 16-án fizetett neki, de még így is maradt 14 forint 6 batzen tartozása. Azóta eltelt 42 hét. Így, mivel egy hétre másfél forint és 4 d. járt neki, még 64 forintnyi követelése van a szállásért és a kosztért. Elmúlt tavasszal, amikor Kramer megszerezte a magiszteri fokozatot, kölcsönzött neki 35 forintot, azóta pedig tüzelőre és világításra 6, cipőjavításra 2 forintot. Ez összesen 121 forint. Többszöri próbálkozása ellenére eddig se pénzt, se választ nem kapott Kramer apjától, Konrad Kramertől. Kéri a tanács közbenjárását. Ellenkező esetben a strassburgi hatóságok fognak intézkedni.

Edell, gestreng, ehrnvest, fürnehm, fürsichtig, ehrsam vnnd hochweiss E. streng, F. E. Weisheit seyen mein willige dienst bereytt zuvor, genädig vnnd gün-

stige Herren. E. E. geb ich auss hochtringender Noth zu erkennen, wass massen E. E. vnderthäniger Stipendiat, M. Jacob Cramer sich nun ein zeyttlang allhier bey mir in meiner Kost auffgehalten, mir nächst verschinenen 6. Januarij alten Calenders, wegen damahl erlegten Kostgeldts, auff rechnung im rest schuldig blieben 14 fl. 6 batzen vnnd von dato hoc die an biss vff 27. 8brjs 1617., welches 42 wochen, alle woch 1 1/2 fl. 4 d. für ferner Kost, stub vnnd Cammer verfallen 64 fl. Ferner ich ihm auch nächst vergangenen Frühling zu Erlangung seines Magisterij auff sein fleissiges, an mich gethanenes bitten vnnd flehen, an barem geld gelihen vnnd vorgestreckt 35 fl., für holtz vnnd lichter 6 fl., für salvo honore, Schue zu bessern 2 fl., welches alles in einer Summa thuet 121 fl. Dieweil aber mir bisshero auff mein vnderschidliche, an obgemelten M. Jacob Cramers Vatter, Herrn Conrad Cramer, desswegen abgangene schreiben, noch zur zeytt weder antwort noch geld, ohnangesehen, ich solches höchlich von nöthen, ervolgt, hab ich auss beträngliche vnvermeidenlicher Nothurfft in keinem weg vnderlassen können noch wollen, E. E. mit gegenwärtigem diesem meinem schreiben, neben angehenckter, hochfleissig trungentlicher bitt, in gebühr zu ersuchen, E. E. wollen obernantem M. Jacob Cramer, alss Ihrem auff vnnd angenommenen Stipendiario Ihre genädige freündvätterliche Hand bieten, ihn auss ermeltem schuldenlast der 121 fl. erretten. Dan ob wol gemelte summa E. E. zweiffels ohn zu gross scheinen thuet, hatt er doch solches geld nicht, in massen er bey E. E. fälschlich angebracht worden, vnnutzlich verthan, sondern so viel als immer müglich gewesen, vnnöthigen vnkostens sich gäntzlichen enthalten. Verhoffe derohalben, E. E. werden vilgemeltenn M. Jacob Cramer nicht stecken lassen, sondern ihm mitt verfallenem geld ehester gelegenheytt behülfflich sein, in betrachtung, er, wie ich berichtet, von stattlichem adelichem herkommen, welches fürwar seinem Herr Vatter vnnd der gantzen freündschafft zu immerwerendem Spott vnnd schandflecken gereichen würde, wofern er seinen Sohn in stetiger solcher Verhafftung vnnd Verstrickung allhier wolte stecken vnnd sitzen lassen. Dan im fall kein bezahlung in kurtzem solte erfolgen, vnnd also länger mitt auffgehalten würde, werde ich, zwar vngern, vervrsacht werden, einen selbstäignen botten mitt einem besondern von hiesiger herrschafft mittertheiltem gewalt nach Leutschaw abfärtigen, welchem allem E. E. desto eher vnnd füglicher, wie ich verhoffe, würd wissen zu begegnen, E. E. sampt vnnd sonders göttlicher protection commendirtt vnnd befohlen. Datum Strassburg 24. 8bris alten Calenders Anno 1617.

E. E. dienstgefliessener
Sebastian Walch burger daselbstenn

Címzés: Den Edlen, Ehrvesten, gestrengen, fürnehmen, fürsichtigen, Ehrsamen vnnd Hochweysen Herren Richtern vnnd rath der königlichen freyen reichsstatt Leutschaw, meinen genädig vnnd gönstigen Herren
Leütschaw

83/8

144.

Lorenz Beisser a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Strassburg, 1618. január 6.

Midőn elmúlt év áprilisában Jakob Kramer elnyerte a magiszteri címet, megkérte, varrjon neki az alkalomnak megfelelő ruhát. Kramer a fizetséget későbbre ígérte. Beisser eleget tett a kérésnek, és még kezességet is vállalt Kramerért egy kereskedőnél. A kereskedőnek a már kifizetett 5 dukáton felül még 27 forint 11 batzen és 5 d. jár, neki pedig többszöri kölcsönzés és munkadíj fejében 11 forint 12 batzen és 3 d. Kramer kapott két számlát 34 forintról és 9 batzenről. Fizetni azonban még semmit sem fizetett, noha egy itteni kereskedőtől kapott egy bizonyos összeget, ám azt eldorbézolta, sőt, megszökött a városból. Viselkedése teljességgel érthetetlen, hiszen egyrészt lőcsei ösztöndíjas, másrészt pedig tiszteletre méltó szülők gyermeke.

Edell, ehrenuest, fürsichtig, weiss, hoch- vndt wohlgelehrte, insonders grossgünstige Herren, denselben seien meine geringfüege dienst jederzeit beuornn. E. E. H. vndt G. clagendt vorzubringen, welcher gestaltt M. Jacob Kromer E. E. vndt G. vnderthan im Aprils erst abgeloffenen 1617. Jahrs, alss er von einer löblichen Accademien alhie promouirt vndt Magister werden sollen, zu mier kommen, mich mit allem ernst ersucht vndt gebetten, dieweil er mit notwendiger Cleydung zue einem solchen werckh nicht versehen, auch kein sonderbare kundtschafft in Tuechläden habe, aber allen tag Geltt von seinen Eltern gewertig seye. Ich wolte ihme nicht allein freündtlich zue willen werden, solche Cleyder zue machen, sondern auch bej dem kauffman, solang, biss er dass Geltt empfangen werde, mich für die wahren zu uerbürgen, will mich alss dann wie einem ehrliebenden Gesellen gepüert, befridigen vndt bezahlen, darauff ich sowohl bej dem kauffmann über 5 ducaten, die er daruff bezalt, noch vor 27 fl. 11 batzen 5 d. guett gesprochen, alss auch ihme zue vnderschiedlichen mahlen gelichen vndt zue aussmachung gemelter Cleydung abuordienet 11 fl. 12 batzen 3 d. vndt vff die bezahlung gewartet, wie er dann desswegen beede zettul, welche inn Summa 34 fl. 9 batzen sich belauffen thun, specificiert empfangen vndt bejhanden. Aber widder alles verhoffen, da er (wie man mich hernach berichtet), dass Geltt, darauf er mich vertröstet, von einem kauffmann alhie empfangen, dasselbig vppiglich verthan vndt sich alss dann zum Thor hienan<...> gemacht haben solle, kan ich nicht vmbgehen, dieweil dann grossgünstige Herren die sachen, wie obgemeltet inn warheit sich alsso verheltt vnd beschaffen ist, vndt ihme solches inn keinem weg, dieweil ich von ihme verstanden, dass er von E. H. vndt G. mit einem Stipendiat gnediglichen versehen, von guetten Eltern sein solle, auch sich noch wohl einen junckhern schelden lassen, anuertrawet. Alss gelangt demnach an E. H. vnd G. mein vnderdienst- vndt hochfleissiges bitten, dieselben wöllen, inn ansehung, ich, ein armer Handtwercksmann, der des seinigen mehr dan wohl bedarff vndt nicht ermangeln kan. Ihm von Obrigkeit vndt Ampts wegen dahien anhalten, dass er mier solch Geltt onfehlbarlich zueschicke vnd alsso von ihme bezaltt werden möge. Daran erweisenn E. H. vndt G., wass ann ihm selbs Recht vndt billich, mier aber ein grossgünstiges benügen. Dann in verpleibung dessen vndt so er widder alles verhoffen, mich mitt gemelter zahlung

ferner vffhalten würde, würde ich notwendig verursacht vndt gedrungen, mein gnedig liebe Obrigkeit vndt ein löbliche Accademia alhie darunder zue bemühen, ihre Hülff suchen, vnd andern Process an die Handt zue nehmen, welchen ich lieber vmbgehen woltte. E. H. vndt G. Gottes gnedigen schutz vndt schirm treüwlich empfehlendt. Datum Strassburg, den 6. laufenden Januarij Anno 1618.

E. E. Herrlichkeit vndt G. vnterdienstwilliger
Lorentz Peisser burger vndt
Schneider daselbsten

Címzés: Den Edelen, Ehrenuesten, Fürsichtigen, Weysen, Hoch- vndt Wolgelahrten Herren Bürgermeistern, Richtern vndt Rhatt der Statt Leütsch, meinen insonders grossgünstigen Herren zu eigen Handen
Leütsch

A tanács megjegyzése: Anno 1618. 22. Octobris. Aus Strassburg wegenn M. Jacob Cramers.

83/9

145.

Peter Zabler a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1619. április 11.*

Kéri a tanácsot, hogy Martin Rauschnak, ezen levél kézbesítőjének, aki az iskolai vizsgákon mindenkinél jobban szerepelt, további tanulmányait a Thurzó-alapítványból kiutalt ösztöndíjjal támogassa.

Gratiam et pacem a Deo patre per Christum animitus precatur.

Amplissimi ac Prudentissimi Viri, domini Fautores et Amici honorandi, cum praesens hic literarum ostensor, Martinus Rauschius, scholae nostrae alumnus fundamenta sua in artibus liberalibus bene iecerit, nobisque ferme prae coeteris omnibus in examinibus maxime placuerit ob singularem et maiorem, quem indies fecit, progressum et profectum in studijs, similiter et debitam obedientiam nunquam non suis praeceptoribus probarit, rogo et oro humiliter vestras amplissimas dominationes auxiliatrices eidem supplicanti, et quidem misero orphano manus porrigere, et ex legato Thursoniano stipendium aliquod benigne largiri velint. Quemadmodum spem magnam concepi ipsum aliquando reipublicae Christianae usui futurum, sic nullus dubito eundem juxta Dej gratiam tantam diligentiam praestiturum, ut huius in istum collati beneficij vestras amplissimas dominationes nunquam poenituerit. Hisce bene valete. Dabam 11. Aprilis 1619.

V. A. P. dedissimus seruitor
M. P. Zablerus pastor

Címzés: Amplissimis ac Prudentissimis Viris, Domino Judici et coeteris inclytae Reipublicae Leutschoviensis Senatoribus, Dominis, Fautoribus et Amicis suis honorandis

146.

Martin Rausch a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Stettin, 1620. június 9.

Nem szívesen zavarja a tanácsot, különösen a várost sújtó adóterhek miatt. Reméli, kérését teljesíteni fogják, mivel indulásakor ígéretet kapott, hogy azonnal részesülni fog ösztöndíjban, mihelyt kér. Jelenleg ugyan ingyenes étkezésben részesül, de a tanácstól kapott pénze, melyet könyvekre, élelemre és mosatásra költött, teljesen elfogyott. Megpróbált kölcsönkérni a szintén itt tanuló Breslertől és Sturmtól, de azok maguk is segítségre szorulnak. Jóllehet ebben az évben még nem egyetemre jár, a tanulásban itt mégis nagyobb haladást ért el, mint amit más gimnáziumokban érhetett volna el két év alatt, ahol a tanárok hithűsége amúgyis kétes, vagy az egyetemen a rosszindulatú diáktársak között egy év alatt, ahol a tananyag is kicsi, s ráadásul a költségek is magasabbak. A tanultságot bizonyos dolgozatok bemutatásával lehet igazolni, de ez igen csalóka dolog, mert sokan a mások által megírt munkákat sajátjukként küldik el mecénásaiknak. Neki nyomtatásra amúgy sincs pénze. Különféle dolgozatai, melyek talán még jók is, egyelőre olvasásra kevéssé alkalmasak. Ha a tanács ezt kéri, szívesebben küldené el később munkáit. Az ilyen dolgozatok persze, ha nem is kompilációk, általában mégis más szerzőktől inspiráltak, s így kevéssé tesznek tanúbizonyságot a tehetségről. A közmondás szerint a hivatalban válik el az ember. Az igazi vizsga helye a tanári katedra, a szószék vagy a bírói pulpitus lesz. Ami az iskolai és az egyházi szolgálatot illeti – ez utóbbival már próbát is tett –, tanulmányai befejeztével szívesen lépne ilyen munkakörbe. Az ösztöndíj nagyságát a tanácsra bízza. Könyvekre és létfenntartására kell a pénz. Kéri, hogy írják neki elő, mikor fejezze be tanulmányait. Maximum három, minimum két évre lenne még szüksége.

Cum salute prosperitatem in gubernando, auream toti patriae pacem, optatam corporis et animae valetudinem ac omnium rerum felicem successum ex animo P. V. precatur.

Clarissimi, Amplissimi ac Prudentissimi Viri, Patres patriae aeviternum mihi colendi. Optabam saepius Telemachum imitari, qui aditurus Nestorem nunquam ausus fuisset ingredi, nisi verecundantem instigasset Minerva atque introduxisset. Ego item cum pudore diu luctatus quasi sum, fungarne officio hominis modesti, qui P. V., viros et autoritate graves, et reipublicae negotiis ita distentos, ut vacare vix vobis ipsis possitis, literis meis interpellare non erubesco. Spem enim praeterea P. V. alloquendi omnem fere mihi ademit rumor de exactionibus et tributis, quae quotidie charissima mea patria magno suo cum damno pendere cogitur. Sed quoniam necessitas, quae ipsa legem non accipit, sed omnibus ferre solet, exempto pudore audaciam ingeneret. Spem spero haut vanam faciles P. V. fore et mihi ignoscendi et causam meam promovendi. Ac in hoc quidem magis vacillans erigitur animus, dum vestram in me promovendo promptitudinem, quae non exigua est, internis animi oculis contueor, qua domo abiturienti ultro polliciti

velle vos meam egestatem stipendio aliquo, prima, qua petiero, occasione, sublevare. O, benigni benignorum patrum animi, a quibus inopia mea detecta divite promotionis cornu perfundor!

Ita autem se res habet, Patres omni honore dignissimi. Sedini modo commoror, qua in urbe, etsi jam ad tempus gratuita fruar tabula, tamen cum me sumptus, quos P. V. mihi suppeditaverant, prorsus defecissent, miserrima teneor conditione. Impensis enim quibusdam libris, quibusdam tabulae, quibusdam lotioni aliisque rebus necessariis in tantum adeo egestatem me praecipitavi, ut, cum exigua vel nulla hic sint accidentia, aut omnino dilaceratis vestibus mihi hinc abeundum, aut prorsus etiam pereundum erit, nisi patriae ope fulciar. Sollicitaui quidem Breslerum, ut et Sturmium, quoniam in eodem loco mecum degunt, sed, ut locus nobis idem, ita et eadem in omni re fortuna, ut nec ipsi me juuare quicquam, nec ego iis prodesse mea tenuitate valeam.

Eja, Patres patriae, quorum pietas nobis plurimum perspecta, renovate pium animi erga nos ardorem, neque omnium peregrinorum ope distitutos, vos quoque voti impotes, discedere patiamini. Nostri enim patres estis, post Deum nostra omnis spes in vobis posita est. Nostri promotores si manseritis, pro vobis oratores apud Deum futuri sumus. Si vos nostrum adjumentum, nos vestrum et patriae decus ornamentumque fore sancte pollicemur. Bona enim fide testamur, ego praesertim pro me ipso, sine jactantiae vanitate, a qua semper fui alienissimus, etsi non in academia hoc elapso anno vixerim, me tamen, ut nec de caeteris dubito, quorum profectus adhuc mihi ignoti, ea, Deo benedicente, studio et diligentia consecutum, ut nec in aliis scholis, ubi hodie nimia praeceptorum infidelitas, per biennium, nec in academia, ubi commilitonum malitia et lectionum raritas, per anni spacium sumptu majori nunquam comperissem. At verbis vix fides habetur, solent enim saepius falsimoniis plena esse. Verum non tum novercali erga me animo natura fuit, ut me hac notaret malitia, ut cum multi verbis saepius fallant, ego quoque ad fallendum pronus sim.

Conatum meum scriptis, thesibus vel orationibus probabo. Sed et ea multoties fallunt, cum plurimi, quarum rerum non sunt, authores se praedicent. Nec mihi, si quid typis dignum ederem, pecunia in promptu est, ut desiderio meo satisfieret. Cum ergo res quaevis scripta, etiam bona cum sit, minus lectu sit grata, prorsus illud modo intermittere malo, quam vel adulterinus author dici, vel P. V. chartis meis oneri esse, praesertim cum nulla transmittendi occasio se offerat. Faciam autem posthac, si quae facienda, et si quod specimen eruditionis meae P. V. expetiverint. Ac sunt quidem theses, tam theosophicae, quam philosophicae, studiorum et laborum aliquod speculum, exiguum tamen, neque magni momenti, siquidem earundem praestantia logicae studium tantummodo detegere videtur. Res ipsae raro a nobis ortum suum sortiuntur, sed potius ex aliorum scriptis, si non collectae, erutae tamen sunt, et ideo minus praeclaras ingenii dotes arguunt. Verum cum magistratus, ut commune habet proverbium, virum ostendat. Solidum studiorum examen judico, si quis vel in scholis legitima professione eruditionis suae tropaea statuat, vel in suggestu aut curia viua voce, quid possit, imperterrite premat. Ad scholarum autem curam, quae velut fons perennis in omnium hominum status operarios suos idoneos emittit, ut etiam ad ecclesiae in-

formationem, cum me haud ineptum fore inveniam, qui periculum concionando aliquoties jam feci, summa me tenet cupiditas pertexere studiorum meorum, quam feliciter exorsus telam, quam primum fieri possit, ut non tantum re ipsa ad officium promotus indefessum studiorum conatum probarem, sed et patriae meae charissimae, quam hactenus aliquot doctis viris orbatam intelligo, et cui aeternum obstringor, meis officiis ut praeessem, sic etiam prodessem.

Agite ergo, Patres patriae, et opem vestram imploranti stipendio aliquo subvenire ne dedignemini. Vos enim unicos, post Deum, non patrones tantum, sed patres, cum orbus sim parentibus, mihi delegi. Nec id immerito mihi enim praesenti adhuc, non tantum victu et amictu profuistis, sed et migranti ex patria in praeclarius sapientiae emporium viatico digno certe paterno vestro affectu subvenire non renuistis. Pro qua beneficiorum magnitudine, etsi me longe inferiorem esse intelligam, quam ut paria facerem, vel agendo gratias, ne dicam compensando. Accessit tamen alius major benevolentiae et humanitatis vestrae affectus, dum stipendium ultro mihi obtulistis. Quare, Patres aeuiternum honorandi, supplex denuo ad vos redeo. Allectus enim sum, non tam vestra liberali pollicitatione, quam singulari sapientia, qua duce, cui succurrendum sit, latere vos minime potest. Fretus insuper paterno vestro, cujus plurima habeo documenta, affectu, nulla ratione dubitare possum me et illius instinctu et sapientiae vestrae ductu a vobis promotum iri. Deum bona fide et salva conscientia testor me non commissurum, ut sine fruge et messe semen in me sparsum concidat. Harpyiarum enim, ut et hactenus a me caute obseruatum et praevisum est praui sodalii consuetudo summa declinata studio me nunquam inescabit. Nec labor aliquis insolitus, cum tamen vix ullum esse reor, qui non logica instrumentante, cujus mihi usus, Deo sit laus, tandem aliquantisper innotuit, delicium potius et svaue animuli ocium, quam labor nominandus. Hoc enim unicum simulante sciendi fervore noctes atque dies mentis oculis obversatur, ut cum Jasone in Cholchidem navigem, aureumque vellus, id est sapientiam et eruditionem, in patriam meam referam. Sine Medea autem illud assequi indefesse studebo, nec unquam blandis dominis et voluptatibus servitum ibo. Sed fallor, vel fallere cupio, absens enim „promissis dives quilibet esse potest", cum nec epistola erubescat, et totus etiam orbis fraudibus et dolis hodie scateat. Optarem hercle cum rege Aphonso <!> sapientissimo insertas esse cordi meo fenestras, ut agnosci posset illud non dissentire, sed in omnibus consentire dictis et literarum picturae. Sed cum cardiagnostes Deus sibi soli hoc reservarit, ut hominum scrutetur corda, ille etiam sua gratia et fauore, cum me eidem soli devoverim, mihi adspirabit, ut, licet totus orbis ex fraudibus et dolis constet, ego tamen non patiar, ut mihi vel ingratitudinis, vel mendacii aliquod stygma inuratur. Est enim et ille supra me, qui lumina orbis universa fecit, et cujus oculi sole sunt clariores. Hic mihi a latere posuit infernalem illum tortorem intus in ipso corde conscientiae vermem, sub me abyssum delinquentibus inevitabilem. Ejus ergo munere negligenter si fungerer abutens mina mihi commissa, nunquam profecto poenam illius, cum ipsi nihil absconditum sit, effugere possem. Licet autem vehementer me turbet, quod hanc traditam mihi a Deo minam meis opibus sustentare et provehere nequeam, solatur tamen me vos deos in terris a Deo supremo esse constitutos, qui nullo pacto intermit-

tere poteritis, ut mina ab authore vestrae authoritatis mihi communicata expers opis vestrae sine fruge pereat. Vos enim, cum a deorum maximo hac regendi potestate estis donati, simul promotores meos esse voluit, quorum et corda flexit, ut mihi abeunti ultro opem vestram detuleritis. Quapropter vos vere et sine omni fuco divos apello, tum quia nomen et omen deorum geritis, tum etiam quia beneficentia vestra, juxta Pythagorae scitum, ad Deum proxime acceditis. Sacer enim Spiritus, qui solus est veritas, nomine hoc vos insigniuit, et me, ut et altos, dum juuare soletis, Jouis nomen assequimini, qui ab ethnicis non aliunde, nisi a juuando nomen sortitus est.

Neque vobis , Patres dignissimi, stipendii magnitudinem praescribo, vestra enim benevolentia contentus enitar, et ut libros mihi comparem, et absentiae meae spacio studiorum fructus producam. Tempus quoque ad absoluendum laboris mei cursum, malo a P. V. mihi praescribatur, ne si mihi certum praefixero, eodem abuti videar. At si lubet, dentur mihi ad summum tres anni, ad minimum duo. Nec dubito, quin Deo adjuuante, in quo unice mi spes est sita, et cum laude in academia viuam, et cum opimis artium mercibus in patriam redeam. Cupio enim tandem, et ex animo desidero studia mea ad felicem perducere metam, ut iis aliquando, quod ob aetatem diu potuissem, vel scholis, vel ecclesiis prodesse valeam. Poenitet enim me, et poenitebit dum vixero otio potius pueritiae meae annos esse transactos, quam assiduo in studiis labore, qui singulis requiem suam praebet in summo vertice. Quod si huius mei voti alicujus compos evasero, et vestro auxilio bona illa nunquam interitura comparavero, patria, cui antea plurimum debeo, officia mea, P. vero V. cum officiis honorem et obsequium, qui solis debetur parentibus, non tantum obstrictum, sed aeviternum quoque sibi promptum atque paratum habebunt. Sic enim et vobis et patriae ornamentis me totum mancipabo.

Interim etiam, quod et ante non intermissum, Deum supplicibus votis venerabor, ut P. V. omnia, quae ad hanc et futuram vitam conducere videntur, et salutaria sunt, clementer largiri dignetur, et veluti vobis communicet opima rerum augmenta, sic et patriae mi charissimae optata donet incrementa. Meo quoque corpore et vita, si cuiquam ex P. V. honesto modo prodesse potero, nihil me unquam deterrebit, quodcunque obstaculo mihi fuerit. Semper enim ea omnia, quae in patriae universae negotiis, vestrisque rebus peragenda, mihi offerentur, et non laboriosa et honesta mihi videbuntur. Hinc P. V. et totam meam patriam in tutelam diuinae Majestatis commendo sperans, quod epistolae hujus caput, optatum cum stipendio responsum. Data Sedini Anno 1620. 9. Junii.

Martinus Rausch P. V. humilimus cliens

Symbolum: Simplicitas et rectitudo custodiant me.

Címzés: Amplissimis, consultissimis et Prudentissimis Viris, inclyto Leutschovianae Reipublicae Senatui, Domino Judici et reliquis Dominis Senatoribus et assessoribus dignissimis, Patronis et Patribus meis omni observantiae cultu aeternum colendis

A tanács megjegyzése: 1620. 7. Augusti Sedini Martinus Rausch stipendium petit

88/5

147.

Daniel Sturm a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak*
Stettin, 1620. június 9. után**

Minthogy már Rausch tájékoztatást adott a tanácsnak, nem kívánja levelében megismételni azt. Sokat nélkülöznek, olyan nagy a drágaság, hogy könyvet sem tudnak vásárolni. Ezért segítséget kér, s újra biztosítja a tanácsot, hogy nem lesz rá panasz.

Mehr, Grossgünstige Hern vnd Vätter, hette ich gern an euch geschrieben, aber weil mir bewust, dass der Rausch vnsere grosse, allhier in frembden landen entstandene noth weitleiftig genung beschrieben, als habe ichss also literis meis nicht repetirn wollen, bitte nur die Hern Vätter gantz demüttiglich, sie wollen die selben literis Rauschi inserirten argumenta wol bewegen vnd beherzigen, vnss in so grosser noth beyspringen, vndt einen ewigen lohn an vnss armen elenden, betriebten weisen, verdienen vndt hernachmahls erlangen. Die Zeit ist so schwer, dass ess recht den menschen auf den erdboden bang wirdt. Wir wissen fast nicht, wass mir anfangen soln, alles ist tewer, dass wir, armen elenden menschen vnss fast nicht ein tüglichess buch compariren können. Mancher alter Man von 80 Jahrn dencket sein lebetag in landt solche noth nicht, als ietzo entstanden. Wil nu nicht weiter moviren. Bitte nur gantz demüthiglich vmb Hülffe, den dass elend, dass mir all hier leiden mussen, ist gar zu gross, könen fast nichts wegen mangel der bucher, studiren. Ich wil mich also verhalten, dass die grossgunstigen Hern vndt Vätter vber mich nicht werden zu klagen haben. Hieher will ich die Hern vndt Vätter allzumahl in dess allerhöchsten protection empfholen haben.

D. S. V. B.

A címzés hiányzik

88/2

148.

Erasmus Schmidt nyugtája
Lipcse, 1620. október 20.

A nyugtát a boroszlói Bartholomäus Modrach számára állította ki, akitől Lipcsében a keltezés napján 52 forintot vett át, melyet a városi tanács küldött Martin Rausch számára. Rauschnak a pénzt annak Wittenbergbe való megérkezésekor fogja átadni.

Das von dem Ehrenvesten, Wohlgeachten vnd Namhafften Herrn Bartholomaeo Modrach von Bresslau, ich vntenbenanter zwey vnd funffzig gülden so Martino Rauschio Leutschoviensi, alss ein Stipendium Amplissimi Senatus patrij zustendig, heut dato in Leipzigk par vber zu meinen sichern handen empfangen, thue ich hiemit vrkunden vnd bekennen. Will auch solche 52 fl. gedachtem Rauschio, sobald er sich zu Wittenbergk einstellen wirdt, getreulich

vberantworten. Zu mehrer Versicherung hab ich dieses mit eigner hand geschrieben vnd vnterschrieben, mein getreulich petzschafft auffgedrücket. Signatum Leipzigk am 10/20 Octobris anno 1620.

M. Erasmus Schmidt,
Professor zu Wittenbergk mp.

Kívül: Quietantia domini Erasmi Schmidt de Anno 1620

81/13

149.

Daniel Sturm a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Stettin, 1620. november 19.

Johann Schandernek, rokonának leveléből értesült a tanács iránta való jószándékáról, arról, hogy patrónusai hajlandók továbbra is támogatni tanulmányait, s az eddig szokásos ösztöndíjat ezután is folyósítani fogják számára. A boroszlói kereskedő által fizetett levélvivő közvetítésével megkapta a 25 magyar forintot. Schander úr megírta, hogy a tanács azt kívánja, hogy még ezt az évet a stettini iskolában töltse. Csakhogy a háborús események már nemcsak Poroszországban, hanem itt, Pomerániában is ijesztővé váltak. Mindenesetre kéri, hogy a következő év húsvétja táján, akkor kíván Wittenbergbe utazni, a megígért ösztöndíjat már oda küldjék.

Salutem et pacem ab ipso auctore, bis nato rege, Christo Immanuele, auspicatum consiliorum processum, florentem reipublicae statum, felicem totius regiminis cursum cordicitus precatur. Non dici potest, Proceres Leutschoviae Amplissimi, Patres patriae fidelissimi, Promotores et Mecoenates observantiae cultu perpetim meritissimi, non dici potest inquam, quanto laetitiae vigore, quanto tripudij tenore animum meum demulserint literae domini Johannis Schanderi, affinis mei charissimi, adportantes bona nova, ferentes grata dona, spondentes optata promissa, exundantia a liberalissima charitum vestrarum benevolentia et munificentia omnia. Certe non secus hac divina virgula mihi evenisse videbar, quam si Datidis cantilenam apud Suidam decantatam audivissem percipiendo ex literis praeclaram animi vestri erga me affectionem, paternam benignitatem et propensam in studiorum meorum promotione voluntatem. Etenim quid ex honore decentius? Quid ex voto optatius mihi obtingere posset, quam quod audiam me in eorum virorum gratiam et favorem venisse, quorum non solum excellenti autoritate, sed et summa dignitate maximaque bonorum affluentium claritate iuvari possum? Nihil quondam majus, nihil hodie praestantius vel praestabilius aestimatur, quam a summis viris amari, curari, ab ijsdem magna gratia foveri, ita ut non inscite hic versiculus in vulgus emenarit: „Principibus placuisse viris non ultima laus est." Quod porro Pharmacum salubrius, quod Mythridatum fortius inflicto sortis meae vulneri apponi posset, quam praesens hoc multis votorum plaustris desideratissimum? Hoc curtae rerum

mearum suppellectili succurritur, hoc facultatum mearum tenuitas sublevatur, hoc quasi pedibus et fulcro suffulcitur, ut, quod propria potentia et viribus fortunae meae non valeo, id bonorum promotorum auxilio consequi possim. Hanc propensi animi affectionem et benevolentiam vestram non solum delitere et occultis cordis penetralibus fovere voluistis, sed eam foris gliscere et germinare passi estis, dum me pulcherrimo honorario 25 fl. Ungaricorum (quos a mercatore Wratislaviensi per tabellarium nostrum conductum accepi) donavistis. Vix crediderim Demosthenem illum Atheniensem aquam ferentis mulierculae magis delectatum susurro fuisse, quam me miserum et egenum exhilaravit tam propensae voluntatis liberalis oblatio. Pignoris vero et instar arrhae tantum haec omnia posuistis majorum coeterorum futurorum beneficiorum. Namque in validam spem per literas domini affinis mei mentem meam abduxistis promittentes Deo optimo favente me ad altiora Musarum emporia promoturos, ac consveto studiorum stipendio decoraturos esse. O, laetum ergo nuncium! O, diem fausti ominis, o, Deum provisorem orphanorum! Quomodo sat amplas clementiae divinae reponam gratias? Quomodo sat dignis providentiam Dei extollam encomijs? Qui vero liberalitatem vestram sat justis celebrabo elogijs? Qui sat debitis nomen vestrum gratitudinis prosequar viribus? Vere mihi cum illo apud Maronem canendum:

... grates persolvere dignas
Non opis est nostrae.

Sed:

Persolvat grates dignas et praemia reddat
Prospiciens pupillorum tutorque paterque.

Ast ne phalerata et polyloga διηγήσει A. V. ob politicorum negotiorum suorum inextricabiles labyrinthos detineam, desistam ubi tribus bolis adhuc hoc unicum attigero. Scripsit charissimus affinis Johannes Schanderus ex A. V. communi suffragio, ut integrum adhuc annum Stetini studendo consumerem. Sed cum de die in diem tristiorem video rerum turbinem, qua ratione ipsius voluntatem obsequio meo implebo, non reperio. Etenim aura tonat, sonat unda, minis fremit orbis et orcus. Hostiles molitiones undequaque vicinis oris fabricantur, classica canuntur, insidiae struuntur, magnaeque militum copiae conscribuntur. Regnat pestifer Apollo, suaque spicula non tantum in Borussiam, sed et jam in Pomeraniam nostram direxit. Ingreditur finitimos pagos, oppida, urbes multosque homines subita falce de medio tollit. Et quid dico de finitimis, imo in vicinitate iam pestilitatis hoc malum magis magisque serpit, suaque pomaeria longius proferre contendit.

Obnixa igitur contentione A. V. obstrictus habeo, ut mihi hinc anno vertente circa laeta laetiferae resurrectionis nostri Salvatoris festa (ubi Deus sanitatem concesserit) discessum parare conniveant, mihique promissum stipendium clementi propensione Wittebergam transmittere dignentur. Mei quod officij est, cunctis sudabo viribus, ut non in hominem nauci desidem, et ingratum beneficium hoc vestrum charitativum collocasse abunde deprehendatis. In reliquis A. V. potentibus providentiae divinae alis submittens ardenter oro, Deus fortissimus

exercituum A. V. diu antistites, sospites curiae patriae conservet, tranquillo regimine longius fortunet, easque omnes cum universa patria ab omnibus novercantis fortunae ictibus defendere dignetur. Dabam Stetini Pomeraniae 13. Calendae Decembris Anno Regis bis nati 1620.

A. V. deditissima mente
obsequiosissimus pupillus
et cliens Daniel Sturmius L. H. S.

Címzés: Amplissimis, Consultissimis et Prudentissimis Viris, Domino Judici et Senatoribus inclytae Reipublicae Leucovianae aequissimis, Mecoenatibus et Promotoribus meis aeviternum humilime colendis et observandis
Leutsch

A tanács megjegyzése: Danielis Sturmij scriptum

88/1

150.

Martin Rausch a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Stettin, 1620. december 11.

Minthogy szülei szegények voltak, kora gyermekkorától a tanács támogatta tanulmányait. Michael Clementis városi főbírónak ezért külön köszönetet mond. Amikor külföldre indult, tíz aranyat kapott útravalóul, s most néhány hete megkapta az 52 forintnyi ösztöndíjat is Erasmus Schmidttől. Mikor ez évben Stettinbe indult, útja Beuthenen keresztül vezetett, ahol Balthasar Exner történészprofesszortól ajánlólevelet kapott Daniel Kramerhez. Ennek köszönhetően Stettinben kiváló szállást kapott. Kramerrel egyébként megegyezett, hogy egy évig házitanítóskodni fog nála. Ezért nemigen tud az egy év letelte előtt Stettinből továbbmenni. Ráadásul talán itt valamennyi ruhaneműt is kap, mivel a sajátja már tönkrement. Ha neki kéne megvenni az új ruhákat, a kapott ösztöndíj felét rá kellene költenie, s így a maradék még egy egyetemi szemeszterre is alig lenne elég. A másik ok, ami miatt a telet még itt akarja tölteni, hogy az ösztöndíjat túl későn kapta meg. Útiköltségre pedig, az út 30 mérföld Wittenbergig, nem volt pénze. Az emberek ott különben is nagyon pénzéhesek. Ezenkívül most Wittenbergben nagyon magas a gabona ára. A választó pedig, mint valami ellenség, lezáratta az utakat a szíléziai kereskedők előtt. A nélkülözhetetlen könyvek beszerzésére az 52 forint igen kevés. Értesülései szerint az ottani szokásnak megfelelően a diákok ellátása annyira szűkös, hogy azt saját költségen ki kell pótolni. Az italt pedig teljesen magának kellene állni. Ha ehhez hozzávesszük még az iszákos diáktársak erőszakos meghívásai utáni kötelező viszonzást, legalább 30 forint kell csak élelmezésre. Ehhez jön még a szállás, a mosatás, a gyertyák ára, tüzelő, magántanárok. Ez még 40 forint. És akkor még kell könyv, papír, ruha, fehérnemű, nyakkendő, lábbeli. Ráadásul a szászok tartanak a hajdúk betörésétől, s ha ez megtörténik, neki Wittenbergben nem lesz maradása, ösztöndíja kárbavész. Továbbá Hoë doktor igyekszik rávenni a császárt, hogy Melanchthont nyilvánítsák eretneknek. Félő, hogy ezután már Luther következik. A kapott pénz felén könyveket vett, másik felét félrerakta. Ha Wittenberget illetően a gazdasági és politikai helyzet nem változik tavaszig, inkább az olcsóbb és biztonságosabb rostocki iskolát választaná. Két teljes évig kíván egyetemre járni négy helyett. Eddig 200 forint elég volt négy év egyetemi tanulás költségeit fedezni, most kettőre is alig. Kéri, hogy Boroszlóba küldjék következő ösztöndíját, melyet onnan kereskedők hozhat-

nának el Stettinbe, akár Jeremias Oesler tanácsos házához, akár Daniel Kramerhoz. Akár Wittenbergbe, akár Rostockba megy egyetemre, május 1-én indulna.

Prosperitatem in gubernando, pacem toti patriae stabilem, exoptatum consiliorum eventum, animae et corporis salutem et vitam constanti cum valetudine longaeuam omniumque rerum felicem diuturne successum P. V. ex animo precatur. Constantissimi, Prudentissimi, clarissimi Viri! Si pietatis aliquod parentibus, qui me hanc in lucem genuere, debetur officium, vobis profecto, Patres aeviternum colendi, illud idem, vel si quid majus etiam fuerit pietatis officio, humiliter summa animi promptitudine est deferendum. Cum enim parentum officia duo sint potissimum, quibus suis occurrant liberis: genitura et promotio ad certum vitae genus perfecta educatione, P. vestrae in his posteriorem officii partem majori gnavitate, quam parentes, ultro subierunt, dum paupertate parentes pressi, utrumque nullatenus praestare potuerint. Non est, ut hoc enumerando ipse declarem, vestra gloria est fateri me vix e luto productum in vestram receptam clientelam et lebetide nudiorem in locum quasi filii adoptatum esse. Communi enim vestro beneficio non tantum victu, sed amictu quoque necessario ornatus, ut vobis unice pars educationis non minima, quae geniturae adjacet, assignanda videatur.

O, Judex Prudentissime, Patroneque pientissime, quo pietatis genere tuae occurram pietati, quam abunde apud me, tam in literarum emporio adhuc, quam etiam in augusta judicis dignitate constitutus, testatam reliquisti. Paucis esto, ne assentatiuncula tuam gratiam aucupari videar, sed tuo potius fundetur testimonio. Tu auctor studiorum, tu genitor vitae meae modestae, tu promotor tam re ipsa, quam consilio liberalissimus. Tua quoque, Prudentissime Assessor (liceat, quaeso, honestatis gratia nomen tuum amabile ponere) Domine Michael Clementis, pietas non minima est, quam si penitus relicerem, in T. P. et meipsum injurius essem, tuo consilio adjutus, favore promotus et humanitate, quae eum liberalitate conjuncta erat, amictus fueram.

Quam vero partem vobis caeteris meis patribus assignaturus sum? Neque enim et vos postremos hoc in munere fuisse video, ingenue fateor, quicquid a caeteris fautoribus, quorum mentio facta, beneficii accepi in vestiendo alendoque, illud idem V. P. sibi universum vendicant. Fauor, consilium, amor illorum sunt propria, neque P. V. hoc cum iisdem participant, verum vestiendi et pascendi ratio communis habetur, siquidem vestrarum omnium fauore amore et consensu factum, ut victu provisus, amictu quoque, quem inopia exigebat, ornarer. Ut igitur priorum duorum dignitas largitoris nomen meretur, sic vestrorum humanitas titulum fautoris liberalissimi sortiri videtur. Est haec animi grati (Deum testor), et non simulantis confessio. Omnia enim, si rem paulo altius apud animos vestros expenderitis, vestra sententia vos approbaturos esse sat scio, neque me fuco quodam vestram gratiam intercepisse, sed veritatis colore rem, uti est, nude tantum sine ornatu adumbrasse fatebimini. In tanta enim rerum angustia quod viuo, quod vestibus tegor, quod literis invigilo, post Dei vestrae humanitati, auctoritati et munificentiae attribuere fas est. Sic ergo communis cum parentibus meis, a quibus vitam hausi, vobis debetur pietas. Quae vero illa? Profecto haud erit officium in casu simili, dum Iro inferiori omnis haec regratificandi oc-

casio intercluditur. Intercepta itaque fortunarum remuneratione animi corporisque munera patronis meis immortali cultu prosequendis indefesse patebunt. Animi promptitudo praeter amorem et constans obsequium studium imprimis precum ad Deum fundendarum pro patria charissima, pro vestra vestrorumque incolumitate et salute humiliter offert. His enim maxime, cum et Deum mihi propitium ex multis agnoverim, et effectum multoties non mediocrem senserim, me vobis futurum polliceor. Corpus vero, qualiacunque sui sunt muneris, nunquam subterfugiet, sed reverentiam insuper et honorem grati animi impulsu ultro deferre sataget. Deposcit hoc munus sibi parentum erga liberos pietas, quorum parte cum vos perfuncti estis, jure meritissimo P. V. haec uniuersa debentur, imprimis cum et illi, a quibus genitus mortui, si quis inferis sensus est, haec officii genera a sese adigere vobisque in uniuersum omnia contribuere velle videntur. Hic vero pietatis modus, tametsi parentibus alias sufficiens videatur, si liberorum gratitudo hunc iisdem exhibuerit, vestra tamen inaudita benevolentia hoc contenta minime esse poterit. Hactenus enim parentum fidelium declarastis munia, illud succedit, quod, cum parentum tenuioris fortunae amor et facultas non permiserit, vestra ope fiat, et quidem id, quod ne a ditioribus liberis suis, quorum tamen tota possessio est, accidere consueuit. Quid sit quaeritis? Egenis parentibus, etiamsi non minor σοργή erga suos fuerit, atque ditioribus facultas tamen eris subministrandi aliisque commendandi eos destituere solet. Opulenti autem, tametsi suos opibus juuent, raro tamen iis prosunt commendatione uel ad officium promotione, cum P. V. utrumque, si nondum praestitere, tamen praestare, ut confido, in animo habent.

Alterius siquidem fructus quotidie percipio, dum non modo e patria discessuro vestra ex liberalitate 10 aurei numerati in viaticum, verum paucis quoque abhinc hebdomadis integrum stipendium ad 52 florenorum a vobis transmissum fuerit. Accepi hoc beneficium per clarissimi viri, domini magistri Erasmi Schmidt manus fidelissimas eo valore, quo fortassis datum, majori cum laetitia, quam Pompejus vitem illam auream, quae trecentis millibus coronatorum aestimata, ipsique Aristobuli consensu dono oblata fuit. Ante enim qui Croesi et Crassi laetatur talentis, non magni momenti judicat donum etiam praestantissimum, quod sibi offertur, si praesertim illud non aequauerit rerum suarum magnificentiam. At si inopi quisquam tributum fuerit, veluti thesauri sui fundamentum id ambire solet atque aestimare. Testor hoc meo bono me, cui ne as supererat amplius, hoc summo stipendii munere mire esse affectum, ut satis praedicare nequeam, quam gratum acceptumque mihi illud fuerit. Magnum enim videbatur, quod Charites et Gratias in eo dando vos imitatos animadverterem, quae ideo ridere apud veteres fingebantur, ut et cito et libenter in egenos beneficia collocemus. Majus judicatum fuit, quod patriae utilitas spectata, mihique ideo hoc beneficii genus communicatum, ut eruditione politus illi, cui plurimum debeo, tandem prodesse valeam. Maximum tandem habitum, quod ab iis acceperim, quorum autoritas plurimum valet, et qui dignitato et officio Deum quamproxime accedunt. Supposuerat Arcesilaus, vir non minoris virtutis, quam opum amico suo pauperiem dissimulanti sub ceruicali, inscio ipso, sacculum pecuniae, ut penuriam suam famemque leuaret. Fecit hic semel, vos semel atque iterum, et

quantum Arcesilao isti authoritate praeferendi, tantum etiam liberalitae superare eundem non dubitatis. O Deus, si qua coelo pietas praemia digna vobis referat. Nam meritas referre grates non opis est nostrae. Haec vestra in me ingens liberalitas, et si parentum in liberos alias beneficia excedit, accessit tamen ad eam commendatio, qua clarissimo viro acceptus reddi valeam, continuoque, ut spero, promotio promotionem exceptura est. Huic ergo merito vestro tam multijugo, magis quid, quam pietas, quae parentibus a liberis debetur, vobis, Patres dignissimi, contribuendum esset. Verum sanctius nomen pietate non restat, quo insignirem tum vestram erga me beneficentiam, tum etiam mea debita vobis officia. Denuo exclamo: Deus, si qua coelo pietas, vobis digna referat praemia, grates referre meritas non opis est nostrae. Quid? Ille idem, qui hanc mentem vobis inspirauit, ne me egenum destitueretis, impleat omnes petitiones vestras, exaudiat vos in die tribulationis. Nomen Dei, Jacob protegat vos, mittat vobis auxilium de sancto, et de Syon tueatur vos. Tribuat vobis Dominus secundum corda vestra et omnia consilia vestra confirmet. Faxis hoc Jehoua propter nominis tui et filii tui unigeniti gloriam. Tuae enim gratiae haec omnia committo, tuae clementiae confido, tu nosti scrinia cordis mei, largire etiam secundum ejusdem vota, ut intelligant benefactores, me quod ore profero, idem tota expetere mente, ne a te desertus, te quoque deserere adigar. Sed indubitata fide mihi polliceor, licet peccator sim, auditum saepius te auditurum, cum in te qui spem ponant in aeternum, non confundantur. Ego quoque P. V. ad immortales habendas gratias devincior, quas ut modo summas habeo, sic et studia mea vestro aucta patrocinio grati animi sensum nunquam intermori patientur, sed patriae perpetuo oppignorata, vestri memoriam simul recolent:

In freta dum fluuii current, dum montibus umbrae
Lustrabunt convexa, polus dum sydera pascet,
Quae me cunque vocant terrae.

Hoc ut agam, ingens beneficium vestrum a me exigit, quod eum acceperim, danda est mihi opera, ne munus tam magnificum male collocem. Polypi igitur naturam imitatus varia consilia mecum agitaui, quae, ut patribus meis dignissimis una cum statu et conditione mea innotescant, paulo altius ea denudanda censeo. Anno 20 supra sesquimillesimum centesimum Sedinum Bethania veneram exutus omni sumptu, ut ne obulus restaret, quo cibum quotidianum compararem. Sed Deus, cuius clementia fine caret, et qui suos ab omni humana spe deturbatos deserere nequit, curauit sua prouidentia, ut Bethaniae a viro clarissimo Balthasare Exnero, professore historico, mihi non petenti ultro commendatio ad dominum doctorem Cramerum daretur, qua exhibita hospitium sum nactus non contemnendum, quod alias denegatum mihi fuisset, nisi commendatio affuisset. Hic cum herum pro voto, ipse quoque pro voluntate sua poedagogum habeat, difficulter intra spacium unius anni ab ipso diuellor, ne ingratus videri queam, ut, qui me egenum et Codro pauperiorem fouendum suscepit lubens, praeter spem a me desereretur. Spe quoque teneor sortiendae vestis alicujus, cum mea plane attrita aliam necessario requirat. Haec vero exhiberi mihi nequit, nisi elapso anni mei

spacio. Hanc a misso mihi stipendio si coemere vellem, pars dimidia illius insumpta vix semestre veniam daret ob sumptuum defectum in academia commorandi. Huc accesit altera causa non minima, quae me Sedini per hyemem detinuit, quod dubius fuerim, quo temporis momento stipendium ad deputatum academiae locum perveniret. Fides enim non amplius pectora hominum inhabitat, sed ad ipsam monetam transmigrauit, qua si quis caret, fame pereat necesse est, dum promissa pauperum duritiem hominum frustra expugnare conantur. Teruntius quoque non restabat mihi, quo pro viatico uterer ad iter 30 milliarium conficiendum, jejunoque ventri id videbatur importunum, qui assidue obstrepere mihi visus est. Neque enim temporis difficultas patitur, aut pastores alloqui de viatico, aut ciues ostiatim salutare cantu, qui ipsi vix vitam ducunt propter inauditas, quae fiunt, exactiones, siquidem minaciter increpantes fores quaerere et militiam sequi jubent. Sic ergo et itineris longinquitas ob defectum sumptuum, et hominum durities Witebergae, si forte in maturo meo adventu stipendium nondum fuisset allatum, non minimum sanitati meae dispendium creasset. Hanc excepit annonae caritas, quae Witebergae non exigua esse fertur. Principis siquidem copiae, si quid fuerit rerum victualium, omne consumserunt, viaque advehendi alias Silesiis, ut consueuerunt, penitus a principe, ut hoste, est interclusa. Si quoque librorum meorum suppellectilem intueor, sentio esse plane nullam, quam si augere vellem, aut cibo potuque mihi abstinendum, aut academiam accepto stipendio deserendam. Laterem enim lauat et Aethiopem dealbat, qui sine libris eruditionem consequi nititur. Utrumque profecto haberi nullo modo potest hoc tempore ope 52 florenorum. Accepi enim per literas a fide digno, cui victus Witebergae communis sat nimium notus, et qui modici cibi hospes est, eum adeo tenuem esse, ut nunquam eo contenti empto pane vesci denuo cogantur, quicunque illo beneficio gaudent. Neque potus jam ad mensam infunditur, sed bibenti est coemendus. His expensis si accensuero exactiones bacchantium et temulentorum, quas, nisi prompte numerentur, minae et verbera furiosorum sequuntur, quae impatiens regerere cogerer, ad minimum certe 30 florenorum hic opus foret. Taceo hospitium, lotionem, candelas, ligna, priuatos praeceptores, cum haec omnia duplo praemio hoc tempore vix comparari possunt, quae praeter 20 illos florenos residuos adhuc 20 insumerent tempore tam caro et difficili. In hac igitur totam si expenderem substantiam, unde libri, papyrus, indusia, strophiola, collaria, calcei et ejus generis alia, quorum sexcenta quotidie occurrunt, et quibus carere non possumus, coemenda essent. Fuit Witeberga receptaculum pauperum, fuit mater egenorum, verum tempus edax rerum una cum pace hanc ejusdem benignitatem plane imminuit, belli importunitas labefactauit, insatiabilis hominum avaritia penitus sustulit. Si belli quoque periculum ad lancem rationis appendeo, facile fieri posse occurrit, ut nostrates impetu in Saxoniam facto eam penitus vastent, mihique inde abeundum esset, non fine stipendii mei detrimento. Quod si fieret (quod Deus auertat), nec locus, quo me reciperem mihi vacuo pateret. Nec etiam alii sumptus submitti possent, cum alibi pestis, alibi Mars improbus cuncta inhiberet. Tota enim jam Saxonia inter incudem et malleum versari putatur, dum Saxones quotidie heudonum incursiones non sine metu praestolantur. Comitatur hanc alia causa, doctorem Höe, qui ab imperatore Ro-

manorum equi aurati titulo ornatus, instigasse principem, ut caesaris partes non modo sectaretur, sed Philippi quoque Melanchtonis, olim Germaniae totius praeceptoris, jam haeretici statuam extemplo exturbarit. Quod si verum, ut rumor fert, metuendum, ne suasu equi aurati Lutherus Philippum sequatur. Offae enim papalium pingues nonnullorum sacerdotum animos inescare solent, qui cum suadam in lingua habent, suo Mercurio quosuis facile secum trahunt et in suam sententiam pelliciunt. Tandem etiam excellentissimo viro, domino doctori Cramero et menti meae obsecundandum censui, quae cum praesagire mihi quasi bona et mala videatur, nec me obsequentem hactenus fefellerit, eidem obtempero, cum suadeat omni conatu vireto rosarii, in quo consedi, anni mei finem exspectandum, et tandem, ni ipsa occasio viam inhibeat, ea, quae peragenda, subeam. Deus autem hoc meum propositum fortunet, ut mihi commodo, patriae vero emolumento et P. V. ornamento cedat.

Interim ne otio delitescam Sedini, nec pecunia usu suo destituatur, pro dimidia stipendii parte libros necessarios mihi comparaui nonnullos, caeteram partem intactam reserendam dedi, ne assem in res minimi precii exposuisse videar. Hoc facere in academia, si me statim accepta pecunia in eam contulissem, non licuisset, dum amictus, victus, hospitium et alia, quae usus postulat, aere me exuissent. Si quoque belli tumultus repentinus me academiam deserere compulisset, rudis, inops, missorum postremus absque omni suppellectile librorum, sine certa sede magno cum meo malo extrema experiri cogerer. Malo etiam libris resertus, quibus priuatus inhiem, in triviis, viuere sine sumptu, quam iisdem orbus in praestantissima academia cum sunptuum dispendio. Placet annum unum exigere in academia et doctorum abundare chartis, quam tres vel 10, et quibus opus vacare, cum nullibi fundibulo sapientiam et eruditionem instillent, sed doctis tandem juuet impallescere chartis.

Hoc meum propositum etsi P. V. secus suadentibus mordicus a me teneatur, spero tamen aequo animo in me vos futuros, si has sat graues rationes videritis. His enim non tam persuasus, quam consternatus sum, ut Sedini hanc hyemem transigere mihi proposuerim. Verno autem tempore, quod Jupiter laetiori sydere reducat, adveniente sine mora academiam visere, nec belli finem exspectare satago. Quod si Witeberga et caritate annonae et hostium incursu afflicta officia sua mihi denegauerit, quod futurum fere ariolor (sed Deus clementer auertat), Rostockium, siquidem academia nostrae confessionis est, me conferre lubet, cum ibidem et tranquillior status, et melior faciliorque victus ratio fit. Quia vero et hoc locorum sine aere viuere nemini contingat, expeto primum primo statim vere, si citius fieri nequeat, P. V. consilium, ut certus sim, quod opus facto videatur, unaque submisse et humiliter oro, dignentur mihi misero ad duos annos continuos dicto hoc tempore sumptibus succurrere, quo continuatis studiis tandem scholae vel ecclesiae patriae valeam. Exigit summa temporis difficultas duplum stipendium ad unius anni spacium, nouoque, in quo versa omnia, et non pristino tempore degimus adeo, ut qui ante ad quatuor annos ducentis florenis contentus esse potuit, jam illi vix ducenti duobus annis sufficiant. Deum testor, qui nouit intima cordis mei, me non pecuniae esse prodigum ad mala, nec appetere vestium luxum neque ambire helluonum symposia. Illud enim non tam

mei sortis conditio prohibet, quam, quod cogito vestes tegumentum tamen esse humanae turpitudinis et non ornamentum. Hoc vero suis vaporibus, quos creat, et sanitati oculorum aciei officit. O, utinam tertia parte hujus pecuniae ad umbilicum studia mea perducere possem fruens solo etiam pane et aqua, non magnopere recusarem. Verum cum et res aliae suos deposcant usus, ad quos sine aere accessus non patet, tempori seruiendum hominumque inexplebili avaritiae satisfaciendum est. Si etiam spacio duorum annorum ea discere, quae alii quadrennio, fortuna non permiserit, omnem tamen movebo lapidem, ne plane eruditione postremus sumptus perdidisse videar. Brevis enim et continuus labor perpetuo etiam ocio praeferendus, cujus cum me poenitere auxiliante Deo non poterit. Facile me consecuturum spero illud uno atque altero anno sudando, quod alii per aliquot ociando vix consequuntur. Imprimis cum sciam pietatem et assiduam orationem dimidium laboris et studii continere, nullatenus ambigo, si eo modo quem spiritus Jehouae cordi meo inseruit orando processere, me, quod expeto, exiguo labore et tempore accepturum esse. Nam meo bono saepe expertus: Wer gott vertrawt, hatt wolgebawt, im Himmel vnd auf Erden. Et: Hertzlich geseiffzet vnd gebet, ist halb studiret vnd gelehrt. Si autem infortunae injuria, si immodicae exactiones, si itineris periculum cohiberet dicto tempore sumptibus mihi subuenire, conditio et status meus omnium miserrimus perenni luctu me afficiet, ut, quod voluerim, assequi non licuerit. Et si jam hoc, quod Deus tamen impleat, accideret, ut voti mei expers manerem, non tamen detrectarem patrios visitare lares, sin modo superstes, qualicunque eruditione imbutus fuero. Vere enim amor patriae ingenitus, quasi philtro me ad ambiendam illam rapere solet. Non, quod ibi solum pane, et non alibi vesci liceat, sed nescio quo suo singulari genio. Si vero consequar, quod omni conatu cupio, et quod Deus omnipotens, cujus paternum cor me solatur, largire dignetur, posset per occasionem pecunia Wratislaviam, et inde per negotiatores Sedinum transmitti in aedes clarissimi viri, doctoris Jeremiae Oesleri, principum consiliarii, aut etiam manibus adscribi excellentissimi viri, domini docroris Danielis Crameri, cujus fauori commendatum me scio. Cupio enim Sedini hyemem exigere usque ad 1. diem Maij, et deinde sedata belli colluuie Witebergam, magis vero furente Rostockium me conferre. V. autem P. consilium et sententiam de hoc animi mei proposito prae caeteris etiam desidero, quam si mihi communicaueritis dicto tempore, beatum me judicabo. Neque, si remunerare vestram in me benevolentiam occasio prohibuerit, vestri vestrorumque memoriam rectam obliuio obliterabit. Erit mihi infixa vestra authoritas intimis cordis mei medullis, eamque apud Deum precibus, apud homines vero et viros eruditos honesta mentione quotidie recolam.

Plura scribere vestra valeat humanitas, ne literarum prolixitate eandem potius offendam, quam mihi magis conciliem. P. igitur vestras una cum charissima mea patria totaque familia in tutelam diuinae majestatis commendatas habeo. Deus, pater misericordiae, vos stabiliat, roboret et fulciat, ut in hoc turbulentissimo rerum statu virtus vestra magis magisque illucescat, hic vincatis, aeternum vero triumphetis. Valete, vigete, diuque feliciter viuite, et quod hujus

epistolae caput, patris officium, hactenus praestitum, praestare ne dedignemini. Datae Sedini anno 1620 Decembris 11.

Martinus Rausch P. V.
cliens humilimus et subjectissimus

Prolixitati ignoscant, quaeso P. V., patribus enim nisi filiorum pateret fortuna, eandem amicis in casum depingere conarentur infortunati.

Címzés: Amplissimis, Clarissimis Prudentissimisque Viris, Domino Judici inclytae Leutschouianae Reipublicae dignissimo, caeterisque Assessoribus praestantissimis, Fautoribus suis et Patronis immortali cultu honorandis
Sedini Leutschoviam
A tanács megjegyzése: Martini Rausch scriptum

88/3

151.

Martin Rausch a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Stettin, 1620. december 13.

Korábbi levelében már beszámolt szegénységéről. Sokan hamis váltókkal, az árak emelésével akarnak nagyobb haszonhoz jutni. A tanácstól kapott pénz felén például hat könyvet vásárolt. Néhány évvel ezelőtt még ezért az összegért huszat is kapott volna. Kéri, levelét másik, latin nyelvű levele után olvassák fel.

Gottess gnadt vnnd Friede sey vnnd bleibe mit E. E. W. alle Zeitt.

Ob mir zwar in vnzehlichen Dingen, hochweise Herren vnd hertzliebste Vätter, mein Elendt zue beklagen, wie es gnüglichen, als ich verhoffe, aus meinem andern schreiben zu sehen, scheinet mir doch der gröste Jammer zue sein, dass ich sampt meinem hertzliebsten Fautoribus vnd trewen Vättern, diese hoch bekümmerte Zeitt erlebet, darin ich täglich mitt Weinen vnnd Klagen auss schreyen mus: O Deus, in quae nos reseruasti tempora! Vnnd solches nicht der Vrsachen allein, dass Gott die Arge Welt zeitlichen zu ruhten angefangen, vnd nue albereit sichs ansehen lest, als wen Himmel vnd Erden, durch Krieg, seüche vnd allerhand Vnglück angegrieffen, nue in einanderfallen wolle, sondern, dass die vnachtsahmen Weltkünder, in dem sie solche rathen des höchsten vernichtigen vnd gantz im Windt schlagen, die begangenen laster vberauss hauffen, vnd mitt newen Vnerhörten vermehren. Den warlich, Ehrgeitz, Vnzucht vnnd die schendtliche geldtsucht hatt die gantze Welt dermassen eingenommen, das ihre macht nue in dem Himmel gestiegen, vnd den höchsten zu gebürlicher rache bewogen. Aber sie sindt beides, blindt vnd taub, dass sie weder sehen noch hören, wie die Rache vber sie einherdrabett, wie ein gedön einer grossen Wasserflutt, so alles verschwimmen soll, weil sie taglich sünde mitt sünde hauffen. Den dass ich

anderer schweige, so ist dieses ein newer fundt, welchen der Herscher in der luft ausgehecket vnd der Welt eingeben, das da man nue nicht dachte, dass das laster des getzes zuenehmen könte, weil es gleichsahm aufs höchste kommen war, nue dahin gearbeitet worden, das, weil dass grobe gelt hochgestigen vnd gedoppelten Wechsell vber den vorigen bekommen, auch alle Wahren von gewandt, büchern vnnd speisen zwyfaches gelt vnd gedoppelten lohn bringen muss. O des vnerhörten vnd verfluchten getzes, welcher weilen das armutt aussauget, das weder kleine noch grobe münze hatt, damitt es der Welt begierde gnug thue. Auch nicht wenige vom lauf ihrer studien abtreibett vnd vnsettige begierde, allein den Mammon zu dienen, erweckett, thutt es die blinde vnd taube Welt ins Ewige verderben sencken. Sol mir den das nicht zu beklagen sein? Den eben ich, betrubter, elender jungling, habe vor den halben theil geldes, so mir ein ehrsahmer Rath aus lauter herzlicher trew vnd mieldigkeitt mittgetheilet, vnd dafür ich zu dancken ganz zu gering bin, ieziger Zeitt mitt grossen Verlusst des selbens 6 bücher kauft, weil ich ohn sie nichts ausrichten kan. Da ich vor ein oder 2 Jahren eben vor dieses gelt in die 20 hette haben können. Hierzu kommet, das weil mich ein hochweiser Rath zue verlegen angenommen, vnd ich mitt ruhm dermaleins, meinem lieben Vatterlandt, dem ich viel schuldig, gerne dienen woll, ich mir aus mangell des geldes, zu dem, so ich verhoffte, nichts kommen kan, sondern mus auch darneben, wieder meinen willen, durch noth gedrungen, diejenigen mitt schreiben vnd bitten aufs new beschweren, die sonst mitt vnertreglicher last vnd beschwernüs des Regiements vnd vielfeltigen ausgebens behafftet vnd ohne wenige nicht zuvor nieder liegen. Ist mir den nue das zu bementeln, vnd kan mich iemandt vber dieser meiner billichen Klage für weibisch halten? Ich sage noch vnd wil es sagen, biss ich einen gewunschten ausgang sehe, doch mitt flehender vnd seuffzender stim zu Gott: O Deus, in quae nos reseruasti tempora! Nue was soll ich machen? Zue wehm soll ich mich kehren? Eben zu Dir allein, mein Gott; sintemall Du nicht verlassen kanst, so dir hertzlich vertrawen. Hastu nue Noe erhalten in der sündtflut wunderlicher weise, Abraham vnd die seinigen von ihren feinden errettet, Daniel aus der Lewengruben vnd die 3 männer in den feürigen offen zu Bebell vnversehret behalten; auch Mose, Deinem Knecht diese gnade geben, dass aber woll grosses beschwernüs gehabt, gleichwol nicht darnidergelegen; ach so weiss ich gewiss, dass noch eben Dein trewes Vatterhertz lebet, vnd ist Deine barmhertzigkeit noch täglich new, indem Dein lieber Sohn zu Deiner Rechten sitzent vns vertrit vnd für vns bitt. Dieselbe wirstu nue vber vnsern lieben Vatterlandt, als den rechten morgenstern des heils aufgehen lassen vnd solches nicht wegen iemandes Verdienst, so das verterben wecket, sondern aus lauter genadt bewahren vnd schützen; für den grawen des nachts, fur den pfeden so des tages fliehen, fur der pestilentz, die im finstern schleicht vnd fur der seuche, so im Mittag verterbet. Damit solches kein Vngluck treffe vnd kein trubsall seinen hütten nahe, sondern alle, so darinnen wohnen, getrost sagen mögen: Ob tausent fallen zu Deiner Rechten vnd zehn tausent zu Deiner lincken, sol es Dich doch nicht treffen, den der Herr ist Deine Zuversicht vnd der höchste ist Dein schatten. Ach mein Gott, Du allein weist es, dass solches gar nicht durch die feder verrichtet wirdt, sondern das hertz brennet mir in meinem leibe vnd

meinem Wunsch vnd richte ins Werck den Anschlag meines hertzens: dass alle vnd iede verstehen, dass Du noch lebest vnd die deinigen nicht lassen kanst. Den hastu doch wollen Sodoma vnd Gomorrha, ehe sie durch fewer verzehret, wegen zehn erhalten, so dich furchteten vnd Deinen Nahmen liebten. Nue verhoffe ich vber 10 (doch Du weist es am besten) in meinem Vatterland anzutreffen, die Dich von hertzen furchten. Derwegen erhalte durch Deine grundlose gnade sampt den selbigen auch das vbrige. Behalte das Vnkraut sampt dem Weizen, biss am tag der grossen Erndte des jungsten gerichtes, damit iez so nicht zue gleich der Weizen sampt den Vnkraut ausgerissen werde. Lündere auch meinen lieben Hernn vnd Vätter die bürde ihrer grossen beschwernüss vnd gib ihn Deine gnade, dass sie gleich wie Moses, glucklich regieren, weltlich handeln vnd in diesen betrubten Zeiten ihre tugent von tag zu tag zunehme, vnd wie das helle liecht, herfurbreche, auf das ich, Elender Weizenhalm, durch ihre beförderung mehr vnd mehr wachse, Deine Ehre suche, meinem lieben Vatterland nutzliche frucht bringe, auch zugleich mit Ihnen in die scheinen der ausserwehleten gesahmlet werde. Dieses weistu thun, mein Gott vnd Vatter durch Deinen Sohn, den Dein trewes Vatterhertz kan vns nicht lassen, so wir anders von sünden abstehen vnd vnser einiges Vertrawen auf Dich, vnseren Helffer vnd nicht auf menschenhulff setzen. Hiemitt sampt meinem lieben Vatterland sind meine Herren vnd Vätter in den schutz vnd schirm des höchsten befohlen.

E. E. W. vnbekanter gar nicht,
sondern demutiger vnd
vntergebener Alumnus M. R.

Dieses zu schreiben hatt mich bewogen der Verlust des geldes in Kauffung der bücher, welches ich als den erfahrn, da es mir zuvor vnbekant war, durch das gelt auslegen soll, zu dem auch die höchste noth vnd Zeit, darin wir alle stecken vnd welche wahre busse vnd trustliches gebet von allen vnd ieden fordert. Bitte derowegen ein Ehrsahmer Rath als meine hertzliebe Vätter, wollen mir solches nicht zum ergsten auslegen, dieweil ich es aus trewhertziger affection gegen meinem lieben Vatterland gethan. Datae Sedini 13. Decembris Anno 1620.
Dieses schreiben sol gelesen werden nach dem lateinischen.

Címzés: Denen Ehrenvesten, Nahmhafften vnnd Wolweisen Herren in der Königlichen Freystad Leutsch, Herrn Richter sampt den andern Herrn Rathsgeschwornen vnd Beysietzern, meinen Hochweisen Gönnern, Förderern vnnd Vättern zue handen
Stetin
Leutschaw

A tanács megjegyzése: Lectis latinis legantur et hae.

88/4

152.

Daniel Sturm Kaspar Kramer lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1621. május 1.

Előző évben december 5-én a bártfai Andreas Czajkóval levelet küldött a tanácsnak, melyben megírta, hogy rokonának, Johann Schandernek kívánságát, tudniillik hogy még egy évig maradjon Stettinben, nem tudja teljesíteni. Egyrészt a háborús helyzet miatt, amely lehetetlenné teszi, hogy számára pénzt és levelet küldjenek, másrészt az immár nemcsak Poroszország'ban, hanem Pomerániában is dühöngő pestis miatt. Ráadásul ősszel kellett volna a városból távoznia, s így új állomáshelyén nemigen talált volna magának téli szállást. Búcsút mondott tehát Stettinnek remélve, hogy elnyeri a tanács beleegyezését is. Tudja, hogy a tanács négy évig szándékozik őt támogatni a szokásos évi 50 forinttal. Mivel 50 forintból egy évig megélni nem lehet, kéri, hogy inkább két évig, de évi 100 forinttal támogassák. Wittenbergben igen drága a megélhetés, és sokba kerülnek a könyvek is. A menzán való étkezés is túl drága, ráadásul az idősebb hallgatók sok pénzt követelnek a frissen beiratkozottaktól, és sokan betegszenek meg az egészségtelen táplálkozás miatt. Szálláshelyén étkezik társával együtt. 10–10 ezüstgarast fizetnek hetente. De kenyérről és italról maguknak kell gondoskodniuk, ami hetente 8–8 garasukba kerül.

Salutem et pacem constantem a pacis et salutis autore Jesu Christo, felicem consiliorum eventum, auspicatum reipublicae statum, faustum gubernaculorum proventum cum debito omnis observantiae cultu precatur et offert. Praeterlapsa anni tempestate, Viri Amplissimi, Consultissimi, Nobilissimi, Prudentissimi, Patres Patriae fidelissimi, Mecoenates observandissimi, praeterlapsa, inquam, anni tempestate literas quasdam Nonis Decembris exaratas per tabellarium quendam Bartphensem, nomine Andream Czajko ad circumspectas amplitudines vestras transmisi, in quibus praeter debitam meam erga C. A. V. gratitudinem etiam significatum dedi me charissimi domini affinis mei, Johannis Schanderi voluntatem et sententiam in commorando integro anni spatio inire non posse partim ob hostilium molitionum multitudinem, qua omnes aditus et viae literas et sumptus ad me mittendi occluderentur, partim ob luem pestiferam, quae non solum in Borussia imperium obtinet, verum etiam in Pomeraniam illud extendere conatur, contra quam vitae meae securum portum invenire non possem. Quibus et illud accedit, quod autumnali tempore, quo mihi loco cedendum fuisset, novitio difficile sit ad hyemem habitacula sua ponendi in academijs. Nam ut ex relatione praestantissimorum quorundam virorum habeo, occupatis potioribus musaeis gravissime alii elocantur, ligna caro pretio emuntur, lectique culcitrae summis praecibus conducuntur. Spem igitur firmam ingressus C. A. V. cum charissimo affine meo de certissimis praedictis causis commotas iri, meisque petitionibus locum relicturas esse, veteri Sedino valedixi, iterque meum ad florentissimum omnium artium et disciplinarum paradysum, Wittebergam direxi. Iterata petitione contendens, ut cum bona pace C. A. V. hoc iter mihi expedijsse liceat. Sed cum impotens sim proprijs sumptuum viribus hunc arduum virtutis montem decurrere, suplex oro, ut C. A. V. egenae conditioni meae miserentes promissum per affinem meum charissimum annuum stipendium in subsidium mihi suggerere velint. Et quia certa spe nutrior me ad quadriennij intervallum hoc beneficio

charitativo, clementia vestra fruiturum esse, quolibet vero anno sciam pro consvetudine recepta 50 florenorum a C. A. V. stipendiatis suis suppeditari, ardens mea petitio est, ut, quia his ultimis mundi fecibus omnia in peiorem partem delabantur, omniaque mutentur, ita ut hic Witebergae magna rerum caritate existente impossibile mihi sit 50 florenorum annum unum consumere, quadriennium C. A. V. in biennium convertant, ac mihi annuatim 100 florenos transmittant. Quod sequens annus requiret, Deo praepotenti et omnibus favore mihi junctis amicis committam.

Vt autem constitutionem hodiernam Witebergensis academiae clarius demonstrem, paucis eam verbis delineabo exordiens a vestitu tum laneo tum linteo, qui tanti pretij est, ut illum non satis demirari possim. Bibliopolae in licitandis libris suis inexplebiles sunt, summopere opinionem meam frustrantes egregie mihi somniantem me Witebergam delatum, non secus ac in viridi nemore exspatiaturum, et omnis generis ramos et arbuscula pro arbitrio decerpturum esse. Victus triplicem rationem inveni, primam et praecipuam excellentissimi et clarissimi domini, professores alijque viri et cives praestantes sibi appropriant, quibus ex convictoribus singuli septimanatim partim joachimicum unum, partim vel 36, 30, vel 27, vel 24 Bohemicos pro suppeditato victu dependent. Sed his curta facultatum mearum suppellex me adjungi prohibens vitam doliarem cum Diogene, nobili illo cynico transigere iubet.

Alteram rationem communitatis alumni obtinent, a qua plane abhorreo tum propter summam malitiam studiosorum, qui recens receptis studiosis multam pecuniam exigunt, tum ob male decoctos cibos a primis temporibus omnino degenerantes, quibus quam plurimi in maximos morbos prolabuntur, ita ut aureum suum tempus studendi lecto affixi turpiter perdere, et in medicos pro recuperanda sanitate plurimos sumptus profundere teneantur. Tertia privata est, quam ego cum plerisque alijs studiosis amplector cibum et potum ad musaeum suum deferri curantibus.

Coniuncti igitur ego et contubernalis meus in musaeo nostro cibamur, septimanatim pro victu altrici nostrae denos argenteos solventes. Sed quia cibus sine pane et potu nobis adportatur, panem et potum emere tenemur, utrique per septimanam pretio octonorum argenteorum constantem. Atque hanc cum primis rationibus vivendi comparatam et aptissimam ob expendendorum sumptuum exiguitatem et commodissimam ob studiis invigilandi tranquillitatem deprehendo. Obnixe igitur oro, C. A. V. propositum probantes, amplexae rationi meae vivendi boni consulant, mihique de promisso beneficio charitativo aliquos sumptus transmittant, quo alacrius Musarum sacra pertractare, vestramque honestam de me conceptam spem σὺν θεῷ ἀγαθῷ explere queam. Cunctis profecto enixurum me viribus promitto, ut C. A. V. intelligant me suggestum munificentiae stipendium non vanis nequitijs et futilibus artibus inhaerendo turpiter abligurijsse. His ita praemissis filum epistolae meae contraho, Deum ter optimum maximum venerans, ut me ope spiritus sui sancti in proposito meo sublevare, vestras C. A. pace constanti condonare, cunctaque consilia ad salutem charissimae patriae et omnium orphanorum vergentia cum longa sospitum annorum se-

rie coronare et fortunare dignetur. Dabantur in alma leucorea Anno a partu virgineo 1621. die 11. Calendae Maij styli veteris.

C. A. V. subiectissima et
obsequiosissima mente colens
Daniel Sturmius L. H.

Címzés: Amplissimis, Consultissimis, Nobilissimis plurimoque rerum usu et prudentia conspicuis Viris, Domino Caspari Cramero, pro tempore Reipublicae Leutschoviensis Antistiti et Judici, coeterisque suis adjunctis Dominis Assessoribus et Senatoribus, Patribus Patriae, Mecoenatibus meis liberalissimis, omni observantiae cultu sempiternum prosequendis

A tanács megjegyzése: Danielis Sturmij Anno 1621. 23. Maij

78

153.

Peter Zabler a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1621. május 28.*

Dicséri a tanács eddigi mecénástevékenységét. Egyúttal kéri, hogy a néhai Martin Sturm fia, Daniel továbbtanulását a Thurzó-alapítványból támogassa.

Ehrenveste, namhafte, wolweise, grosgunstige Herren.

Ewren Namhaften Weisheiten sey mein andechtig Gebet vndt schuldige dienste iederzeit bevor. Als Leoni, dem hochlöblichen Keyser es zur zeit verweisslich gemacht worden, das er mehr auf Schulen vndt gelärte Leute als auf Kriegerrustung wagete, hat sich Leo, der Keyser mit diesen schönen worten resolvirt vndt erkläret: Nullam ego maiorem a Deo felicitatem optarem, quam ut omnes militiae sumtus impendere mihi liceret in literatorum hominum collegia. Ich woltte mir kein grössers vndt bessers Gluck winschen, als wen ich alle Vnkosten des Krieges auf die Schulen anwenden vndt ausspenden könte, vndt nicht vnbillich cum sint religionis, virtutum honestaeque disciplinae et reipublicae armamentaria, weill sie sindt nutzliche Zeugheuser der Furcht Gottes, zucht, tugent, erbarkeit vndt des gemeinen Landt- vndt Stadtwesens. Solche sonderliche Affection vndt Zuneigung gegen die studjerende Jugendt vndt gelärte Leute haben wir bisanhero, Gottlob, bey Ewren Namhaften Weisheiten ruhmlich vndt gnuglich gespuret. Denn obzwar wegen eigefallenen schweren zeit erarium publicum fast gantz exhaurirt vndt entschöpft worden, iedoch so haben Ewre Ersame Weisheiten an ihnen nichts erwinden lassen, damit hier die liebe Jugent in der reinen Religion, in guthen Kunsten, Sprachen vndt tugenden fein expoliret vndt ausgerichtet, vndt mit nutz auf löbliche Gymnasia vndt Academiis abgefertiget werden, telam studjorum zu continuiren vndt dermaleins djeser Stadt vndt Landt wieder zu djenen. Wen dann vnter andern feinen Ingenien auch hienaus geschickt worden des weilandt ehrwirdigen, achtbarn vndt wolgelärten Herrn

Martin Sturmij seligen hinterlassener eigener Sohn, Daniel, der, wie man aus seinen Schreiben mercket auch gesonnen ist, seines Herrn Vathers löblichen fusstapffen nachzufolgen vndt es ihme aber nechst Gottes Hulffe <...>, als an den nervjs rerum gerendarum, am gelde vndt verlagk mangeln will, als bitte ich Ewre Namhafte Weisheiten gantz demutig, sie wollen hierin des lieben Gottes Barmhertzigkeit, seines Herren Vathers trewe geleistete djnste, der armen Wiedtwen hertzliches flehen vndt suppliciren undt auch meine Intercession vndt furbitte ansehen vndt in acht nemen, vndt obgedachten Jungling, Danielem Sturmium mit dem gewönlichen Thursoniano stipendjo jhärlichen ze helffe kommen. Ich bin der tröstlichen zuversicht, das Gott der Herr zuerst solche, an armer Wiedtwen Kinder gevbte Gunst vndt Gnade Ewren Weisheiten undt djeser gantzen Gemeine reichlich vergelthen, sich auch djeser studjosus vndt alumnus also frömlich fleissig vndt danckbarlich wirdt verhalthen, das sein thun vndt wesen Gott, Ewren Weisheiten vndt der loblichen Stadt wirdt wol belieben vndt gefallen. Hjermit thue ich E. E. W. in Gottes Schutz vndt Schirm empfelen. Dabam ex meo musaeo dem 28. Maij Anno 1621.

E. E. N. W. djnstwilliger M.
Petrus Zabelerus pastor

Címzés: Den Ehrenvesten, Namhaften, Hoch- undt Wolweisen Herren, Herrn Richter vndt Rahtsverwanten der Königlichen Freyen Stadt Leutsch, meinen grosgunstigen undt gebietenden Herren zu Handen

A tanács megjegyzése: Intercessio domini pastoris pro Sturmij promotione

78/52

154.

Peter Zabler a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1621. szeptember 24.*

Erasmus Schmidt, a wittenbergi egyetem professzora a mellékelt levelet küldte számára, melyben Daniel Sturmot melegen ajánlja figyelmébe. Kéri ezért a tanácsot, hogy az ne hagyjon fel a Thurzó-alapítványból való ösztöndíj folyósításával, és Sturm további támogatásával.

Salutem a Christo salvatore animitus precatur.

Amplissimi ac Prudentissimi Viri, Domini Fautores et Amicj honorandj, cum celeberrimus academiae Wittebergensis professor D. M. Erasmus Smidt <!> hasce litteras ad me exaravit, et de meliore, ut dicitur, nota Danielem Sturmium vestrum alumnum commendans, vehementer etiam atque etiam rogo vestras prudentissimas dominationes, ut consideratis considerandis paternam istius juvenis rationem habeant, idque opus bonum, quod coeperunt, continuare non interrumpant. Nullus dubito, qujn tantam in studijs daturus sit operam, ut huius

in ipsum collati beneficij, utpote stipendij Thursonianj, vestras prudentissimas dominationes nunquam poenituerit. Hisce V. P. dominationes bene valeant. Dabam 24. Septembris Anno 1621.

V. P. D. deditissimus M. P.
Zablerus pastor

Címzés: Amplissimis ac Prudentissimis Viris, Domino Judjci et reliquis Dominis Senatoribus inclytae Reipublicae Leutschoviensis, Dominis suis obseruandissimis

A tanács megjegyzése: Dominus pastor M. Zablerus pro Daniele Sturmio intercedit, ut Stipendij Thurzonianj beneficjo amplissimus Senatus eum ulterius fruj, gaudere patiatur et permittat.

78

155.

Daniel Sturm a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1621. november 8.

Ismételten kéri, hogy a Thurzó-alapítványból számára újra ösztöndíjat utaljanak ki.

Ehrenvester, Namhafter, Wolweiser, hoch verhaltener Herr Richter. Ehrsame, Namhafte, Hochweise Hern Patroni, denen seind meine vnterthänige gehorsam vnd geflissene Dienste, besten meinen Vermögenss nach, die Zeit meiness lebenss bereidt etc. Ehrsame, Namhafte, Wolweise, Hoch vnd Wolgeachte Hern vnd Patroni, dass ich ietzo E. N. W. mit diesen mein Schreiben wiederumb begegne, vnd filleicht in gemeinen Sachen furbite, hätte ich gantz herziglich mir solchen mein errorem pallio humanitatis zu tegiren, vnd für guth aufzunemen. Weil ich mich kurtzverruckter Zeit bey E. N. W. vmb dass stipendium Turzonianum anzuhalten, mit vnterthänigster bit vorgestellet (wie ohne Zweiffel solchess E. N. W. noch in frischen gedächtniss sein wird) vnd auf solch mein anbawenn auch vätterliche Vertröstung gefolget. Alss bitte ich gantz demühtig vnd ämsig, E. N. W. wollen sich weiter mir hierin väterlich vnd barmherzig erzeigen vnd mir dass obgemelte stipendium (meine angefangene studia damit zu volfihren) subministriren. Solcher an mir erzeigter vnd gevbter barmherzigkeit wird dermahl einss der Vatter aller gnaden, Richter der gerechtigkeit, vnd Herr aller Herren, ein trewer belohner vnd vergelter sein, welcher auch ein leffel wasserss, der den Armen auss christlicher lieb vnd von Herzen gegeben wird, nicht ohn vergeltet vnd belohnet will lassen. Wil auch noch hierin in mehrern E. N. W. herziglich vnd demüthig gebeten haben, dass sie mir hierauf eine vätterliche erklärung (weil ich allhier gar keine gelegenheit, mein studia füglich abzuwarten, spiere, vnd also lieber mich wiederumb – meine studia zu continuiren – aufmachen wolte) ertheilen. Ich thue mich hierin demüthiglich ehrbitten, dass ich wil, wol vermittelst götlicher gnaden mich hinfihrn also verhalten. Dass E. N. W. alss meine liebe Hern Patroni vnd Fautori, dessen nicht gerewen soll. Ich wil auch solchess, vmb die selben zu verdienen, die

Zeit meiness lebnss in kein Vergessen stellen. E. N. W. zu gnaden mich befehlendt. Datum den 8 Tag Novembris Anno 1621.

E. N. W. dienstwilliger
Daniel Sturmius mp.

Kívül: Libellus supplex

81/3

156.

Daniel Sturm a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1622. szeptember 22.

Régóta nem írt már, de nem akarta zavarni a tanácsot fontos teendőiben. Újdonságról nem igen tud beszámolni, hacsaknem az itt dühöngő drágaságról.

Salutem et pacem constantem a salutis et pacis fundatore, cunctipotente Jehovah, auspicatum consiliorum omnium processum, florentem reipublicae statum, felicem totius regiminis cursum cordicitus precatur. Quod parcus sum et infrequens in perfungendo literarum munere, Viri Nobilissimi, Consultissimi, Amplissimi, Patres patriae, Fidelissimi Promotores et Mecoenates, observantiae cultu perpetim Meritissimi. Quod, inquam, parcus sum et infrequens in perfungendo literarum munere, facio adductus reverentia, quae virtutibus vestris dignitatibusque debetur. Nam et si comitas et commoditas morum vestrorum eam mihi licentiam familiariter indulget, ut possum ex quacunque occasione testari meam erga circumspectas amplitudines vestras observantiam, tamen impedior verecundia, quo minus audeam inani scriptione gravissimas occupationes vestras interpellare, ne peccem in publica commoda, quibus promovendis omnes curae vestrae et cogitationes consecrantur. Illud a C. A. Vestris postulo, ne silentium hactenus meum in sequiorem partem interpretemini, quasi quicquam sit imminutum ex pristino cultu, quem meritis vestris devovi, et ad ultimum usque spiritum, qui artus meos regit, relligiose conservabo. Non alio nomine magis glorior gratulorque felicitati meae, quam quod fata mihi aditum ad illustrem gratiam vestram patificerunt, quam consentiens fama celebrat tanquam haud postremorum hujus seculi virorum, prudentia, praestantia, humanitate et amore omnium laudum atque rerum honestarum.

Sed fas piumque non est ὁδού πάρεργον summa nomine venerari. Finiam cum humili voto, ut is, qui corda regum et omnium regnantium, Rex regum et Dominus dominantium, C. A. Vestras tota cum Leutschovia benedictione coronet.

Novi quod scribam, nihil habeo. Monetae pestis oecumem detestabilis, quae fato quodam, proh Deum, et hic grassatur in aeraria publica pariter et privatorum marsupia facit, ut precij magnitudine mira atque inaudita merx omnis generis, praesertim autem literaria, vaenire hoc tempore incipit.

Valete, et me, patriae Conservatores, Adjutores et Amplificatores, pupillum atque stipendiatum vestrum, ut hactenus fecistis, amate. Dabantur ex balneo miseriarum omnium miseriae, quod est electorali Wittebergensi Academia, Anno partae salutis 1622. 10. die Calendae Octobris.

C. A. vestrarum deditissima mente
obsequiosissimus pupillus et cliens
Daniel Sturmius Leutschoviensis Hungarus
sacrosanctae theologiae studiosus mp.

Címzés: Amplissimis, Nobilitate, Prudentia, Pietate longoque usu praestinatissimis Spectatissimisque Viris, Domino Judici, Senatoribus et Notario laudatissimis, Inclytae Reipublicae Leucovianae Patribus Patriae, Mecoenatibus et Fautoribus colendissimis dentur

A tanács megjegyzése: Officioses Danielis Sturm Stipendiarij Exhibitur 27. Nouembris Anno 1622.

81/4

157.

Friedrich Schäffer a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Boroszló, 1623. március 28.

Március 4-i levelüket 17-én Georg Ralltól megkapta. Ebben arra kérik, hogy a mellékelt pénzt juttassa el Friedrich Breslernek és Daniel Sturmnak Wittenbergbe. Mivel az utak manapság nem biztonságosak, a 60 birodalmi tallérról váltót küldött Lipcsébe. A pénz átvételéről az említett hallgatók nyugtát fognak küldeni neki.

Ehrenueste, wolbenambte vnd wolweise, meine insonders grossgunstige Herren, denen selbten, nebens offerirung meiner vnter thenigen Dienst, Vorwundschung von dem Allgewaltigen Gott, gutter, bestendiger gesundheit vnd all andern glückstligen wolstandes, soll ich Ihnen in freundlicher Antwort nit verhalten, das mir Ihr schreiben, 4 Marti datiret, durch (titul) Herrn Georg Rallen den 17 huius wol zu kommen, nebens dem versigeltem Postl gelt, so sie begehret, das ichs ihren Stypendiaten, Fridrich Bresslern vndt Daniel Sturmen auf Wittenberg zuordnen solte, zu welchen ich mich als schuldig so willig befunden. Weiln denn durch das Krigsvnwehsen, (wie zuuor vnter Barbarischen Volcken beschehen) also nunmehr auch alhir in diesen Landen leider Gottes solche raubereien eingeschlichen, das bis anhero offt viel wahren aufn strassen geoffnet vnd dergleichen spedirete gelder geplündert worden. So hab ich den sichersten weg ergriffen wollen vnd das Postl geoffnet, darin 60 Stück gutte Reichstaler befunden, solche alsbalt an gutte Leut zu Wexel auf Leipzig remittiret, wie auch an gedachte Studiosus avisiret, dass sie solche in spetie schleunigsts empfangen werden, daruber mir denn auch Quittung von Ihnen erfolgen soll. Entzwischen nun diene den Herren diz zur nachricht, das es secure bestellet ist. Vnd weilen uber gedachte 60 Reichstaler in ligenden Reichstaler ohngangbar, wie auch die 4 Kaiserischen Stück mit 60 den gutten Studiosis, dorten mit dinstlich sein

möchten, das sexte Stück aber der halbe Reichstaler, der zwar gut ist, aber vmb der graden Summa willen, hab ich zuruck behalten, vnd ubersende solche 6 Stück heünt wider an Sie, welche Sie inen künfftig, bei mehrer Zuordnung schon ersezen können. Also gelibe den Herren hiemit meinen Vorrichten im besten zu vormercken, vnd da sie meiner geringen Dienste forder in mehren vnd andern bedorffen möchten, mir zu commandiren, denen ich mich daselbten obligiren thue vnd befehle Sie Gottlicher Obacht. Datum Bresslaw den 28. Martj Anno 1623.

E. E. vnterdinstlicher
Fridrich Scheffer der Eltern mp.

Címzés: Denen Ehrenuesten, Wolbenambten vndt Wolweysen Herren V. V. Richter vnndt Rath der Königlichen Freystadt Leutsch, Meynen Insonders grossgunstigen Herrn vnd Patronenn

A tanács megjegyzése: Herrn Fridrich Schäffers antwort wegen des geldes für Fridrico Bresler vnd Daniel Sturm ist zugeschickt worden. Leutsch, 10 April

90/3

158.

Daniel Sturm és Friedrich Bresler nyugtája
Wittenberg, 1623. április 5.

Friedrich Schäffer boroszlói kereskedőnek igazolják 60 birodalmi tallér átvételét. A közvetítők Matthias Lorenz és Jakob Baudiss lipcsei kereskedők voltak.

Wir beyde Alumnis Reipublicae Leutschoviensis fügen zubekommen tenore praesentlichen Chirographie, das wir von dem Ehrenvesten, gross achbaren Hern Friedrich Schöffer, Handelsmann in Bresslaw, durch Wechsel auff Leipzig verschrieben, bemittels Hern Matthias Lorenzen vndt Hern Jacob Baudissen, Handelsleuten in Leipzig, 60 Reichsthaler in specie empfangen haben, von welchen wir ihm, gemelten Herrn Friedrich Schöffer quittiren vndt entbinden mitt unterdruckten unserer gewöhnlichen Pitschafften vndt Insigeln. Actum Wittebergae die 26. Martij stilo vetere Anno 1623.

Fridericus Breslerus
Leucoviensis Hungarus

Daniel Sturmius
Leuco-Hungarorum Scepusius mp.

Más kéztől: Herren Fridrich Bresslers vnd Danielis Sturmij obligatorie auf 60 Stück Reichstaler

81/8

159.

Peter Zabler a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1623. április 26.*

Kéri a tanácsot, hogy támogassa Johann Klein vagy valamelyik jobb külföldi gimnáziumban, vagy egyetemen történő továbbtanulását.

Gottes Gnade vndt Segen sey mit vns allen. Amen.

Edele, ehrenveste, namhaftige, wolweise, grosgunstige Herren, zwey Dinge sindt, dje einen armen Studenten forthelffen vndt fördern, als erstlich literarum amor, wen er neben dem gebet zu Gott fleissig studjeret. Zum andern hominum favor, sich also gebärdet, das er guthen leuten gerne dienet, damit sie guthe affection, gunst vndt liebe wiederumb zu ihme gewinnen.

Wenn denn dieser gegenwertige erbare vndt gelarte studiosus, Johannes Klein ihm dieses beydes angelegen sein lassen, das er mit sonderlichen fleis fur allen andern seinen Studien obgelegen, gehorsam gegen seine Herren Praeceptores gewesen vndt sich dinsthaftig gegen dje Stadleute wie in frölichen als in betrubten Sterbenszeithen erwiesen, als habe ich keine zweifell, das Ewre Edlevesten vndt Ersame Weisheithen mit sonderlicher Gnade vndt gunst ihme sindt gewogen. Vndt weil er gesonnen, sein Studjen mit Gottes hulff in berumbten Gymnasien vndt Academien zu continuiren, hiezu aber furnemer vermöglicher Herrn Patronen furschub bedörftig ist, sonderlich weil ihme sein Herr Vather nicht mit einem gülden behülflich sein kan, als wil ich Ewre Edlevesten vndt Ersame Weisheithen gantz demutig vndt freundtlich gebethen haben, sie wollen ihnen diesen frommen, fleissigen, gehorsamen vndt djnstwilligen Clienten von mir recommendjrt vndt befohlen sein lassen, vndt ihm mit einem ehrlichen Viatico vndt Zehrpfenning auf die Reyse gönstig prospiciren, versehen vndt versorgen.

Er ist bereidt, solches nicht allein höchlich zu ruhmen, sondern auch fur Gott in seinem gebet zu bringen, das er es Ewren Edlenvesten, Namhaftigen Weisheiten vndt einer gantzen löblichen Stadt reichlich wirdt vergelthen vndt remuneriren. Hjermit thue ich E. E. V. in Gottes gnedigen schutz empfelen. Dabam den 26. Aprilis Anno 1623.

E. E. V. vndt N. W. dinstgeflissener M. P.
Zabelerus superintendens

Címzés: Denen Edlen, Ehrenvesten, Namhaftigen, Wolweisen Herren, Herrn Richter vndt Rahtsverwanten der Königlichen Freyen Stadt Leutsch, meinen grosgunstigen Herren zu Handen

A tanács megjegyzése: Pro Johanne Klein studioso dominus pastor Zablerus intercedit, ut illj, hinc studiorum colendorum et continuandorum gratia migraturo viaticum detur

160.

Johann Klein a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1623. április 26.

Szülei, tanárai, és legfőképp a szuperintendens biztatására elhatározta, hogy külföldi utazásra indul. Ehhez kér a tanácstól útiköltséget. Már öt éve, hogy Lőcsére jött tanulni, ahonnan a pestisjárvány idején sem menekült el, mint sokan mások. Szülei nem elég tehetősek ahhoz, hogy megfelelően tudják finanszírozni tervezett tanulmányútját. Viszonzásképpen felajánlja szolgálatait.

Salutem plurimam a salvatore resuscitato animitus precatur, et officia sua defert paratissima.

Recte monet, Amplissimi, Consultissimi Prudentissimique Viri, Favitores, Mecaenates et Patroni omni observantia animique summissione mihi perpetua colendi, recte, inqvam, monet ipse filius Dei: Pulsate, et aperietur vobis. Qvod de utroque intelligendum, Deo nimirum, et hominibus.

Apud Deum enim pulsandum tanqvam autorem et datorem omnium rerum. Apud homines tanqvam media, per qvae Deus beneficia pulsantibus largitur et exhibet cum promissione adjecta: Qvicqvid enim ex minimis meis feceritis, mihi factum putetis. Cum itaque et ego nunc temporis, Deo sic dispensante, parentibus et praeceptoribus volentibus, cum primis vero domino meo colendissimo honoratissimoque, domino scilicet superintendente svadente meque promovente, ad uberiorem eruditionis et doctrinae cognitionem asseqvendam, variarum gentium atque nationum mores indagandos, aliaque ἀξιοθέατα pellustranda exteras oras visitare certo mihi decreverim, non potui facere, qvin prius apud amplissimas C. P. V. hocce libello supplice pulsarem obnixe simul et summisse orans, A. C. P. V. me abiturientem stipe aut viatico aliqvo ornare non dedignentur.

Deus enim T. O. M. primum, deinde virtus vestra eos vos fecit, a qvibus, qvi aut injuriam patiuntur, aut alia aliqva difficultate laborant ac premuntur, privatim partim, partim publice et consilium, et auxilium petant. Qvid qvod tempus jam est bene longum, qvinqvennium nempe, qvo Musis operam dandi ergo me huc in civitatem vestram contuli, in qva me ita gessi, ut bona juxta ac mala pestilentiae cum primis tempore aliis fugientibus persentiscere vobiscum non exhorruerim. Adhaec parentes familiaritateque junctos eos habeo, qvorum virtutibus etiam, ut cum lyricorum facile loqvar principe, obstat res angusta domi, et qvos fortuna finxit, non nisi Davos et Sinones miseros. Ergo necessitati meae pro modo facultatum, qvas Deus reipublicae vestrae largitus est, succurrite certo sibi persvadentes Deum, qvi haustulum aqvae frigidae compensare est pollicitus, remuneratorem fore largissimum. De mea vicissim gratitudine id vobis persvadeatis, velim me omnem daturum operam, ut meam pietatem et benevolentiam iterum cumulate experiamini, rogaturumque Deum, misericordem patronum pauperum et orphanorum, ut A. C. P. vestris vicissim benefaciat, et pro

vestris in me meritis aeterna tribuat praemia. Valeant A. C. P. V., et petitioni meae humili pondus inesse sinant. Datae 26. Aprilis Anno 1623.

A. C. P. V. humilimus cliens
Johannes Klein mp.

Címzés: Amplissimis, Consultissimis Prudentissimisque Viris, Judici caeterisque Juratis et Assessoribus Reipublicae Leucowianae dignissimis, Dominis Favitoribus et Mecaenatibus suis omni observantia animique summissione aeviternum colendis

140/1

161.

Daniel Bresler és Johann Schander a lőcsei főbíró és a városi tanács nevében
Bécs, 1623. május 7.

Idősb Lazarus Henckell Lőcse városára hagyott 5000 forintot, azzal a megkötéssel, hogy az említett összeg éves kamataiból a város saját fiait németországi egyetemeken az augsburgi hitvallás szellemében teológiára taníttassa. A város nevében Daniel Bresler és Johann Schander vette át az adományt.

Wir, N. Richter vnd Ratth der Khüniglichen Freystatt Leutsch in ober Hungern, hiemit diesem offnen Brieff gegen jedermäniglich, dem zue wissen vonnötthen, thuen khundt vnd bekhennen für vnss, all vnser Erben vndt nachkhomben, demnach der edel vndt gestreng Herr Lazaruss Henckhel der Elter von Donnersmarckh auf <...> vndt Gföll, Römisch Khayserlicher Majestät Ratth etc., vnser grossgünstiger Herr in betrachtung seiner sterblichkheit vndt stifftung des vralten geschlechts vndt namenss der Herrn Henckhel ehrengedechtnuss auss sonderbahrer Lieb vndt tragendter guetes affection gegen erstgedachter Statt Leutsch sein geliebtes Vaterlandt, insonderheit aber zue aussbraittung gottlicher Ehr vndt Befürderung gemainer Statt nutzen, zue mehr bequemen erhaltung kirchen vndt schuelen daselbsten, benahntliches sechstaussent zwayhundert fünffzig gulden rhl., thuet, in hungerischer wehrung jedes thaler a fünf vndt siebenzig khr., gerechnet fünfftaussent taller hungerischer, ad pios usus testamentaliter legirt vndt der gestallt freywillig verschaffet, dass obbestimbtes Capital der 5000 fl. je vndt allzeitt bei gemainer Stadt Leutsch in perpetuum inrevocabiliter vndt vnauflöslich verbleiben vndt hingegen von dem usu fructu oder jährliches Interesse desselben Stipendiaten der theologischen facultet, welche aber Stadt- vndt Burgerskhinder sein, vndt auf Universiteten vndt hoehen schuelen in Deutschlandt sich allein der rainen vngeenderten augspurgischen Confession befleissen vndt khainer andern Lehr anhengig sein, successive vndterhalten vndt diss Legat in khain anders profan usum in Ewigkheit nit verwendet werden solle.

Alss haben wir, Herr Daniel Bressler vndt Johannes Schander, beede des Ratths von gemainer Statt desswegen abgeordnete obstehundte summa der 5000

fl. an heut dato auss handten ehrgedachten Herrn Lazari Henckhel dess Eltern von Donnersmarckh etc. als testatoris noch in dessen lebzeithen vndt hocherlebten Alter an heut dato paar zue vnsern handten völlig empfangen, herentgegen verbinden vndt verobligirn wir vnss all vnser Erben vndt nachkhommen hiemit vndt in krafft diss Briefs, bey vnnsern waahren Trauen vndt glauben, dass von solcher summa geldts der usus fructus vndt dauon gebührliches Interesse je vndt allzeith ganz vndt gar wol gemainter massen ad pia opera, dadurch nitallein Gottes Ehr vndt gemainer Stadt Leutsch wolfahrt befürdert, angelegt vndt verwendet werden, sondern auch zue mehr obwohlgedachten Herrn Herrn Henckhelss dessen Herrn Erben, posteritet vndt nachkhomben zue stätswehrundtes Ehrngedechtnuss geraichen vndt gedeyen solle, darwieder wir, all vnser Erben vndt nachkhomben dieser Statt, Standts oder wesenss die auch seyen weder ietz noch inss khönfftige, ja zue ewigen Zeithen <...> für sich selbst zue handtlen sich vndterstehen auch genandt andern zue thuen verstatten, khaines arers sollen noch wöllen alles getreulich ohne geuerde zue mehrer Vrkhundt, stetter vndt vnterhalltung dessen allen wie obsteht, haben wir diese Quittung vndt obligation mit gemainer Statt Leutsch <...> insigil bekrefftigt, der geben ist Wien, am Sontag Jubilate des Sechzehenhundert vndt drey vndt zwanzigsten Jahrs.

A tanács megjegyzése: E. Ehsamen N. W. Rhats zu Leutsch reversales Herrn Lazaro Henckeln wegen 5000 fl., so er legirt Anno 1623. die 7. Aprilis von den ehrsamen vndt Namhaften Herren Daniele Bresler vnd Johanne Schandor gegeben.

140/6

162.

Daniel Sturm a lőcsei tanácsnak
Wittenberg, 1623. május 24.

16 birodalmi tallérért legfeljebb 100 itteni forintot adnak. Ráadásul kötelező kiadásai is vannak. A tanulmányai folytatásához szükséges feltételek megteremtése vagy egészségének kockáztatása, vagy nagy kölcsönök árán lesz így lehetséges, amit anyja nem lesz képes visszafizetni. Ezért több ösztöndíjat kér. Helyzetéről a három professzor ajánlólevele tájékoztatja a tanácsot. Friedrich Bresler öröksége révén könnyebb helyzetben van. Bresler válasza egyébként már úton van. Bresler a késedelemért elnézést kér.

Nobilissime, Amplissime, Clarissime, Spectatissime Senatus, Domini et Mecoenates perenni reverentiae cultu observandissimi, salutem humilem precatur, et officiorum devotionem consecrat. Omnis res, quae habet dignitatem vel a natura, vel commendationem ab arte, lucet splendetque magis loci majestate. Sol enitet pulchrior, quod in caelo, gemma nobilior, quod in annulo, oculus eminentior, quod in capite tanquam solio resideat. Ea propter caelestissimo numini illi gratias ago immortales, quod tenuitatem vitae meae sub patriae terrae senatu amplissimo et spectatissimo tueri, consolari, recreare voluit. Sed, proh tempora, quae imperiales taleros 16 non nisi pro 100 florenis harum partium venditant.

Sileam, quod quibusdam contractis debitis impendere debuerim omnes. Si Wittebergae aut fame pereundum, aut morburum tyrannis concidanda, aut inopia librorum, solo aere vivendum, quis fructus patriae exundabit? Deus ne talia media studiorum meorum fini praedestinavit, fateor me fidem dedisse, sed quis illam in discrimen vitae absque ulla necessitate deducet. Quid ergo? Aut pericula sanitatis acciscenda, aut aere alieno obstringenda est conditio, cui pia paupercula mea mater solvendo insufficiens erit. Amplitudinum vestrarum de fine agitur, ille ne Dei honor vel bonum meum, Dei honor si est, sum ego ex minimis illis, cui si quid feceritis, illi fecistis, bonum si meum est, profecto ut in mare, ex quo defluxit, in patrios animos vestros amplissimos derivabitur. Et messis et messores apparent, licet toto mundo exulent, quos amplitudines vestrae potius enutrient, tempus enim prope est, quo procellissimis fluctibus maris vita haec rectoribus et candidissimis propugnatoribus ab amplitudinibus vestris plantandis indigebit, non famem panis et aquae, sed verbi vaticinatur Amos. Non dubito amplissimas mentes vestras religioni ducturas fore statum ecclesiae fluctuantis vento, ut illa provehatur felici. Idcirco ad avertendum intentum, sub conscientiae dictamen ut revocent amplitudines vestrae occasionem meam, demum vel stipendium annuum in bona moneta augeant, vel in patrio solo promoveant, tantum ingenij viribus consequi licuerit, quantum efflagito. Inspectis commendatijs professorum primariorum trium facile intelligent amplissimi animi vestri omnem curam vitae meae sanitatisque excedere, praesertim vitae statum, moneta, de qua mihi vivere licet, bonitate intrinseca Wittebergae pensatur.

Socius stipendiatus, Fridericus Breslerus patrimonij viribus, quibus ego destitutus sum, consolitatur. Frustra tempus tero Wittebergae, omnia siquidem exercitiorum genera pecunia excoluntur, unde, quis mihi fructus immineat, considerandum venit. Ergo, Amplissimi Domini, si mearum imbecilitatum petitio locum habere non potest saltem, ut intercessorum omnium autem maxime Dei rationem habere velitis, in visceribus Christi exoro. Ad consecrandum immortalitati non parum referebat amplitudines vestras tam munifico animo patriam juventutem Wittebergae excellisse, sed monimenta ista posteritatis ingenti cum dolore antecessorum posterorumque facile corruere possunt.

Praestiturae ergo amplitudines vestrae gratiam, quam illud numen caelestissimum diutissimo felicissimoque regimine beabit, et preces meae perennes recompensare velis remique contendent. Datae Wittebergae Anno resurrectionis Christi MDCXXIII die 9. Calendae Junij.

Circumspectarum amplitudinum
vestrarum obsequiosissimus et studiosissimus
Daniel Sturmius
Leucovia Hungarorum Scepusiensis mp.

Responsorias Friderici Bresleri socij mei candidissimi quod attinet, jam eae in expeditione versantur ob praegnantem quandam causam moram sistere coactae. Quod tamen indulgentia A. V. fiat, vehementer rogat.

Címzés: Nobilissimo, Clarissimo, Spectatissimo, Amplissimo Ordini Senatorio exemptae Regiae Civitatis Leutschoviensis in superiori Hungaria sitae, Dominis et Mecoenatibus meis omni reverentiae cultu sempiternum observandissimis.
Wittemberg Leutschaw in ober Ungarn
A tanács megjegyzése: Danielis Sturmij stipendiarij 26. Junij Anno 1623.
81/7

163.

Friedrich Bresler a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1623. június 9.

Pártfogóinak magánlevélben jelentette anyagi nehézségeit. Ezek közbenjárására a tanács a boroszlói Friedrich Schäfferrel 75 forintot küldött neki. A pénzt Joachim-tallérban kapta meg. Szorgalmasan tanulja a szabad művészeteket és a teológiát, hogy egykor majd hazájának hasznára válhasson. Nagy gondot okoz azonban számára az egész Európát elárasztó infláció, amelynek a haszonleső pénzemberek az okai. A küldött összeg nem lesz elég egy évre. Ugyanis a lőcsei számítás szerinti 75 forint, 1 tallért 4 forinton számolva, s nem számítva a Schäffer által átküldött három forintot, itt nem ér többet 18 tallérnál. A tallért 24 garason váltják. A korábbi ösztöndíjasok 52 forintot kaptak, mégpedig állandó kulcs szerint átváltható pénzben. Amit azok 1 forintért megkaptak, az most 1 tallérnál is többe kerül. Akkor a tallér 1 1/2 forintot ért, most, 24 garassal váltva, 1 forintot sem. Kéri a tanács anyagi támogatását. Mellékelten megküldi Erasmus Schmidt professzor levelét, melyben az igazolja, hogy mekkora nehézségeket szenved.

Gratiosam a gratiarum fonte Jesu Christo salutem, auream pacem, salubrem aeris temperiem, floridam reipublicae cum larga consiliorum benedictione constitutionem summa animi submissione ac debito observantiae cultu medullitus vovet ac precatur. Haud secus, Amplissimi, Consultissimi, Nobilissimi et Prudentissimi Viri, Patres ac Evergetae perpeti observantiae religione venerandi, haud secus, inquam, mihi obtigit hoc temporis articulo, quam olim cuidam Arcesilai amico obtigisse scribit Seneca. Arcesilaus enim amico pauperi et paupertatem suam dissimulanti, aegro autem, et ne hoc quidem confitenti deesse sibi insumptum ad necessarios usus cum clam succurrendum judicasset, pulvino eius ignorantis sacculum subjecit, ut homo inutiliter verecundus, quod desiderabat, inveniret potius, quam acciperet. Non absimili flatu mihi homini misero fortuna favit. Cum enim charissimorum parentum praesidio orbatus ob tenuiorem fortunae parcae substantiam egestate premerer, neque tamen hanc ex inutili verecundia libello supplice, tanquam publico teste C. A. V. revelarem, sed eam in maxima etiam necessariorum sumptuum ad Musarum sacra colenda penuria dissimulans paucis tantum, eisque privatis meis dominis fautoribus et promotoribus observanter colendis querulo scripto delinearem, ipsorum sublevandi egenos Christiana benignitas vestrarum, o, Venerandi Patres Patriae, felici intercessione sanctarum Charitum aperuit fores et munificentiae arcam, ex qua sacculum florenorum 75 in crassiori Joachimicorum numismate officio domini Friderici Schäfferi, negotiatoris Wratislaviensis, viri integerrimi, museo meo, ceu pulvino

ignorantis subijci curaverunt, ut quod ad urgentem culturae studiorum necessitatem desiderabam, invenirem potius, quam acciperem.

O, miram Jehovae miserentis providentiam! O, vero pulchrum vestrum Christianae charitatis τεκμήριον! O, eximium solidae liberalitatis κειμήλιον! Ἡδέως καὶ ἀλύπως dare voluistis, quippe qui Deum hilarem datorem diligere optume nostis. Beneficium exhibere cogitastis, quoniam homines Deo propiores fieri non posse, quam dando beneficium e sacro codice edocti estis. Quin praeclarae sententiae adstipulantem habetis ethnicum oratorem Demosthenem, qui cuidam ex se sciscitanti, quid Deo simile haberent homines, reddebat: Benigne facere. Merito igitur in vobis plenis (quod aiunt) buccis depraedicanda virtus beneficentiae, qua vita secundum Theophrastum conservatur humana, dum non in contractus usurarios, non in usus temerarios et alias res caducas eam elargimini, verum in bona, stabilia, diuturna ac perpetua, quibus tum Dei ter optimi maximi gloria promovetur, tum ecclesiae Christi salus ab insultu haeretico custoditur, sacrae scholarum officinae a situ barbariei vindicantur, respublica floret, oeconomia viget, nec non omnis vester honos et fama apud exteros undequaque crebrescit, augescit. Tali vero munificentiae munere, cum inpraesentiarum me prosequamini, Patres Amplissimi, quid inde a me expectabitis? Num parem in magnificentia occursionem et in sumptibus renumerandis talionem? Num vero debitum praeconium et perennis cultus et observantiae promissionem? Posterius jure poscitis, quia illud tum lege naturae me, ceu subiectum superiori magistratus obstringit, tum geniali θεραπεία honoris et obedientiae devincit, quam omnibus viribus et omni studiorum officiorumque genere quovis temporis momento vobis et charissimae patriae, cuius vos antistites estis, ex asse debeo, et debiturum spondeo, quibuscunque per naturae genium et studijs a Deo clementer concessis potero, dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus. Prius pro sorte mea Rhadamantaea lege non exigetis, cum de tali fine ne quidem cogitastis, sed ad nobiliorem scopum collimastis, quem in elargiendo stipendio alijs quoque conditionis huius complicibus praefixistis, liberalium nimirum artium ac disciplinarum cum coelesti sacrarum literarum consortio culturam, cui noctesque diesque invigilando omnibus nervis intendendum esset, ut salutari studiorum foenore instructus aliquando dulcissimae patriae salutem pro genij implantati modulo et divina dispensatione juvare et promovere possem. Quod felicitatis culmen utinam pro voto feliciter conscendere liceret!

Sed cum inter alia quamplurima sint, quae vitam scholasticam amara cicuta condiunt, id unum tamen non ita priori seculo obvium, quod nos nunc circumstat, omnem viam bonis studiorum conatibus <...> exasperare et occludere satagit, atque ob horrendam suam in brevi temporis intervallo progressionem cum summa admiratione omnium mentes consternatas tenet. Eluvionem intelligo monetariam, quae totum fere orbem Europaeum inundatum nocentissima clade affligit, et tantam ἀταξίαν rerum omnium inducit, ut dehiscam, si eam enumerare velim, verens, modo ne opes literarias cum alijs rebus, si res, qua cepit immanitate, progressura sit, ad incitas redactas videamus, nisi virtus omnipotentis Jehovae per ministerium sui magistratus saevitiam illam compescat et in ordinem cogat. Sed unde illud malum? Nil opus inquisitione, novit omnis monetarios con-

flatores et foeneratores pessimos Dei justissimi indultu illius autores esse, qui ex depravatione et multiplicatione monetae nihil sanguinis ei, seu, ut Graeci loquuntur, ἀγαθοῦ κόμματος, id est bonae notae, reliquerunt, vere de nihilo gloriantes, quippe qui sangvine et anima miserorum ac pauperum pascuntur, ut cum vate Maeonide ejulem, qui pecuniam esse animam asserit miserorum mortalium. Χρήματα δὲ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι. Verum gravissimum olim a supremo iusto judice supplicium lueturi sunt.

Hoc autem malum cum bonis conatibus obicem ponat, non video, quomodo transmissis stipendij sumptibus annuus cursus rite absolvi possit. Etenim ex florenorum 75 calculo Leutschoviensi pro valore Joachimici florenorum 4 non plures, quam 18 Joachimici thaleri (omissis florenorum 3, qui a domino Schäffero sunt transmissi) producuntur, qui nostratium hominum computatione 18 solum simplicibus thaleris pro 24 grossorum numeratis aequiparantur. At hocce numero, Amplissimi Patres, quomodo verus et arduus studiorum scopus attingendus? Imo ad ipsam summe necessariam sustentationem non sufficit. Ubi amictus? Ubi libri necessarij? Ubi collegia privata et palestrae exercitiorum, ex quibus omnis eruditionis suppellex comparari debet? Vestris consultissimis amplitudinibus et prudentiae rem omnem dispiciendam committo. Expensitent prudentiae vestrae statum pristinum alumnorum suorum, quibus florenorum 52 numerare solitae sunt, ac quidem in probae ac accepta notae pecunia deprehendent, quantum de munificentia sua summa aetatis cuprariae iniquitas alumnis modernis detrahat, spoliet, pessundet, nec supervacaneam querelam factam facile aestimabunt. Illis enim Musis sacra facientibus tempora felicia vigebant, et probatae monetae usus latissimus, nobis hic vitam terentibus tempora plus quam infelicia existunt, et monetae caducorum foliorum (ut illud poetae usurpem) fere similis usus longissimus. Illi accepto stipendio in Joachimicorum specie, quasi lucri quid capiebant, nos ingentem jacturam facimus. Quod enim illi floreno 1 emere potuerunt, nos Joachimico aegre profecto emere valemus. Illi Joachimicum pro florenis 1 1/2 exposuerunt, nos pro 24 grossis eundem exponentes vix valorem unius floreni obtinemus. Quemadmodum hoc ex collata mercium et aliarum rerum aestimatione, sub omni humilitate transmissa, circumspectae amplitudines vestrae intelligent. Sed in harum benignitate, tanquam in fido portu omnem bonae spei copiam mihi repositam fore confido, cuius persuasione ductus omnia angustiarum mearum vulnera denudo. Et quoniam verecundia inutilis est homini egeno secundum illud Horatij poetae: „Stultorum incurata pudor malus ulcera celat", amabili credulitate et jucunda spe pascor, si precum mearum instantiam approbare, et aequivalenti additamento stipendij iacturam instaurare voluerint, sortem langventem refocillatum iri. Sin sequius! Helenaque sperata Paridi linquenda, pedum visenda erit via. Non enim in tanta temporum exulceratione patrimonij mei reliquijs ultra in hisce regionibus vitam macerare consultum erit, sed a necessitate praeceps consilium capiendum, quo modo pestiferi mali saevitia declinari possit. Verum meliora auguratur animus, et certam suae curae ac sollicitudinis medelam ab amplitudinibus circumspectis prudentissimisque vestris sibi pollicetur.

In quo omine Jove secundante filum epistolij abrumpo, et me totum citerioris favoris et patrocinij umboni amplitudinibus V. humilime submitto. Deum ter optimum maximum calidis gemitibus obsecrans, ut circumspectas amplitudines vestras divinae protectionis alis protegat, salubri aeris temperie cum longa annorum serie sospitet, consilia universa nomini suo divino gloriosa et ecclesiae totique patriae deinceps quoque fructuosa et salutaria esse jubeat. Literas adjunctas excellentissimi viri, domini M. Erasmi Schmidij professoris mathematum <...> et Graecae lingvae, praeceptoris et fautoris mei honorandi circumspectis amplitudinibus vestris transmittere volui, ut de miseria status mei testimonium perhiberent, et pondus aliquod instantiae meae adderent pluribus aliorum dominorum fautorum declinandae molestiae gratiae in sede sua relictis. Dabantur in Atheneo Leucoreo V. Idus Junias Anno Christiano, quem moestitia his literulis insignivit, IngerIt VnDIqVe nVnC tVrbas aerata Moneta.

Circumspectas amplitudines, nobilitates et
prudentias vestras humilimo affectu colens alumnus
Fridericus Breslerus Leutschoviensis

Címzés: Amplissimis, Nobilissimis, Consultissimis atque Experientissimis Viris, Domino Judici et caeteris Dominis Juratis Assessoribus Inclytae Reipublicae Leutschoviensis in tractu Superioris Hungariae, Dominis Promotoribus, Evergetis ac Patronis suis Magnis summa animi demissione et observantia perpetim venerandis, honorandis
Witteberga Leutschoviam

A tanács megjegyzése: Domini Friderici Bresler stipendiarij pro stipendij augmento solicitatoriae

140/46

164.

Erasmus Schmidt a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1623. június 26.

Daniel Sturm és Friedrich Bresler elpanaszolta neki, hogy az otthonról kapott tallérjaikat az eddiginél jóval rosszabbul váltják át. Eddig egy tallér tíz forintot ért. Most tíz forintnál nagyobb összegért sem kapnak annyit, mint ezelőtt 24 garasért. Azt beszélik, hogy a választó legutóbbi rendelete szerint a tallér ismét 24 garast ér, de ezt a rendeletet még nem hirdették ki. A 18 tallérból, amit a két diák eddig erre az évre kapott, megélni nem lehet. Ez a pénz még a szükséges élelemre sem elég, nemhogy könyveket tudnának vásárolni. A két ifjú felkérésére kéri a tanácsot, hogy azoknak küldjön pénzt, különben nem tudják tanulmányaikat befejezni.

Salutem a salutis autore Jesu Christo. Nobilissimi, Amplissimi Prudentissimique Virj, Domini et Fautores colendj, alumni vestri, Daniel Sturmius et Fridericus Breslerus, viri nobilissimi amplissimique erga se et alios civium vestrorum liberos, studijs pietatis et humanitatis addictos singularem propensionem et munificam liberalitatem (qvam et ipse annis ab hinc jam viginti et octo coram cognovj, neqve unqvam ex animo meo singularem illam humanitatem, qvam tum expertus sum, excidere patiar) et se stipendio a vobis ad studia donatos multum

juvarj, grato animo aliqvoties praedicarunt. Sed id qverelae praesentium temporum injuria illis expressit se propter imperiales admodum largo valore aestimatos, ideoqve minore numero, qvam olim, qvando monetae adhuc ad leges imperij alligatae manebant, fieri solebat, missos et acceptos sufficientem inde sustentationem habere non posse. Qvam qverelam ipsorum non iniqvam, aut nihil faciendam facile agnosco.

Etsi enim imperiales hic denis florenis hactenus aestimati fuerunt, plus tamen illis 10 florenis emj non potuit, qvam antehac viginti qvatuor grossis. Imo etiam illa aestimatio nuperrime ab electore nostro serenissimo abrogata, et imperialis rursus ad valorem 24 grossorum reductus vulgo jactatur. Tametsi publicatio illius sententiae nondum facta est, qvod sciam. Ideoqve denis octonis imperialibus, qvot se hactenus in annum accepisse ajunt, vivere eos per annum impossibile esse palam est, qvum ne victuj qvidem vilissimo sufficiant, nedum ut libros necessarios sibi comparare qveant. Et qva alacritate studia tractari possint, qvando cum latrante stomacho negotium est, vel in aere etiam alieno vivitur, qvivis facile videt.

Omnino vero in humanitate vestrarum nobilissimarum amplitudinum hoc spei positum habent, fore ut vos, Virj Nobilissimi, Amplissimi Prudentissimique, hac de re edocti, huic qvoqve defectuj succurratis, et beneficium, qvo hactenus non male usi sunt, pro vestra munificentia augeatis. Qva in re etsi vos ultro promptos atqve paratos confido, nec mea intercessione aliqva opus esse puto. Qvia tamen illi eam a me efflagitarunt, denegare eam optimis juvenibus non potuj. Qvod si ergo ullo modo fieri potest, rogo, Viri Nobilissimi, Amplissimi et Prudentissimi, ut alumnis hisce vestris succurratis, ne studia hic ex voluntate vestra continuanda, qvod metuunt, deserere et ante justum tempus domum re nondum ex voto hic peracta recurrere cogantur.

Non dubito, qvin optime, ut hactenus, ita deinceps qvoqve beneficium sint collocaturj, et operam daturj, ne unqvam sumptuum erogatorum vos poenitere jure possit. Qva in re me monitore non carebunt. Bene valete, Viri Nobilissimi, Amplissimi et Prudentissimi, Domini et Fautores perpetuo venerandj. Perscripsi Witebergae ad diem 16/26. Junij Anno 1623.

Nobilissimis, amplissimis et
prudentissimis vestris omni officio addictissimus M.
Erasmus Schmidt, Graecae et mathematicae professor et
alumnorum electoralis inspector mp.

Címzés: Viris Nobilissimis, Amplissimis, Prudentissimis, Humanissimis, Dominis Judicj et Juratis Civibus inclytae Reipublicae Leuczoviensis in partibus Superioris Hungariae, Dominis et fautoribus suis antiqvitus reverenter colendis
Leuczoviam

A tanács megjegyzése: Domini Magistri Schmid, professoris Witebergensis pro Friderico Breslero et Daniele Sturmio intercessoriae alumnis

81/6

165.

Daniel Sturm Karl von Holznak
Wittenberg, 1623. szeptember 27.

Megkapta Holz 23-án kelt levelét. Egyúttal megküldi a nyugtát az 50 Joachim-tallérról. Kéri, hogy legközelebb a hazai dolgokról is írjon.

Aller ehren Titheln nach grossachtbarer undt edelvester Herr, insonders vielgünstiger, weit berümbter gutter Her Patron.

Deme seint meine aller hoch Tewren ehren gebier nach freindlichter gruss. Christliches alls liebes guttes undt angenemes leibes undt der seelen zeitlicher undt ewiger Wolfahrt, in sich habendes votum undt Wundsch mit allegirter undt subserbirter <...> beides in actu et potentia, das aber ganz williger undt aller seits bereiter Dienste, ablatio undt antrawen vermeldet.

Des Hern Seiner Edelvest Schreiben an mich gethan hab ich den 23. dies unverrukt endpfangen, dafür ich mich gros dankbar weis, auch die Zeit meines lebetags wiederumb in andern sachen in verschulden bereit sein. Die quitans anbelanget auf 50 stück hab ich nach recht folgen lassen. Bitte also fleissig sie in besten anzunemen. Es ist auch hierbej noch mein freindliches fragen ab unser Her Patroni gar kein schreiben dem geldt bej geleget haben, den wir sehr sorgfeltig sein wegen den Zustandt unsers lieben Vatterlands, wir bitten auch demütig, ich samst meinen Hern landsleütten, er thue das einzige undt lasse uns, seine Diener den Dienst geleisten undt unsere Schreiben mit in Hungariam zu fihren. Denn wir sie beide auf dem Krangkbette geschrieben. Hiermit befehle ich den Hern seiner edelfest in Schutz des allerhöchsten.

Dabantur Wittebergae den 27. Septembris Stylo Novo Anno 1623.

Des Hern Seiner Edelfest undt
gros achtbarkeit alle Zeit schuldiger
undt Dienst williger Daniel Sturmius
Leucovia Hungarorum Gepidarus Reipublicae
Patriae Alumnus devotissimus mp.

Címzés: Den Edlen und gross Achtbaren Ehren vesten Hern Carolo von Holtz mein vielgünstigen Hern undt Patron zur behande Bresslaw

A tanács megjegyzése: Litterae Danielis Sturmij ad Carolum ab Holtz, a quibus 50 Joachimicos se accepisse fatetur.

81/5

166.

Daniel Sturm és Friedrich Bresler nyugtája
1624. február 23.

Igazolják, hogy Matthias Lorenz lipcsei kereskedőtől átvettek 60 magyar dukátot.

Laus Deo den 23. Februar Anno 1624.

Wir Studiosi Academiae Wittebergensis vnd Alumni Reipublicae Leutschoviensis, Fridericus Breslerus vnd Daniel Sturmius fügen zu bekommen laut praesentlichen Chirographi, das wir von den Ehrnvesten Herrn Matthias Lorenzen, Handelsmann in Leipzig, 60 ungrischer Duckaten in Specie empfangen haben, von welchen wir auch gemelten Herrn quittiren vnd entbinden mitt unterdruckten unsern gewönhlichen Petzier vndt Insiegel. Actum ut supra.

Fridericus Breslerus Leutschoviensis

Daniel Sturmius Leutschoviensis Hungarus

81/11

167.

Daniel Sennertnek, a wittenbergi egyetem rektorának igazolása Daniel Sturm számára
Wittenberg, 1624. március 11.

Jóllehet az egyetemi végzettség legfőbb bizonyítéka magában a végzett diákban van, a hitelesség kedvéért igazolást állít ki Daniel Sturm, a néhai Martin Sturm – aki maga is Wittenbergben tanult, majd otthon egyházi szolgálatba lépett – fiának a számára, akit minap diáktársával, Friedrich Breslerrel együtt (ez, ha egészségesebb lenne, az elértnél jóval nagyobb előmenetelre tehetett volna szert a tanulásban) patrónusaik levele hazahívott. Az igazolást Sturm maga kérte az egyetemi magisztrátustól. Tanúsítják, hogy ezen három év alatt Sturmra nem volt semmi panasz. Az elértnél nagyobb eredményekre lett volna képes ő is, ha nem lettek volna anyagi gondjai. Ebben nagy szerepet játszott a drágaság. Nehézséget jelentett még a mindennapi betevő megszerzése is, ezért Sturm könyvtárát és egyéb tanszereit kénytelen volt eladni. Ha tanulmányait olykor abbahagyja, tisztes munkával gondoskodhatott volna megélhetéséről. Ő azonban inkább választotta a szegénységet és a tanulást, mintsem megszegte volna patrónusainak tett ígéretét. Szállásadónőjének, aki élelemmel és egyéb szükséges dolgokkal is szolgált számára, nagy hálával tartozik. Az egyetemi szabályzatot betartotta, tanáraival tisztelettudó volt, jól kijött diáktársaival. Ezért méltónak ítélik őt a tanács további támogatására.

Rector Academiae Witebergensis, Daniel Sennertus Vratislaviensis Silesius, Medicinae Doctor et Professor atqve Facultatis eiusdem senior, lecturis cum

debito honore S. P. D. Recte faciunt, qvi postqvam aliqvandiu in academia vixerunt, vitae et studiorum testimonium expetunt, eoque instructi ad suos redeunt. Etsi enim optimus testis sibi est ipsemet qvisqve, qvia tamen proprio testimonio alij fidem adhibere non solent aut tenentur, modestia etiam qvemqve pro se loqvi non sinit, saepe etiam calumnijs obviam eundum est. Ideo tutissime testimonio eorum, qvorum fides in dubium vocanda non est, et calumniatoribus privatis commodissime opponi potest, magistratus videlicet, uti qvisqve in promptu habet.

Perpendens hoc secum honestus et doctus jùvenis, Daniel Sturmius Leuczoviensis Scepusius, amplissimi et prudntissimi senatus patrij hactenus alumnus, viri qvondam reverendi et doctissimi, domini Martini Sturmii pro memoria fidelis verbi in ecclesia patria praeconis, olim qvoqve nostrae academiae civis filius, nuper literis dominorum patronorum una cum coalumno et sympatriota, honesto et docto juvene, Friderico Breslero (qvi, si sanitate ipsi meliore licuisset uti, longe praeclariores profectus, praeter eos, qvos Dei beneficio etiam imbecilliore valetudine fecit, facere potuisset) hinc avocatus, sibi qvoqve iam ad suos redeunti testimonio magistratus academici opus esse recte judicavit, idque debita modestia a nobis petijt, et haud difficulter impetravit.

Testamur itaque hunc Danielem Sturmium toto hoc qvasi triennio, qvo nobiscum vixit, studiis pietatis, honestatis et bonarum artium ita incubuisse, ut qvod de ipso conqveramur, non habeamus, profectusque Dei beneficio fecerit haud poenitendos. Ac potuisset sane ulterius haud dubie progredi, nisi toties illi cum fame et latrante stomacho decertandum fuisset. Etsi enim sumptibus senatus patrij amplissimi satis munificis se vixisse gratus praedicavit, qvos etiam alijs ante se sufficere potuisse nullus dubitavit, factum est tamen, ut grassante hactenus furia ista monetaria, qvae tanta damna scholis et ecclesiis intulit, qvanta hic commemorari non possunt, etiam munifici illi sumptus sub manibus ipsi qvasi diffluxerint ob rerum omnium caritatem, inde exortam summam. Qvod malum nostro in primis loco qvasi epidemium fuit, et qvosvis cuiuscunque ordinis atqve conditionis duriter satis pressit.

Unde cum fame saepenumero conflictatus plus cogitationum impendere cum multis aliis bonis necesse habuit, qvi panem impetrare posset, qvam qva ratione studia tractare deberet, imo maximam partem librariae supellectilis urgente fame oppignorare, atque ita adminiculis studiorum necessariis seipsum privare coactus fuit. Ac licet functionibus honestis ineundo de victu necessario facile sibi prospicere potuisset occasionibus aliqvoties oblatis, memor tamen obligatum se patrio senatui esse ad studia Witebergae tractanda maluit egere et qvidvis pati, qvam sacramentum obligationis suae violare, et extra academiam vivere, praesertim qvum hospitio piae et beneficae foeminae, cui post Deum propter suppeditatum panem et alia necessaria tantum non vitam se debere profitetur, frui contigisset.

Caetera ita vixit, ut nulla de ipso qverela ad nos perlata fuerit. Qvin potius observantiam legibus academicis, honorem praeceptoribus, tranqvillitatem et concordiam aeqvalibus etiam atqve etiam praestitit, adeoque ita a nobis discessit, ut faustis ominibus atqve votis abeuntem proseqveremur. Nec dubitamus eum, si

patronos porro invenerit faventes, patriae aliqvando utilem futurum. Qvo nomine etiam amplissimo ac prudentissimo senatui Leuczoviensi diligenter eum commendamus, et reverenter rogamus, ut hunc civem suum porro foveant, et ad metam studiorum usqve benevole promoveant, nostraque vicissim officia et studia sibi polliceantur.

Qvod restat, inclytam rempublicam Leuczoviensem una cum salute totius ecclesiae hisce temporibus vel maxime periclitantis divinae protectioni commendamus. Dabamus Witebergae, et in fidem sigillum academicum apprimebamus Calendis Martiis Julianis, Anno aerae Christianorum MDCXXIV.

Testimonium domino
Danieli Sturmio Leuchoviensj

Calendis Martijs Anno 1624. datum.
Más kéztől: ab alma universitate leucorea

81/12

168.

A wittenbergi egyetem magisztrátusa a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1624. március 11.

Az immár hazarendelt Daniel Sturm tartozása ügyében írnak. Sturm túl kevés pénzt kapott otthonról, azt is többnyire későn, s a kapott összeg nagy részéből rögtön hitelezőit kellett kifizetnie. A minap Friedrich Breslerrel közösen (akiről ugyanezt lehet elmondani) 60 Lipcsébe küldött dukátot kapott, melynek fele őt illette. Ez a 30 dukát itt 45 tallért ér. Ebből tartozásait megadni nem tudta. Pfanzer tanácsos özvegyének, akinél lakott, s akitől alkalmanként élelmet is kapott, 23 dukáttal tartozik még a szállásért és ezért az élelmezésért. Az özvegy az egyetemi magisztrátus közbenjárására – Schmidt Erasmus magiszter még kezességet is vállalt –, jóllehet nem szívesen, egy levélváltásnyi haladékot még adott. Ezt tette Michael Heinitz, akinek gyertyákért 4 tallérral, s ezt Jakob Binder, a szabó, akinek 2 tallérral tartozik még Sturm. Kérik, hogy a tanács a pénzt Lipcséből vagy máshonnan kereskedőkkel küldje el Wittenbergbe.

S. P. Viri Amplissimi, Prudentissimi, Domini atque Amici reverenter Colendi. Qvod alumni vestri, Danielis Sturmii causa, qvem a vobis hinc avocatum cognovimus, et bona cum gratia dimisimus, hasce literas exaravimus, id commodo eiusdem et benevolentia erga vos factum esse statuatis, maxime rogamus.

Contraxit ille aes alienum hactenus, partim qvod rerum omnium precia praeter solitum hic excreverant, ideoque sumptus illi per se munifici, qvos a vobis hactenus accepit, ferendis illis omnibus non erant, partim qvod serius plerunque pecunias acceperat, ita ut acceptae maximam partem creditoribus distribuendae essent. Unde autem deinceps, donec rursus sibi aliqvid expectandum esset, viveret, nihil aut perparum relictum maneret, sicut ipse coram haud dubie pluribus conqveretur. Etsi autem nuper LX ducatos ipsi et Breslero (de qvo eadem fere scribere possemus) huic enim ipsi soli XXX ducatos Lipsia missos

fuisse intelligimus, non potuerunt tamen hi XXX ducati, qvi hic XLV imperiales faciunt, omne aes alienum, qvod hactenus contraxit, discutere.

Atque proinde M. Pfanzeri senatoris viduae, cuius hospitio hactenus usus et tempore famis ab ea multum sublevatus fuit, adhuc debet XXIII ducatos pro habitatione, stragulis, cibo potuque necessario. Qvae tamen qvantumvis invita nobis intercedentibus et fidem interponente nostro collega domino, magistro Erasmo Schmidio, moram, qvam ex literis vestris promisit, brevem, adhuc ferre recepit. Idemque fecit Michael Heinitz, cui debentur IV imperiales pro candelis, ut et Iacobus Binder sartor, cui restant II imperiales pro concinnatione vestium.

Hos igitur XXIII ducatos cum VI imperialibus, qvandoqvidem debitum liqvidum et honestum est, ut qvamprimum, Viri Amplissimi ac Prudentissimi, per mercatores Lipsia vel aliunde huc mitti curetis. Magnopere rogamus, cum ut viduae piae beneficium suum non sit fraudi, sed mature illa sua recipiat, qvibus hisce difficillimis temporibus sine damno carere neqvit, tum ut fides collegae nostri vestris literis innixa liberetur, tum ne dilata missione aliis egentibus opera misericordiae deinceps denegandi ansa praebeatur.

Non dubitamus V. Amplitudines hac in parte facturas qvod aeqvum est. Et tamen instantibus creditoribus monere bono animo voluimus, utqve boni consulatis, amice rogamus. Dabamus Witebergae Calendis Martii Julianis, anno Christiano MDCXXIV.

Rector, magistri ac doctores
academiae Witebergensis

Címzés: Viris Amplissimis Prudentissimisque ac Dominis, Domino Iudici et Iuratis Civibus Inclytae Reipublicae Leuczoviensis in Hungaria Superiore, Dominis et Amicis nostris plurimum honorandis

A tanács megjegyzése: Rector, magistri et doctores academiae Witebergensis amplissimum senatum Leuchoviensem de debitis per Danielem Sturm studiorum causa Witebergae conplatis certiorem reddunt. Debitum illud constituit ducatos 23 et 6 taleros imperiales

81/9

169.

Erasmus Schmidt a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1624. március 12.

A tanács által Wittenbergből hazahívott, s onnan szívélyes búcsú után eltávozott Daniel Sturm és Friedrich Bresler részben anyagi, részben egészségi okok miatt tanulmányaikat a tőlük kívántnál talán valamivel kisebb hatékonysággal végezték el. Amikor, egyébként meglehetősen lassan, megérkezett Lipcséből vagy Boroszlóból a pénzük, azzal hitelezőiket kellett kielégíteniük. Gyakran voltak pénzszűkében, s az éhség miatt nem tudtak kellőképpen koncentrálni a tanulásra. Maga Schmidt sem igen tudott nekik segíteni, mert az egyetemi kassza is teljesen kimerült, s a pénz ráadásul ma csak tizedannyit ér, mint akár néhány évvel ezelőtt. Bernhard Pfanzer néhai tanácsos özvegye azonban nemcsak szállást, de élelmet is adott nekik, s betegségük idején ápolta őket. Sőt, télen, mikor nem volt tüzelőjük, megosztotta

velük hálószobáját is. Ebből aztán az a nyilvánvalóan teljességgel hamis gyanú támadt, hogy Sturm feleségül kívánja venni a több mint 60 éves özvegyet. Nem volt tehát helyes Sturmot emiatt a tanács előtt bevádolni. Sturmról egyébként azt is mondogatták, hogy ő Wittenbergben a leghazugabb ember, mivel azzal dicsekszik, hogy ösztöndíja több ezer forintra rúg. Sturm ugyan valóban mondott ilyet, de csak viccből. Itt ugyanis annyira rossz a forint, hogy egy tallérért akár tizet is adnak. Ha tehát Sturm 60 tallér ösztöndíjat kapott, ami ebből a rossz forintból több mint 600-zal egyenértékű, akkor állítása igaz volt. Nem tudja, hogy ki írhatta azt a gyalázkodó levelet, de kéri, hogy a tanács máskor inkább az egyetem hivatalos bizonyítványának adjon hitelt, s ne a rágalmazóknak. A tanács kérésére ezután is szívesen viseli gondját más lőcsei ösztöndíjasoknak. Egyébként pedig köszöni a számára kiutalt honoráriumot. Ami még Sturm ügyét illeti, az egyetem korábbi leveléből kifelejtették, hogy Sturm tartozik még 5 dukáttal Wolfgang Hobeltnek is. 29 évvel ezelőtt a tanács támogatta őt, mint peregrinust. Kéri, hogy akkori pártfogói közül a még ma is élőket nevében a tanács üdvözölje. Pártfogói a következők voltak: Friedrich Bapst, Kaspar Hütter, szállásadója Georg Teubel, Kaspar Kramer, az akkori jegyző Philipp úr, Daniel Hirscher, Daniel Hirschhorn, Georg Engelhardt, Hertel úr, Urban Riemer.

S. Viri Amplissimi Prudentissimique, Domini ac Fautores reverenter colendj. Alumnos vestros, Danielem Sturmium et Fridricum Breslerum, qvos proxime hinc avocastis, bona cum gratia remittimus. Deus sit abeuntibus comes, et utrumqve salutare patriae organum faciat. Utinam vero in meliora nobiscum tempora incidissent, et cum vestro, tum suo voto satisfacere, studijsque diutius incumbere et adminiculis necessarijs justo tempore uti potuissent, imo et valetudine prosperiore gavisi fuissent. Nullus dubito illos praeter eos, qvos etiam sic in summa difficultate Dei beneficio fecerunt, multo praeclariores profectus facere potuisse. Sed ea fuit proximorum annorum apud nos iniqvitas ex ἀταξία monetaria orta, ut sumptus qvivis, licet alias satis munificj, sufficere etiam parce utentibus neqviverint ob rerum omnium precia nimium inde adaucta. Addo, qvod serius nonnunqvam, hauddubie eorum culpa, qvibus mediantibus pecuniae huc Lipsia vel Vratislavia mittendae erant, sua acceperint, qvae in creditores maximam partem distribuenda venerunt. Unde vero in posterum usqvedum alios sumptus expectarent, viverent, non habuerunt. Factum proinde, ut saepe cum fame colluctati fuerint, non sine gemitibus multis et cum omissione studiorum damnosa. Qvam difficile enim sit ventre latrante studijs et meditationibus vacare, qvivis facile aestimare potest. Sed de his plura commemorabuntur ipsi. Etsi autem succurrere ipsis de inopia sua haud raro conqverentibus promptus fuissem, facultas tamen defuit hoc tempore, qvo per aliqvot jam annos, maxime autem proximo triennio, salaria nostra academica ita nobis sunt per furiam monetariam grassantem accisa, ut de toto vix decimam partem effectu ipso acceperimus.

Interea tamen Deus illis prospexit, dum foemina honesta, domini M. Bernhardi Pfanzeri, piae memoriae etiam senatoris olim nostratis vidua, non hospitio tantum eos excepit, sed etiam fame et aliqvandiu febre laborantibus opera misericordiae Christianae exhibuit, et hyberno tempore, qvanto lignis carebant, secum in hypocausto suo honeste versari permisit. Qvae res immaturam suspicionem movit, qvasi Sturmius eam sibi matrimonio juncturus esset. Ridendum hoc esset, si qvis secum ista cogitaret de foemina plusqvam sexagenaria, sed maxime cul-

pandum, si qvis ista suspicione Sturmium apud patronos gravare vellet. Nec illa matrona qvaerit (puto) virum, nec Sturmius ita stolidus foret, credo, qvi tam annosae se manciparet. Sed qvis potest omnium calumnias evitare? E qvibus et illa est Sturmium mendacissimum hominem gloriari hic de stipendio aliqvot millium florenorum, qvin tamen ille iocose (sed non satis prudenter) locutus fuerit, ut intelligo, de valore monetae vilissimae illius, qvae hactenus hic in usu fuit, adeo ut singuli imperiales 10 florenorum levissimae illius monetae valerent. Qvod si ergo 60 imperiales pro stipendio habuit, plus qvam 600 florenorum (scilicet monetae vilissimae) se habere citra mendacium dicere potuit. An propterea juvenis honestus statim sit mendaciorum reus agendus, non video. Erit tamen ipsi hauddubie hoc πάθημα qvoddam μάθημα, ut discat loqvendo cautior esse. Interim si qvid forte calumniarum similium ad vos pervenerit, rogo, ut potius literis academiae publicis, qvam privatis, nescio cuius, fidem adhibeatis, et porro alumnos hosce vestros fovere pergatis.

Qvod ut in posterum alumnos vestros, curae et fidei meae commissos habeam, rogatis, dabo operam, ut voto vestro, qvantum in me est, respondeam. Pro honorario, qvod hactenus qvidem minime promeritus sum, misso, gratias ago debitos, operam daturus, ut deinceps non ingratus fuisse videar. Caeterum qvid debeat ad huc Sturmius, ex literis academicis cognoscetis. Qvibus hoc addo etiam senatori et iustitori Wolfgango Hobelto 5 ducatos, ni fallor, eum debere, qvos, qvum rectoris literae scriberentur, oblitus fuerat. Spero autem haec residua primo qvoqve tempore huc missum iri, idqve maximopere rogo, qvo fides mea vobis volentibus interposita liberetur.

Ita salutatos et divinae protectioni commendatos universos et singulos vos volo, ex qvorum collegio amplissimo eorum, qvi me iam annis abhinc 29 humaniter et amice peregrinum tractarunt, nomina adhuc mihi sunt immortalia, ut nobilissimi domini Friderici Bapst, domini Casparis Hütterj, domini Georgij Teubelij hospitis mei, domini Casparis Cramerj, domini Philippi N. scribae publicj, domini Danielis Hirseri, domini Danielis Hirshornij, domini Georgij Engelhartj, domini N. Hertelij, domini Vrbani Riemerj. Ex qvibus, si qvi adhuc sunt in vivis, officiose salutatos cupio. Ita bene valete, Viri Amplissimi Prudentissimique, Domini ac Fautores reverenter colendj. Dabam Witebergae ad diem 2/12. Martij Anno 1624.

V. amplissimarum prudentissimarumque officiosissimus amicus,
M. Erasmus Schmidt, Graecae et mathematicae professor et
alumnorum electorum Saxoniae inspector mp.

Címzés: Viris Amplissimis Prudentissimisque ac Dominis, Domino Judici et Juratis Civibus Inclytae Reipublicae Regiae atqve liberae Civitatis Leuchoviensis. Dominis et Fautoribus meis reverenter colendjs

A tanács megjegyzése: Domini Erasmi Schmid, Graecae lingvae et mathematis professoris Witebergensis litterae super conditione, discessu et abitu alumnorum Danielis Sturmij et Friderici Breslerj certificatoriae. Witebergae 12. Martij Anno 1624.

81/10

170.

Daniel Sturm és Friedrich Bresler nyugtája
Boroszló, 1624. március 21.

Friedrich Schäffer és Karl von Holz közbenjárására a cseh Venceslav Jessenius kölcsönzött számukra 96 dukátot, mégpedig azzal a feltétellel, hogy a tanács számára ezt az összeget visszafizeti. A pénzre azért volt szükségük, mert kirabolták őket.

Ich Daniel Sturmius vnd Fridericus Breslerus Magistratus Reipublicae Patriae Alumni bekennen mit dieser Handschrifft, dass (weil wir auf der strass angegriffen vnd vnsers geldes beraubet sindt worden vnd also weder hinter sich noch vor sich wissen) vns auf interim christlicher Wilfahrung dess gross achtbarn Hern Friderici Schöffern benebenst den edlen Hern Caroli von Holz, von einen Bohemo mit namen Venceslav Geissenio sechs vnd neinzig tukaten in specie sindt vor gestreket worden, vndt zwar hac conditione, das sie darinnen von vnsern Hern Patronen, einen ehrenvesten, wol weisen Rath der königlichen frewen stadt Leutschaw, benebenst vnsern freinden, ihnen sollen renumeriret werden, eben in specie ohne einigen Verzüge. Zu mehrer Bekräftigung haben wir nicht allein vnsere Handt von vns gegeben, sondern auch vnsere Insiegel vnter druket. Actum Wratislaviae Anno 1624. den 21. Martij Stili Novi.

Daniel Sturmius

Fridericus Breslerus Leutsch viensis Vngarus

A tanács megjegyzése: Herren Danielis Sturmij vnd Friderici Bresslers Bekäntnüss vber empfangene Sechs vnd Neünzig Duckaten

90/4

171.

Friedrich Schäffer és Karl von Holz Daniel Bresler lőcsei főbírónak és Johann Schander városi tanácsosnak
Boroszló, 1624. március 21.

Daniel Sturm és Friedrich Bresler azzal a kéréssel fordult hozzájuk, hogy kölcsönözzenek nekik a korábbi 60 dukáton felül – melyet egyébként most szándékoztak volna megadni –, mivel Wittenbergből hazatérőben kirabolták őket, s annyi pénzük sem maradt, hogy a fogadóból magukat kiváltsák. A rablás tényét az eperjesi Georg Modras igazolta is Ratiborból. A két diáknak kölcsönöztek 30–30 birodalmi tallért. Sőt, még ezen felül is sikerült 96 dukátot kölcsönözniük a társaságukban utazó, Kassára igyekvő Venceslav Jesseniustól. Ebből az összegből, miután Schäffer és von Holz visszatartotta magának azt a korábbi 60 dukátos tartozást, amit a két diák most adott volna meg nekik, ha útközben ki nem rabolják őket, 36 dukát maradt a diákok birtokában. Kérik a tanácsot, hogy az haladéktalanul egyenlítse ki a jelzett tartozásokat.

Lauss Deo Anno 1624. den 21. Martij Inn Bresslaw.

Ehrnueste vnd wolbenambte, insonders grossgunstige, geliebte Herrn, denselben sint vnser willige Dienst, nebens Vorwuntschung aller glückseligen wolfart beuorn. Vnd demnach zeigen Herr Daniel Sturmius vnd Fridrich Bresslers Studiosi, der Herrn Stypendiarn, vns ersuchet, (weiln sie bey diser gefehrlichen lauffen vnterweges aus Wittenberg hereinraisend, alle des ihrigen beraubt worden, dass sie von daselbsten an einzigen Pfennig zur Zehrung gehabt, derenthalben weder alhier aus dem Wirtshause sich lösen, weniger ahn geldt hinein pro Costen fortkommen mögen) das wir inen uber vorige 60 Ducaten, jedem 30 Reichstaler, das machen zusammen 60 Reichstaler, geben vnd vorschissen sollen, welches inen zur rettung vnd forderung, sonderlichen den Herrn zur Ehren vnd willen, weiln sie vns hirumb angesprochen, so sie wes bedürffen würden, dass wir inen darin ratlich vnd förderlich sein sollen, nit vnterlassen können.

Weiln sich dann Zeiger Wenzel Jessenius, der auf Casschau nebens den obgemelten Studiosis in gesellschafft reiset, getroffen, so haben wir von inen aufgenommen 96 Ducaten in specie, dauon wir die inen nach Wittenberg zugeordnete 60 Ducaten, welche die Herren zwar Herrn Carll von Holzen zugestellet, aber vnterweges nebens andern baider entraubet worden, wie er inen dann solches aus Ratibor durch Herrn Georg Modrassen von Epperies dinern schrifftlich avisiret hatt, zalen konten. Vnd dan die ubrigen 36 stuck, haben wir Zeigen, den Studiosis itzo alhir gegeben. Derowegen ist an die Herrn vnser biett, Sie geruhen auf diss einzige vnser Wexelbriffell, zeigen die 96 Ducaten in specie ahn Verzug vnd saumnus wider zu erlegen, damit Sie vngesaumet in ihrer raise vnd vorhaben nit verhindert werden, dann wir Inen dises haben zusagen mussen, vnd also vnser credit hirauff bestehet. Worin wir Inen hinforder dienen können, verbleiben wir daselbten obligiret. Benebens freundlichen grüssen gottlicher gnaden befehlen:

Fridrich Scheffer der Eltere
Carll von Holz mp.

Datum ut supra.

Címzés: Denen Ehrnuesten vnd Wolbenambten Herrn, Daniel Bresslern Richtern, vnd Hansen Schandern, beiden des Raths in der Königlichen Stadt Leitschaw, Vnsern Insonders gunstigen Herrn vnd gutten Freundenn
Leitschaw

A tanács megjegyzése: Herrn Schäffers vnd Carl von Holzen schreiben wegen des dem Danielj Sturm vnd Friederico Bresslers vbergestreckten gelds

90/5

172.

Johann Windisch Daniel Bresler lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lipcse, 1625. október 4.

Németországot a pestis és a háború pusztítja. Már szinte minden remény veszve volt, amikor sikerült Tilly csapatait megfékezni. Amikor Tilly betört a braunschweigi hercegségbe, a spa-

nyolok legyilkoltak 500 csecsemőt. A halleiek állítása szerint a gyerekgyilkosok elfogtak Neuburg városában két prédikátort, kegyetlenül megcsonkították, és kivégezték őket. Kéri, hogy a tanács támogassa tanulmányait.

Etsi, Viri multis nominibus mihi aeviternum colendi, ego et meo sensu et vestro judicio nihil peccare videor adversus religiosam dignitatem munerum vestrorum, qvod tam confidenter observantiam meam favori vestro concredere non dubitaverim. Tamen, ne sordium et illiberalitatis nomine suspectum vobis sit meum in missitandis literis studium, eo deveni audaciae, vt vos maecenates meos, sidera reipublicae clarissima cruditate literarum mearum ab opiparis illis et svavibus Graecorum et Latinorum epulis avocare non erubuerim. Incertam nimirum spem erectus fieri, vt his meis, qvalia qvalia sunt, legendis aliquid temporis lubentes volentesque sitis imposituri.

Qui rem Germanam, V. A., oculis aspicit aeqvis, sentit cardinem publicae felicitatis ad fatalem qvendam vergere flexum. Nihil enim hoc tempore percipitur aliud, nisi messis damnorum ac dispendiorum, religio erga Deum, qvae conscientiam mentis nostrae regit, justitia erga proximum, qvae juris ac legum sanctione fundat humanam societatem, cura morum bonorum, vigorque disciplinae, sine qva maximae res tanqvam corpus anima spirituque defectum, sua mole collabascunt, haec potissima fulcra et firmamenta omnis politici status pestis bellique impetu concussa jacent. Ex parte qvippe vna fatali qvadam peste cuncta fervent, vt vix aliqvis commemoratione dignus locus recenseri possit, qvem non pestilentiae fragor insistet.

Ex parte altera continuis turbarum pugnarumque fluctibus inqvietamur. Monseur enim Tylli vehementer nos fodit et lancinat, qvam qvicunque aliorum, sub qvorum flagello Germani vapularunt. Inprimis enim magistratus belluae huicce multorum capitum plusculum indulgebat, immodicaque lenitate gladium vltorem parcius exerebat, donec sensim publico malo cresceret, per concionales tubas aliosque suae factionis emissarios in possessionem alienam velut in vacuam impetum faceret, easque ditiones, qvas miselli incolae sangvine ac sudore per annos plurimos velut usucapione partas habuerunt, devastaret, cunctaque flamma, ferro, terrore, luctu et innocentium sangvine foedaret ita, vt nihil foedius, nihil miserabilius ex Averni faucibus tota furiarum cohors exhalare possit. Tum demum, cum jam omnibus spes et voluntas redeundi in gratiam praecisa esse videretur, viri fortes palam levato velo, cogenteque ineluctabili necessitatis telo in Campum Martium (ut dicitur) descenderunt, ad sacram defensionis anchoram pervenerunt, hostemque justo bello perseqvendum esse decreverunt hacque ratione. Deus ille exercituum, qvi facit ventos, angelos spiritu oris sui, minaces istas copias difflavit, horrendamque cladem atque calamitatem a suis averruncavit. Nam si nostrarum partium duces subacti fuissent (quod Deus omen avertat) ominari nolim, qvorsum res evasisset. Adeo enim animi principum sunt exasperati, vt vix impetrabitur, qvi malo huic mederi postulet, nulla etiam spes affulgeat diuturnas a bello et hostilitate ferias conventum iri. Accepi etiam a fide dignis hominibus ab eo tempore, qvo monseur Tylli in Brunsvicensium circum irruptionem fecisset, 500 infantes lactantes e gremio et supremo amplexu miserarum matercularum avulsos ab Hispanis trucidatos esse. Pro suggestu Hallensi etiam

mentio facta fuit hos ipsos concionatores duos in civitate qvadam Neoburga, qvi se vitae redimendae causa in templum velut asylum receperant, deprehensos manibus pedibusque amputatis altari imposuisse, postque velut ad metam sclopeta explosisse. Et, vt paucis complectar, nulla vox est, qvae fando exaeqvare possit centesimam portionem scelerum, qvae hae labes, haec monstra non ex hominum coetu, sed ex naturae finibus eliminanda, perpetrarunt. Sed nolo longius evagari in hoc lugenti miseriarum campo, ne C. A. V. nimiam indignationem moveam commemoratione tantarum feritatum. Deus ille exercituum, in cujus manu sunt corda regum, vt conversiones aqvarum, machinationes hasce vertat, benignaque in sedem reducat vice.

Mihi autem, vtpote semel altum ingresso, qvocunque modo Neptunus ingruat vela, nimirum facienda sunt, vita qvippe depacisci cupio, qvo patriae prodesse qveam. Si vero mihi quid accidit earum rerum, qvas vulgus adversas vocat, neque indignandum, neque concidendum animis, sed verbo memet divino solans, qvicquid a Deo immittitur, summi beneficii loco habendum esse duco. Illud tamen, V. A., a vobis peto, ut cum omne mihi perfugium in vestra bonitate atque clementia situm est, tenuitatem meam vestro favore, consilio ac beneficio sublevetis, qvo mei conatus veluti secundis subvecti ventis portum, qvem sibi proposuerunt, facilius conseqvantur. Et vt concludam, simplici voto Deum optimum maximum, qvo diue et auspice imperia sustinentur, oro et obtestor, vt, qvum salute et incolumitate vestra salus et incolumitas totius reipublicae contineatur, vos florentes omni felicitate et gloria qvam diutissime rebus humanis interesse patiatur. Dabantur Lipsiae die 4. Octobris Anno 1625.

C. A. vestrarum humillimus cliens
Johannes Windisch mp.

Címzés: Circumspecto, Amplissimo Atque Consultissimo Viro, Domino Danieli Bressler Judici Reipublicae Leutschoviensis caeterisque Amplissimi Senatus assessoribus, usu et experientia viris politissimis, Maecenatibus et Evergetis mihi summo observantiae affectu colendis Leutschoviam

A tanács megjegyzése: Johannis Windisch Stipendiarij literae Lipsia missae

91/1

173.

Johann Windisch Daniel Bresler lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1626. június 30.

A tanács beleegyezése, hogy tanulmányait a wittenbergi egyetemen folytathassa, nem késett sokáig. Szülei január 12-én és március 20-án kelt leveleiből, melyeket június 27-én kapott meg, értesült arról, hogy a tanács még nem kapott tőle levelet, pedig ez már a negyedik, amit annak címez. Minthogy nem elég tehetős, kéri a tanács anyagi támogatását. Cserébe felajánlja szolgálatait.

Salutem a lumine illo justitiae et vno salutis fonte ex animo precatur etc. Extra omnem dubitationis aleam apud me positum est, Mecaenates Spectatissimi, qvin diu voluntas vestra non defuerit, me in academia hac celeberrima detinendi. Verum haec non minima erat fundi nostri calamitas causaque, cur dudum limites hujusce salutaverim, quod neminem, tanqvam gladiator in arena, consulendum habuerim, quibus artibus hae partes administrandae fuissent. Veritus etenim semper fueram, ne si proprio ausu idipsum tentassem, vetus diverbium facere viderer. Sabini, quod volunt, somniant. Aedepol, si meae spontis res fuisset, hocce vetus institutum exeqvi, qvam in carceribus illis trivialibus Sysiphi saxum, aut Ixionis rotam volvere maluissem. Hinc etiam accessit, quod parentum literae nimis tarde ad me fuerint perlatae, 12. enim Januarii et 20. Martij scriptae tandem 27 Junii mihi sunt traditae. Ex quibus etiam percepi A. V. a me plane nullas accepisse literas, mihi econtra licet affirmare ex animi sententia me jam qvartum ad vos dare literas. Quod vero non perlatae fuerint, incommodi hujus causa vbicunque haereat, nescio. Penes me vero poena est, qvi per hanc sive tabellariorum incuriam, sive temporum injuriam omnino carui fructu literarum, juxta qvas velut ad cynosuram vitam meam omnem instituere potuissem. Temporis autem, si quid praetermissum est, ejus jacturam indefesso studio sarcire conabor, novibus atque qvadrigis simul contendem, ne laeta industriae seges et sperata virtutum foecunditas in herba supprimatur. Quia vero, M. S., studiosus multorum adminiculorum ad conservationem indiget, recensque accedenti in academia absque sumptibus vivere impossibile est, non facile etiam mergunt, quorum virtutibus obstat res angusta domi, quod et ipse, proh dolor, sum expertus, et adhuc in hoc indigentiae salo fluctuo, tantumque non abripior. Ad vos proinde confugio, velut ad sacram anchoram (non enim immerito ille, qui magistratum eidem contulerit), ad qvam saevientibus Neptuni fluctibus accurrunt nautae. Aeqve ad magistratum aucto fortunae debachantis tumultu cives. Civis et ego sum. Agite, o Dii patrii, anchora et hic mihi sitis, Musis derelictis succurrite, vos, o Musarum, non dico, comites, sed filii, sumptusque ad honesta studia maxime necessarios mihi suppeditate. Qvod si feceritis, vobis patriaeque me rursus in totum devoveo, sique studiis meis laetior faverit et afflaverit aura, sumptuum, quos dedistis, vos nunqvam poenitebit, sed quicquid in me collatum et collocatum est beneficii, ad vos abunde redibit omne. Quin sponsorem pro me interpono ipsum Deum, qvi haustum frigidae aqvae nedum, qvae ad ejus gloriam collata, recompensabit large. Cujus divinae protectioni A. V. vniversamque rempublicam commendo. Valete.

Dabantur Wittebergae Die 30. Junij Anno 1626.

C. A. vestrarum humillimus cliens
Johannes Windisch mp.

Címzés: Circumspecto, Amplissimo atque Consultissimo viro, Domino <...> Danieli Bresler Judici, totique Senatui inclytae Reipublicae Levtschoviensis, Mecaenatibus et Evergetis suis omni observantiae affectu colendis
Levtschov

A tanács megjegyzése: Johannis Windisch pro tempore Witebergae literis operam dantis literae. Datum ibidem 30. Junij

81/15

174.

Johann Windisch Daniel Bresler lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1626. október 28.

A különböző kölcsönök visszafizetésére ösztöndíjra lenne szüksége. Tartozásai miatt Erasmus Schmidt már nem hajlandó vele asztalát tovább megosztani, így kénytelen a közös menzán étkezni. Tilly a választó birtokán kért elszállásolást, de még az átvonulást is megtagadták tőle. Seregét, melyet a pápai hadakkal akar egyesíteni, így a szomszédos vidéken vezeti keresztül. A választó birtokainak védelmére sorozást tart. Az egyetem teljesen elhagyatott, alig 200 hallgatója van. Ennek egyik oka a pestis. Az áldozatok száma több, mint 1500. A járvány elől menekülő professzorokat a választó rendelete kényszerítette maradni. A másik ok a katonák zaklatása.

Salutem a lumine illo justitiae et vnico salutis fonte C. A. V. ex intimo animi recessu precor et opto. Etsi observantior sum dignitatis vestrae, Mecaenates aeviternum colendj, qvam ut eam subinde variis molestiis obsolefieri, ac veluti profanari velim, ineluctabile tamen necessitatis telum me cogit, ut iterum vobis per epistolas molestus esse, eandemque crambem recoqvi audeam, vosque iterum atque iterum subnixe rogo, vt me tandem efficere velitis compotem diuturni voti ac desiderii, tenuitatemque meam publica liberalitate fulcere dignemini. In vestra enim liberalitate tanqvam in fido pectu omnem mihi spem repositam esse confido, qvae persvasio simul me adduxit, ut confidentius, qvam dignitatis vestrae ratio postulare videtur, vobis angustiarum mearum vulnera denudare haud verear. Etenim admodum vegeor rei familiaris difficultatibus aerisque alieni incommodis, qvibus impossibile est alia ratione mederi, qvam missione stipendii. Nova enim nomina in dies crescunt et accumulantur, cunctaque mutuatitia majori precio, qvam praesenti argento mercari debeo. Imo et mutuum jam diri homines recusant ob satisfactionis dilationem, quod mihi jam evenit apud magistrum Erasmum Schmid, qvi hanc ob causam me amplius mensae suae participem fieri noluit. Miserem me, proinde ex mensa communi, ut fieri solet, sustentare debeo, hacque vnica consolatione oblector, quod haec sors mihi communis est cum plerisque ingeniorum luminibus. Bonae proinde spei vadum, imo salutis ara pateret afflicto, si liberalitatem vestram insignem in me sublevando exserere non gravaremini, qvae spes si me fallit, omnino incertus sum, quid agam, imo, nisi brevi mihi succurratur aut ope vestra, fides mea fulciatur, ingruentibus malis et incommodis, qvae mentem meam ita obtundunt, ut se comparare non possit, ad vllam seriam curam funditus perii. Doleo mehercle, quod haec tela non armigero, sed pennigero in corpore exerceantur. Sed vobis in manu est, P. C., omnibus hisce incommodis mederi, dignitas etiam, qvam sustinetis, et autoritas, qva vale plurimum valetis, honorificam vobis de egenis,

ingenuis tamen bene merendi imponere videtur necessitatem. Qvem in numerum, si est, vt rogo, ni merear, eqvis velisque contendam, vt neque vos dati, neque me accepti beneficii vnqvam poenitere possit.

Nova, si qvae transcribere vellem, non habeo, nisi quod concionales tubae in hisce regionibus classicum canant, qvanta antehac nunqvam contentione. Monseur enim Tylli in electorali possessione hospitium sibi concedi postulabat, quod ipsum serenissimus elector Saxoniae non solum, sed et transitum illi recusabat. Exercitum itaque transportandi (quod brevi fiet, vires enim suas cum reliqvis pontificiis conjungere vult) iter in finibus sibi qvaerere necesse habuit. Qvam ob causam elector earundem protegendarum causarum militem conscribi curat.

Nec mihi etiam fas esse puto sicco pede praeterire academiae hujus statum deplorandum, qvae olim erat florentissima vt ita, vt reliqvis omnibus omnem fere surriperet celebritatem, nunc desolata jacet, qvae olim tantum studiosorum alebat numerum, qvantum nulla alia. Nunc vix, ac ne vix quidem 200 fovet, qvae olim exercitiorum academicorum vigore reliqvis palmam praeripiebat, nunc vniversa fere silent. Cujus incommodi causae haud postremae dari possunt, cum pestis asperitas, qva jam vltra 1500 perierunt, qvam etiam professores fugere conati, verum ab electore prohibiti manere coacti sunt, tum etiam militum protervia, qvam bonarum artium studiosi fere non potuerunt. Sed non morabor vos, P. C., longiore sermone, verum finem faciam ineptiendi. Deum optimum maximum precatus, vt vos, sidera reipublicae clarissima qvam diutissime salvos et incolumes conservare velit. Valete. Dabantur Wittebergae die 28. Octobris Anno 1626.

C. A. vestrarum humillimus alumnus
Johannes Windisch Levco-Hungarus mp.

Címzés: Circumspectis, Amplissimis atque consultissimis viris, Domino, Domino Danieli Breslero Judici, totique Amplissimo Ordini Senatorio inclutae Reipublicae Leutschoviensis, Mecaenatibus ac Evergetis suis summo observantiae affectu colendis
Witteberg Levtschov

A tanács megjegyzése: Litterae Johannis Windisch

81/14

175.

Johann Windisch a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1627. március 14.

Az évszak zordsága és a sok útonálló miatt a levelezés elég nehézkes, így megragadja az alkalmat, jóllehet nemrég írt a tanácsnak, hogy diáktársa segítségével levelét eljuttassa patrónusainak. A múlt évben kapott 40 Joachim-tallér nagyon kevésnek bizonyult. Nagy a drágaság, drága a könyv, 21 garasnál olcsóbban nem lehet étkezni, aztán itt van még a ruházkodás, az óradíjak gondja. A télre is fel kell majd készülni. Egy évre legalább 60 birodalmi tallér szükséges. Ezen gondjait megírta apjának, aki személyesen jár el majd érdekében a tanácsnál.

Reménykedik segítségükben. 1626. december 28-án meghalt Balthasar Meisner, a teológia doktora, Windisch tanára. Helyére Paul Reber doktor lép.

Salutem a lumine illo justitiae et vnico salutis fonte C. A. V. ex animo precor et opto. Laetatus sum magnopere, Mecaenates aeviternum colendi, oblatam mihi fuisse commodam occasionem ad vos scribendi per meum condiscipulum, quod, ut impatienti desiderio meo ignoscatis, quod toties gravissimas occupationes vestras, quibus patriae salus nititur, interpellare non erubescam, subnixe rogo. Etenim si nihil esset in mora periculi, non committerem, ut praesens tempus praecipiti festinatione occupare viderer. Sed, qvia anni tempestas itineraque parum tuta a grassatoribus, qvae desiderio meo moram producere possent, me invitare videntur, ideo captandi mihi sunt commoditatis articuli, in qvibus plerumque versatur rerum bene gerendarum occasio. Et qvamqvam non ita pridem C. A. vestras epistola qvadam visitaverim, tamen temporis angustia, tabellariique repentino abitu exclusus fui, qvo minus animum meum rite vobis explicare potuerim. Et cur nunc animum meum inducam tacere, quod, confiteri non turpe est, nec mihi disconducit? Cur dissimulem, cum sciam mecaenates me habere promptiores ad largiendum, qvam ipse sum ad petendum, duris etiam vrgens in rebus egestas me compellat, curas omnes, qvae me nunc coqvunt, in sinum vestrum effundere. Accepi qvidem anno praeterito a C. A. V. 40 joachimicos, pro quibus etiam immortales vobis gratias ago, agamque, dum vivam. Verum iisdem annua die (Deum testor, conscientiam testor) me contentum esse, mimumque vitae meae transigere haud posse aperto profiteor, nisi nomina faciendo. Moneta enim, vt A. vestris innotuit, hic parvi aestimatur, qvae maxima est fundi nostri calamitas, omnia econtra sunt maximi pretii, libri sane tanti nunc veniunt, qvanti antehac nunqvam, mensa etiam minoris, qvam 21 grossorum, reperiri potest nulla, ex communitate autem vivere, nisi ope aliqva eadem fulciatur, non modo est impossibile, sed et periculosum. Et quid dicam de aliis rebus, nimirum vestitu, praeceptorum praemio? Quid de hyemis difficultatibus et sexcentis aliis, de quibus domino meo patri sigillatim transcripsi, quique oratenus melius vobis indicare poterit, qvam ego exprimere literis possum. Ex quibus omnibus facile A. vestrae conjicere poterunt, quid hac in parte sit faciendum. Ii quidem, qvi in hoc pulvere aliqvando vixerunt, melius norunt, quibus incommodis conflictari soleant bonarum artium studiosi, quos adminiculis infinitis ad sui conservationem indigere dicit clarissimus Scaliger. Sancte proinde juro 60 imperiales ad studia promovenda per annum vix, ac ne vix qvidem sufficere. Interim tamen maneo, aeternumque manebo nihil determinale vobis praescribendo, sed contentus ero quovis argento, modo saltem ad tenuissimam corporis sustentationem studiaque promovenda sufficerat. Sed non sum tam derelictus ab omni spe, ut perhibent fuisse philosophum Anaxagoram, Periclis amicum, qvi cum jam senex negligeretur, capite obvoluto vitam media finire decrevit, sed usurpare adhuc vocem illam possum, qva serio qvidem, sed sero affatus est Periclem, quibus lumine opus est, ii oleum lucernae affundunt. Nam non puto sub aestimationem venire posse immensa commoda studiorum, quorum bene jacto fundamento nititur salus patriae publicaque temporum felicitas. Proinde ad C. A. V. confugio, in quorum clementia tanqvam in fido pectu omnem meam spem repositam esse

confido, quibus in manu est omnibus meis incommodis mederi posse, subnixe petens, ut me vltro favore prono ac benevolentia sua complectj non dedignentur. Nam:

> Non erimus patriae indecores, nec vestra feretur
> Fama levis.

Sique studiis meis laetior faverit et afflaverit aura, sumptuum, qvos dedistis, nunqvam poenitebit.

Novi, qvod transcribam, non habeo, nisi quod 5. Calendae Januarii anni superioris ex hac miseriarum valle ad beatas sedes migravit vir divini ingenii, virtutibus ornatissimus dominus Balthasar Meisnerus sacrosanctae theologiae doctor, praeceptor meus desideratissimus, in cujus locum academia haecce vocavit doctorem Paulum Reberum propositis conditionibus minime adspernandis, modo saltem ut conspectu congressuque suo pristinam academiae celebritatem conciliaret.

Valete, meque, vt facitis, fovete et promovete, loco pignoris habebitis me, qui alias vester sum totus. Qvin sponsorem pro me interpono ipsum Deum, qvi haustum frigidae aqvae nedum, qvae in scholas et ecclesias collata, recompensabit large. Cujus divinae protectioni vos omnes et singulos commendo, vosque salvere et rempublicam feliciter gerere ex animo cupio. Valete iterum. Dabantur Wittebergae die 14. Martii Anno 1627.

C. A. vestrarum humillimus alumnus
Johannes Windisch mp.

Címzés: Circumspectis, Amplissimis Consultissimisque Viris, Domino Judici totique amplissimo Ordini Senatorio Liberae Regiaeque Civitatis Levtschoviensis, Dominis ac Patronis suis benignissimis Studiorumque Mecaenatibus perpetim colendis.
Witteberg Levtschov

A tanács megjegyzése: Johannis Windisch Alumnj literae, quibus pro stipendij mature sibj transmittendj subsidio instat. Redditae 20. Maij Anno 1627.

81/17

176.

Peter Zabler a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1627. június 1.*

Kéri a tanácsot, hogy a lőcsei egyházat huszonhat éven át hűségesen szolgáló Bartholomäus Alauda kérésének tegyen eleget, s annak egyetemre induló fiát a Thurzó-hagyatékból ösztöndíjjal lássa el.

Gratiam et pacem a Deo patre per Christvm animitus precatur.

Amplissimi, Prudentissimi ac Circumspecti Viri, Dominj Fautores plurimum honorandi, percogitanti mihi de humili intercessione, quam reverendus dominus Bartholomaeus Alauda, collega noster vigilandi apud vestras amplitudines pro sui filij promotione cupit deponendam, venit in mentem, quod divus apostol ait in I. Tim. 5: Qui bene praefuerunt presbyteri, duplicj honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina. Cum ergo similiter praeminatus dominus Bartholomaeus per viginti sex annos dies noctesque fideliter huic ecclesiae Leutschouianae servierit verbo praedjcationis nimirum docte, exemplo conversationis sancte et subsidjo precationis pie, ea, qua par est, animi demissione rogo et oro vestras amplitudjnes, ut eiusdem filio jam in academiam ad continuanda sua studja σὺν θεῷ proficiscenti stipendio Thursoniano suppetias ferre non graventur. Facturae sunt vestrae amplitudines rem Deo gratam, suo munere et promisso, quod liberaliter antehac eidem dederunt, dignam, studjoso perutilem et acceptam et a domino parente pro facultate recompensandam. Sic bene valete. Dabam Calendae Junij Anno 1627.

V. A. deditissimus servitor M. P.
Zablerus superintendens

Címzés: Libellus supplex ad Amplissimos et Prudentissimos Dominos, Dominum Judjcem et reliquos inclytae Reipublicae Leutschoviensis Dominos Senatores directus

A tanács megjegyzése: Pro stipendio domini Bartholomaej Alaudae filio in academiam abiturienti dando. 1. Junij Anno 1627.

78/90

177.

Johann Windisch Lorenz Gräff lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1627. szeptember 26.

Apja leveléből, melyhez csatolták az évi ösztöndíjat, megtudta, hogy a tanácsnak nem áll módjában teljesíteni az ösztöndíj emelésre vonatkozó kérését. A kapott pénzből legnyomasztóbb gondjait ugyan megoldotta, hitelezőit kifizette, de így ösztöndíjából alig maradt valami. A szilézíai felkelés miatt otthonról nem tudtak neki pénzt küldeni, ezért volt kénytelen kölcsönökhöz folyamodni. Minthogy kevéske pénzén kell könyveket vásárolnia, sok egyéb dologról kénytelen lemondani. Kéri a tanács anyagi támogatását. Szeptember 3-án Mülhausenben kihirdették az országgyűlést. Mégsincs remény a béke megkötésére, mivel a szász választón és a brandenburgi őrgróf követein kívül a többi fejedelem nem képviselteti magát.

Salutem a lumine illo justitiae et vnico salutis fonte C. A. vestris ex animo precor. Non ita pridem, P. C. Mecaenates mihi perpetim colendi, literas a domino meo parente accepi, qvibus adjunctum erat annuum meum stipendium, pro qvo summo beneficio gratias, qvas mente concipere possum, maximas ago, agamque, dum vivam, munere qvidem alio, qvam gratiarum actione defungi

voluissem. Verum sors mea copiosam ejus rei facultatem mihi denegabat, abunde tamen gratiam relatam interpretebimini, si beneficiorum vestrorum memoriam memori mente conservavero. Spe sane haud dubia praeceperam unctius aliquid a largitate vestra ad me redundaturum, dum et paupertatis meae ratiunculam ita disposuerim, vt inter accepti capita retulerim, stipendii aliquod incrementum. Verum qvia segnius accidit partim tempori huic molestissimo, partim etiam fati mei asperitati, quod non videtur capax fortunae lautioris, adscribendum esse duco.

Laetus qvidem acceperam pecuniam illam, verum ubi ratiunculas meas subducerem, creditoribusque exsolverem, parum mihi videbam residui. Grassante enim funestissima seditione Silesiaca, qvae qvasi publicus luctus et communis dolor erat iis, qvi doctrinam et virtutem venantur, diu ex patria nullos acceperam sumptus, aes proinde alienum effugere non potui. Certa propterea naufragia, hyeme aspera aliisque difficultatibus ingruentibus mihi impendere video, qvae alia velificatione praetervehi non possunt, nisi remigii supplemento. Verum, P. C., arbitratui solum vestro, et vel illorum saltem judicio rem aestimandam relinqvo, qvi aliqvando in hoc pulvere vixerunt, qvanto cum detrimento studiorum conjunctum sit sumptibus necessariis destitui, ut, ubi libris intentus esse qvis debeat, de victu aliisque rebus necessariis sibi prospicere cogatur, et qvam infinitis adminiculis studiosus in academia etiam indigeat. Possum proinde, quod cuivis in mundo est, etiam rebus ad incitas redactis ominari cum cornicula, qvae consedit in Tarpejo vertice, bene omnia se habent. Si enim insignem vestram atque omnium ore celebratam beneficentiam intueor, prorsus hac amabili persvasione pascor. C. A. vestras non passuras clientem suum diutius inter sacrum et saxum versari, neque gravitatis esse ducetis, ut, qvi semel mei causa velle coepistis, in qvam tam aeqva causa deesse alumno vestro, verum vltro mihi gratiam nostram impartiri non gravabimini. Qvae si me respicere dignabitur, rem cum dicto confectam habeo, sique accesserit, ut pars hactenus derasa stipendio rursus accresceret, beneficium vestrum tanto acceptius et locupletius esset, quod etiam inter felicitates meas deputarem. Sin vero impudens videtur haec mea petitio, ut est etiam me fatente, neque precibus annuendum putabitis, saltem hoc A. vestras subnixe rogo, ne ideo excidam gratia vestra, quod a necessitate praeter naturae meae genium frontem perfricare compulsus sim.

Novi, qvae transcribam, non habeo, nisi quod comitia ante paucos dies, 3 nimirum septembris Mülhausae indicta fuerint. Verum exigua spes affulget futurae pacis, cum nullus fore principum exceptis electore Saxoniae et electoris Brandeburgensis legatis eo comparuerit. Plura non addo, ne inconsultius aliqvid effudiam. Deum optimum maximum qvaeso venerorque, ut C. A vestras regat, protegat, ducat, omniaque consilia vestra in qvamcunque partem se vertant, ad salutarem finem provehat, vosque singulos patriae salvos et incolumes longum conservet. Wittebergae die ipso aequinoctii autumnalis Anno 1627.

C. A. vestrarum humilimus alumnus
Johan Windisch philosophiae studiosus mp.

Címzés: Circumspectis, Amplissimis atque Consultissimis Viris, Domino Laurentio Gräff Judici, totique ordini Senatorio inclutae Reipublicae Levtschoviensis, Dominis et Patronis suis magnis, Studiorumque Mecaenatibus perpetim colendis
Levtschov

A tanács megjegyzése: 3 Paul Windisch Sohn. Datur Witebergae 26. Septembris Anno 1627

81/16

178.

Johann Windisch Lorenz Gräff lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1628. február 25.

Patrónusainak egy nyomtatvánnyal szeretett volna kedveskedni, de a levélhordó hibájából csak ez év februárjának a végén kapta meg azt a pénzt, amit már előző év októberében meg kellett volna kapnia. Így a nyomdászt nem tudta megfizetni. Elődei miatt a magyaroknak itt Wittenbergben olyan rossz hírük van, hogy hitelre nem számíthatott. Kéri a tanács támogatását. Németország tekintélye csaknem teljesen feldúlva. Itt a környéken még béke honol. A szász választó tárgyalásokat szorgalmaz. Törvényt hoztak, hogy mindenki csak rangjának megfelelő ruhát hordhat. A dán király Németország elleni hadi vállalkozása kudarcba fulladt, de mint mondják, hatalmas sereggel új háborúra készül.

Salutem a lumine illo justitiae et vnico salutis C. A. vestris ex animo precor.

Omnis erecta indoles hoc habet, Mecaenates summe colendi, qvum aliquid sperare incipit, non potest, nisi aut re confecta, aut prorsus deplorata, studium remittere. Id adeo verum esse in meipso comperior. Verum dum eandem cramben soepius recoqvo, ne C. A. V. in magnis rebus occupatas eadem soepius iterando onerem, subinde vereor. Subnixe proinde rogo, ne me piacularem propterea subdent indignationi suae. Enim vero ex animo vellem, occasio ad eam non tulisset, ut grati animi aliqvo specimine defungi potuissem, verum sors mea copiosam ejus rei facultatem mihi denegabat. Quod vero indoles industriae meae expatiari non potuerit, non immemoris animi culpa est, tantum enim abest, ut me vnqvam ceperit oblivio, quid patriae debeam, enise semper volam, nunqvam deero, plurimum elaborabo, ut etiam vitam mihi acerbam putem, quod nihil in commune censeram praeter vota, qvibus ex animo Deum veneror, ut consilia coepta et cogitata vestra bene felciterque proveniant, nedum inertis. Nam ex honesta conscientiae fiducia gloriari possum me tantum in hac re contendisse, qvantum ab aliis ponderari, qvam a me praedicari malo.

Sed fatalis qvaedam labes fuit adversa virtuti eorum, qvi veris studiis ad bonam mentem adspirare studuerunt, totum ego, quicqvid id est, meo quidem periculo geritur, sed aliena culpa. Huc etiam non exiguum momentum adserebat culpa latoris, qvi dolose officio suo functus fuit, mihique serius, qvam opinabar, et post pugnata bella sumptus transtulit, ut qvos anno praeterito in Octobri accipere debebam, illi hoc anno sub finem Februarii demum ad manus meas sunt prelati. Econtra vero chalcographi non accipiunt insolutum inanes logos, etiam si valido tubicine sint fulti, credunt, quod vident. Taliter enim sese nonnulli ante-

cessorum meorum gesserunt, ut et nomen Ungarorum amplius invisum fere sit hic Wittebergae.

Sed ad rem. Hoc V. A. maxime dividiae est, adeo enim obtunditur animus meus diva venia, ut sese comparare non possit ad vllam seriam curam. Cui incommodo facile obveniri posset, sine cujusqvam onere cum patriae potius (ut plane confido) emolumento, si ab A. V. largitate vnctius quicqvam ad hunc hominem promanaret. Sero equidem, qvam impudenter faciam, quod cum talibus viris tam libere curas familiares partiri non extumescam, verum si intimos cordis mei recessus nosceretis, qvanto cum animi dolore ad hanc opem confugiam. Utinam Deus hanc benignam vobis inspiraret mentem, ut incommodis alumni vestri nihil tale merentis commoveri dignaremini, qvibus si diutius maceror, mihi non erit integrum (conscientiam testor) animo curis defoecato tractare pro dignitate Musarum sacra. Haud facile mergunt, qvorum virtutibus obstat res angusta domi. Paupertas multis irrefragabile virtutis et innocentiae testimonium prohibuit, et boni mores oppressi sunt, qvum opes honori, paupertas probro coepit haberi. Nemo hanc temporum labem penitius expendens aut succensebit aut non ignoscet mihi nullius culpae, conscio, si cum animo partiar curas et aegritudines, quibus inculpatissimi etiam exerceri consveverunt. Dum tamen spei locus erit, de insigni vestra beneficentia bene ominari non desinam, si non aliud saltem, ut jocunda cogitatione oblecter, forte apud peritos rerum aestimatores gratiam aliqvam merebor, et aliquid eliciam, unde caput, qvam antehac paulo vnctius resecam. Vobis porro in manu est, V. A., huic incommodo mederi, si gratia vestra hunc hominem vindicare non gravabimini, qvae si me respicere dignabitur, pulchre stabo. Tantum de his.

Statum quod attinet regionum harum, V. A. is sane ut notum, satis est lamentabilis, ut fere ex ima sede evellatur imperii Germanici authoritas et dignitas. Hic quidem adhuc (sit gloria Deo) bona fruimur pace, an vero constans fuerit, Deus novit. Aureae pacis proinde conservandae gratia pronunc serenissimus elector Saxoniae conventum cogit, qvis vero huius effectus fuerit, tempus revelabit. Hoc tamen habetur ex sessionibus habitis. Legem latam esse, ne qvis vltra statum suum, sed eidem convenientem vestitum habeat, qvi secus fecerit, gravem animadversionem incurret. Res etiam Danicae multum habent caliginis, rexque Daniae hactenus per Germaniam infelicissime militavit, ut fere ad incitas redierit. Verum, si rumoribus aliqva fides adhibenda, perhibent ipsum rursus ingenti manu pristina loca petere. Verum haec satius est silentio involvere, qvam sermonibus deterere, cum vix cuiqvam tuto credi possit, ita enim multa sensitus efferuntur, ut vbi penitius rem qvis excutiat, vix decimam partem cum re consentire deprehendit. Plura non addo. Deum optimum maximum, ut supra, supplex qvaeso venerorque, ut C. A. vestras omni felicitate et gloria florentes qvam diutissime rebus humanis interesse patiatur. Dabantur Wittebergae 6. Calendae Martij Anno 1628.

C. A. vestrarum alumnus,
Johann Windisch
sacrosanctae theologiae studiosus mp.

Címzés: Viris Nobilssimis, Circumspectis Amplissimisque, Domino Laurentio Gräff Judici, totique ordini Senatorio Spectatissimo, Liberae ac Regiae Civitatis Lewtschoviensis Dominis ac Patronis suis benignissimis, studiorumque Mecaenatibus aeternum colendis
Witteberga Levtschov

A tanács megjegyzése: Domini Johannis Windisch alumnj solicitatoriae pro subministrandis sumtibus

81/18

179.

Johann Windisch a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1628. december 1.

Hálája gyanánt a tanácsnak ajánlva megküldi asztronómiai dolgozatát, s kéri, hogy ezentúl is támogassák. A továbbiakban bölcsészeti tanulmányokat kíván folytatni, ha patrónusai ebbe beleegyeznek.

Salutem a lumine illo justitiae et vnico salutis fonte C. A. vestris ex corde precor.

Non existimo mihi sollicita oratione opus esse, Viri Amplissimi, Patroni incomparabiles, ut culpam silentii, cur hactenus indormivi, deprecer. Cum enim nihil haberem, quod vestra scire magnopere interesset, causa non erat, cur vltro ineptirem, et gravissimas occupationes vestras, quibus salus patriae nititur, interrumperem. Veruntamen dum benignitatem vestram intueor, abesse non potest, qvin peccarim, placebo tamen imposterum, si me culpam silentii emendare passi fueritis. Gratulor itaque mihi, et praesertim hoc temporis articulo, occasionem ad eam rem tulisse, qvo vires patrimonii, quod dono Musarum homini obvenit, excutere informique aliqvo partu ingenii, observantiam meam vobis testatum facere possim. Prosit vero, ut hoc exile munusculum vobis in soluti rationem imputarem, sic enim jure possem argui tanqvam praeciosus nugarum aestimator et parum observans dignitatis vestrae, verum enim vero tantum abest, ut nexu liberari postulem tantilla praestatione, ut potius ipsa pignoris tenuitate apud omnes profiteri cupiam, qvantis nominibus beneficentiae vestrae sim obstrictus, et qvam non sim solvendo, si summo jure mecum experiamini. Sed ad aeqvitatem vestram provoco, cui si causam probavero, rem confectam habebo. Ita enim est, qvanto majora meretur excellens animus vester, tanto modica benignius interpretatur, nec minus magnificae indolis esse censetis, pauca et parva munera libenter accipere, qvam multa et magna liberaliter elargiri. Janum itaque facio, hoc meum exercitium astronomicum proprio marte elaboratum, qvi ad benevolentiae vestrae sinum appropinqvet, ut vna facie pro cumulo beneficiorum acceptorum gratitudinem ostendat, altera pro vlteriore animi favore et studiorum promotione impetrando devotionem afferat, ita eum ad vos transmitto, ita eum, submisse rogo, accipiatis.

Studia vero mea quod attinet, ut et hoc brevibus pertexam, ita hactenus tractavi, ut in iis honore vestro nihil antiqvius, meo autem emolumento nihil acceptius habuerim. Itaque si amplitudinum vestrarum consentiens authoritas et

munificentia accesserit, omnino apud animum meum proposui honores in philosophia affectandi. Ex animi itaque sententia voveo augurorque, meo etiam prorsus hac amabili persvasione pascor, fore, ut in rem meam vestrumque honorem qvam primum judicetis. In quo felici omine denuo Deum ter optimum terque maximum precatus, ut C. A. vestras qvam diutissime patriae conservet, et rebus humanis interesse patiatur. Paveant etiam propitia fata patriae dulcissimae, ipsique halcionja largiantur, addantque huic bono aeternam possessionem. Valete. Dabam Wittenbergae Calendae Decembris Anno 1628.

C. A. vestrarum devotus alumnus
Johannes Windisch mp.

Címzés: Nobilissimis, Amplissimis atque Consultissimis Viris, Domino Judici totique ordini Senatorio Spectatissimo Liberae ac Regiae Civitatis Levtschoviensis etc., Dominis ac Patronis suis benignissimis studiorumque Mecaenatibus aetatem Venerandis, colendis
Wittebergae Levtschov

A tanács megjegyzése: domini Johannis Windisch solicitatoriae ad stipendium

81/19

180.

Johann Windisch a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1629. január 12.

Anyagi helyzete igen rossz, különféle tartozások nyomasztják. Előző levelében tervezett hazautazásához, melyet talán a tanács is helyesel, már kért anyagi támogatást. Kéri, a pénzt minél hamarabb küldjék meg neki. Pénzügyeinek rendbehozásához 100 Joachim-tallérra lenne szüksége. Jelenleg 50 tallér adóssága van. Ebből a pénzből egy garast sem fecsérelt el. Vett néhány könyvet, kiadásai voltak az úti előkészületekre és egyéb dolgokra, melyek apjának nagy kiadást fognak jelenteni.

Felix auspicium hujus novi anni ab Immanuele nostro recens nato C. A. V. ex animo precor.

Quanqvam me certa spes tenet, Evergetae plurimis nominibus aeternum colendi, fore, ut preces meas optimo jure fundatas vestra consentiens firmet authoritas, si serio in eam curam incubueritis, ut desiderio meo, cuius antehac in literis meis memini, tandem finis imponatur. Commonendos tamen vos ejus rei putavi, et tanto impensius, qvo gravioribus angustiis rei familiaris et aeris alieni incommodis conflictor, qvae mihi omnem seriam curam expectorant. Injeci nuper in literis mentionem promotionis et consectariae profectionis meae in patriam, in qua sententia adhuc quidem persisto, si vobis ita probaretur, huncque hominem liberali causa complecti dignaremini. Sed festinanti opus est, alias capitur Sagunthum, dum Romanus sadendo moratur. Verum si sortem meam praecipue damnatam infelicitatis considero, vereor, ut fatum meum videatur capax fortunae hujus, dici enim vix potest, qvantis fortunae ictibus toto peregrinationis tempore expositus fuerim, quibus non semel ad invocandam mortem detrusus fui, nisi me

numini divini reverentia ab hoc voto cohibuisset. Expertus ego sum, et quidem meo cum dolore expertus sum, quid sit hoc tempore exulceratissimo in academiis vivere, et fortassis olim juvabit. Qvaelibet certe, meo arbitratu, vivendi ratio et conditio praestabilior atque expetenda magis est, qvam assidue minutis curarum ictibus comminui, ut animus assurgere non possit ad vllam seriam mentis cogitationem. Utinam intimos animi mei recessus nosceretis, non vos fugeret, qvanto cum dolore animi haec conscripserim. Qvem justum meum dolorem, cui suum secretum, suum silentium dandum erat, nunc eum benevolentia vestra, qvae ad externatam clade mentem in sua sede reponendam plurimum semper afferebat, prodere facit. Dum proinde haec me fortuna manere debuit, id danda opera mihi fuit, ut eam patienter ferendo superare potuerim, et ita apud animum statuendum fuit, nullum malum effectum ab optima provenire causa (scilicet Deo), demandati vero operis partes seqvestrare, nescio quid abjectum prae se ferre videbatur. Nemo profecto magnopere desiderare poterit Germaniam, qvi eam cottidie videat morientem. Sed cum omnis actio fine determinetur (scilicet in rebus licitis), qvi si bonus fuerit, ipsam actionem quoque bonam esse necesse est, vitam etiam academicam ego si bene clausero, non poterit non esse vobis honori, mihi autem emolumento. Vos qvapropter, M. O., si aeqvum et justum est, ut certe est, in tam favorabili causa liberalitate vestra alumno vestro non deeritis, quod subnixe peto. Sed qvia jam semel coepi verecundiae limites transilire, pergam porro esse impudens, nihilque A. vestras rerum mearum celabo. In solidum res meae locarentur, si quid est in rebus humanis solidi, si 100 joachimicorum ab A. vestris mihi obtingerent. Pronunc etiam jam 50 tallerorum obligor, quod debitum in eluctabili necessitatis telo compulsus contraxi, ex fiducia enim conscientiae gloriari licet me ne grossum quidem inutiliter perdidisse, libros etiam paucos habeo. Difficulter namque corpori sustentando eram, ad iter etiam aliasque res qvamplurimas multi adhuc reqviruntur sumptus, satis ergo expensarum dominus meus parens habebit. Quocirca iterum atque iterum, ut A. vestrae me voti compotem efficiant, rogo per omnia benevolentiae vestrae sacra. Non sunt immodestae meae spes, nec incompetentia desideria. Summa votorum eo tendit, ut patriae pro captu ingenii deserviam cum honesto emolumento, unde curas carnifices aurae serenioris amoliri qveam. Hoc si beneficio vestro conseqvar, repono vicissim Dei cumprimis remunerationem, deinde me totum, meaque omnia servitia, qvae a me proficisci possunt. Hisce C. A. V. providentiae ac tutelae commendo, ut qvamcunque in partem sese consilia vestra flexerint, ea patriae salutaria sint, atque ad felicem finem perducantur. Valete. Dabam Wittenbergae pridie Iduum Januarij Anno 1629.

C. A. vestrarum humile colens
Johann Windisch mp.

Címzés: Nobilissimis, Amplissimis atque Consultissimis Viris, Domino Judici et Totique ordini Senatorio Spectatissimo Liberae atque Regiae Civitatis Levtschoviensis, Mecaenatibus ac Patronis suis summo observantiae affectu colendis et proseqvendis
Wittenberga Leutschov

81/20

181.

Josef Alauda Paul Windisch lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1629. május 14.

A tanácsnak ajánlja az egyetem bölcsészeti fakultásán készített dolgozatát, és kéri, hogy továbbra is támogassák tanulmányait.

Vitam prolixam, auream pacem, regimen securum aliaque fausta ac felicia corporis et animae, quae a Jehovah praepotente proficisci possunt, animitus precatur, et seipsum omni in subjectione devovet. Dedicare viris magnis, Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, Domini et Mecoenates benignissimi, opuscula parva receptum constat jam pridem sive a more, sive ab honore, sive potius ab utroque. Ab illo certe, quia vix quisquam inter eos, qui in literatorum numero a nonnullis retro seculis unquam vixit, negligendum id putavit. Ab hoc, quia supra fortunam communem vulgaremque conditionem positos tali potissimum donario mactandos et honorandos esse prudenter judicarunt majores in exemplum posteris, in testimonium praesentibus. Sequor ipse e longinquo, et pagellas hasce V. V. N. N. A. A. dedico, quamvis etiam ob morem, magis tamen ob debitam gratitudinem et honorem. Tum quod erga benemeritos et benefactores gratum animum deponere omnino convenit, tum quod excellentiori honore illi digni sunt, qui omnia ad comunem hominum patriaeque salutem conferunt. Patriae communis salus velut sacra ancora vobis nititur, quippe a quibus ea unice quaeritur, fovetur, amplificatur. Onus ut grave, ita cum honoris retributione conjunctum esse debet. Optime hoc ethnici, qui in honoribus talibus de patria meritis inter se certasse videntur, alii iis immolationes tanquam diis faciebant, quod Tito Flaminio a Graecia collatum Plutarchus autor est. Alii praemii loco tripodes, palmas, aurum, argentum et id genus alia munificentissime pendebant. Alii (ut mittam mille diversa diversorum solemnia et ritus) tales de republica viros optime meritos dedicationum vel orationum sive metro, sive prosa conscriptarum encomio prosequebantur, quod Virgilius priscis Romanis, Isocrates Evagorae, Xenophon Agesilao felicissime praestiterunt. Gratitudo quoque beneficia mihi benigne exhibita me agnoscere jubet, quorum dum magnitudinem considero, video, quod ingentes a me vobis gratiae agendae, quas non possunt ingenii mei vires perficere. Deus compensator omnis boni det, ut ex vatis regii voto gloria inhabitet terram vestram, misericordia et veritas sibi obvient, justitia et pax se osculentur, veritas germinet e terra, e coelo prospiciat justitia etc. Interea devote contendo, ut hoc infucati et grati animi signum aequa fronte suscipiatis, exhibitamque benevolentiam imposterum mihi clienti vestro augeatis, studia quoque mea auxilio vestro promoveatis, illis vestro sub tegmine hac in tempestate concedatis defensionem, sub umbra requiem, in quiete vigorem. Et quamquam politiora esse debebant, quae in tantorum virorum conspectum prodire gestiunt, me tamen solatur, quod magnos etiam parvis video delectatos munusculis. Nec enim ignota est ex historicis vola aquae S<!>, rapa Cononis, potus aquae Thaumastis, prae quibus, quantumvis exiguis lautitiis, Artaxerxes Persicus, Ludovicus Gallicus et Agrippa Idumaeus aurum sprevisset et pustulas

concharum. Unum adhuc a V. V. N. N. A. A., cum a philosophica hujus academiae facultate publicum diligentiae meae testimonium gradum nempe summum in philosophia petere duxerim, humilime obsecro, ut et hac in parte religiosam manum vestram porrigere, et adminiculo ad impetrandum eo succurrere mihi dignemini. Quod si hisce petitionibus meis locum dederitis (et quis dubitaret), calcar adspirandi mihi ad majora addetis, et indies meliora Deo vires suggerente et mentem oratam observantiamque perpetuam a me expectabitis. Quod superest, V. V. N. N. A. A. Deo commendo, qui vos tuendae ecclesiae, protegendae reipublicae et rei literariae martialibus hisce temporibus conservet in longaevitatem et ab omnibus infortuniorum telis protegat ad felicitatem. Ita precor et voveo. Wittebergae pridie Idus Maji Anno 1629.

V. V. N. N. A. A. observantissimus et
humilimus cliens Josephus Alauda

Címzés: Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis, prudentia et autoritate gravissimis Viris, Domino Paulo Windisch Judici, ut et Dominis Senatorii Ordinis Liberae Regiaeque Civitatis Leutschoviensis, Dominis Mecaenatibus et Studiorum suorum Authoribus benignissimis

81/22

182.

Johann Windisch a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1629. május 21.

Már csak egyetlen gondja van, a hazatérés. Ehhez kér anyagi segítséget. Ha ez tovább is késne, a háborús helyzet miatt – mivel a pápistákkal való békés megegyezésre nincs remény – félő, hogy nem lesz már alkalom az utazásra.

Salutem a lumine illo justitiae et vnico salutis fonte A. vestris ex animo precor.

Nisi prorsus in animum induxissem credere, Viri Amplissimi, gratas vobis esse literas meas etiam petaces, non cepissem impetum toties canendi eandem cantilenam, nimirum ut caeteris beneficiis, qvibus hunc hominem affecistis, viaticum aliquod adjungere velletis. Assiduitatem meam partim impatienti desiderio meo, partim injuriae temporum imputabitis. Difficile enim est ad omnes commoditatis articulos animo excubare, et ubi omnia feceris, plerumque tamen post factum venit, qvi tempus exspectat. Haec eadem cura me exercitum habuit, et calamum qvasi in manus dedit, ut praesens vobis per literas molestus sim, dum sciam jura vigilantibus esse scripta. Etiam atque etiam A. vestras proinde rogo, ut pro innata vestra beneficentia hunc hominem liberali causa adjuvetis. Habet hoc omnis erecta indoles, ut cum aliquid sperare coepit, non potest, nisi aut confecta re, aut prorsus deplorata, studium intermittere suum. Quod adeo in me experior, ut, si me spes obtinendae petitionis meae fefellerit, rationes meas conturbari necesse est. Omnes enim alias curas praeter proficiscendi in patriam nunc rejec-

tas habeo, ita me rebus omnibus in Germania fere conclamatis patriae tenet desiderium. Certissimum namque est, quod, si petitio mea ulterius protelabitur, transitus in patriam mihi nullus patebit. Non enim genius belli intestini hujus est hujusmodi, ut conditionibus sedari possit, adeo hoc malum invaluit, ut vix impetrabitur, qvi id persanare postulet. Adversarii etiam nostri pontificii ita se prostituerunt, ut difficulter cum illis aliqva concordia iniri possit. Deus ille exercituum, in cujus manu sunt corda regum, ut conversiones aqvarum, turbas omnes benigna in sedem reducat vice, suamque ecclesiam adhuc tueatur. Iterum qvapropter A. vestras rogo, ut muneri vestro accedat gratia celeritatis. Totum denique etiam me curae atque providentiae vestrae commendo, nostis momenta temporum et occasionum oportunitates, tum, quod rerum omnium est primum, Deum propius contingetis, qvi, si preces meas prono favore complecti, fueritis dignati.

Plura non addo, ne A. vestras taediosis sermonibus demorer, quod tamen antea sum deprecatus. Nunc saltem omnis felicitatis votum adjunctum animo ad extrema qvaevis parato recognoscite. Dabam Wittebergae die 21/11 Maji Anno 1629.

C. A. vestrarum alumnus
M. Johannes Windisch mp.

Címzés: Viris Nobilissimis, Amplissimis atque Consultissimis, Domino Judici totique Ordini Senatorio spectatissimo Liberae Regiaeque Civitatis Levtschoviensis etc., Dominis ac Patronis suis benignissimis studiorumque Mecaenatibus aetatem venerandis, colendis
Witteberg Levtschov

81/21

183.

Josef Alauda Kaspar Kramer lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1630. június 1.

Három éve folytatja felsőfokú tanulmányait a tanács segítségével. Az itt tanultakat akarja otthon továbbadni. Egy dolgozatát szerette volna megküldeni, de nincs pénze nyomtatásra. Kéri, hogy erre a célra küldjenek számára pénzt, hogy később szándékát valóra tudja váltani. Bízik a tanács jóindulatában.

Salutem, pacem et benedictionem precatur divinam, et seipsum omni in subjectione devovet.

Quam mirifice benevoli ac egregie affecti sitis, Viri Nobilissimi et Amplissimi, Domini et Mecoenates benignissimi, erga artium liberalium studia earumque sedulos et industrios cultores, plurima et eximia extant documenta et argumenta. Nec tamen leve, mediusfidius ac vile hic proditis, dum sumptuum ac impensarum adminiculo stipendiarios ac literarios, veluti triarios republica, in

illustribus universitatibus, hoc est, ingeniorum palaestris, sapientiae pietatisque clarissimis emporiis sustentatis et alitis. In quorum numerum et ego me gloriabundus quasi ac lutus colloco, quippe qui per annos quasi tres beneficio vestro perquam laudabili hic exerceor et excolor, et ut studiosus mercium doctarum emptor desudo, quas Deo volente olim identidem aliis exponam et docem. Quod quidem tolerabile stipendium hactenus fuisse fateor. Verum cum nunc tempora apud nos cara sint, et omnia maximo et fere iniquo pecuniae impendio, ne dicam, dispendio emantur, liberalius illud ipsum a munificentia vestra etiam atque etiam coactus sum orare. In animum etiam induxi meum studiorum meorum aliquod specimen V. V. N. N. A. A. mittere et offerre, sed ob aeris egestatem differre necessum habui, facturus post, ubi, quod nunc peto submisse, impetravero. Impetrabo autem certissime, quae vestra est humanitas et egregia erga me voluntas. Coeterum sedulo omnem movebo lapidem, nihilque in rebus tam mihi erit propositum, quam ut N. N. V. V. A. A. non obscure intelligant se in hominem frugi collocasse beneficium, et qui olim patriae non indecor sit futurus. Ita me V. V. N. N. A. A. commendo, N. N. V. V. A. A. vero Dei ter optimi maximi protectioni et patrocinio. Wittebergae Calendae Junii Anno 1630.

V. V. N. N. A. A. humilimus cliens,
Josephus Alauda mp.

Címzés: Viris Nobilissimis, Amplissimis et Consultissimis, Domino Caspari Cramero Juris Consulto, pro tempore Judici vigilantissimo, ut et Dominis Senatoribus eminentissimis Regiae Liberaeque Reipublicae Leutschoviensis, Dominis et Mecoenatibus benignissimis omnique cultu suspiciendis

Más kézzel: Josephi Alaudae stipendiarij litterae

81/23

184.

Peter Zabler a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1634. február 6.

Kéri a tanácsot, hogy küldjenek ösztöndíjat a Thurzó-alapítványból a városi kántor fia, Kaspar Stein számára wittenbergi tanulmányai támogatására. Stein korábban Lőcsén és a poroszországi Thornban tanult.

Edle, ehrenveste, namhafte, hoch- vndt wolweise, grosgunstige Herren vndt Fautores. Mit winschung aller glückseligen wolfardt bithe ich gantz freundtlich, Ewre Ehrenvesten vndt Weisheiten wollen dieses mein Intercession Schreiben in guthem vermercken. Es wiessen sich Ewre Ehrenvesten wol zu erinnern aus Gottes wordt, wie die Herren vndt Regenten patres patriae, so wol auch nutritores scholae et ecclesiae genent werden. Gleich wie nun ein löblicher Magistratus alhier, bisanhero an ihme nichts erwinden lassen, damit Kirchen vndt Schulen gefördert vndt gemehret, vndt mit tuchtigen gelerten Personen versorget worden,

also ist dis mein demutiges ansinnen, flehen vndt begehren an ihre Ehrenvesten, sie wollen also ruhmlich fortfahren vndt von dem Thursonischen gelde ein stipendium gönstig darreichen auf etliche Jhar dem erbarn vndt gelarten jungen Gesellen Casparo Stein, vnsers vmb die Schull vndt Kirchen wolverdinten Cantoris Sohne, damit er seine studia, derer Fundament vndt grundt er alhier vndt zu Thurn in Preussen gelegen zu Wittenbergk möge kontinuiren. Solche Guth vndt Wolthaten, an die durftigen armen Studenten gewendet, wirdt nicht alleine Gott nur reichlich vergelten, sondern er selber wirdt auch solches zugeschicktes Stipendium also anlegen, das er mit Gottes segen vndt ehren seinem lieben Vaterlandt wirdt nutzlich vndt dinstlich dermaleins sein mögen. Hiermit thue ich Ewre Ehrenveste vndt Weisheiten Gottes Obacht vndt Schutz empfelen. Dabam 6. Februaris Anno 1634.

E. E. dinstwilliger M. P. Zabelerus
pastor et superintendens

Címzés: Denen Edlen, Ehrenvesten, Hoch- vndt Wolweisen Herrn, Herrn Richter vndt Raht der Königklichen Freyen Stadt Leutsch, meinen hochgeehrten Herren einzuantworten

A tanács megjegyzése: Domini pastoris et superintendentis intercessoriae pro stipendio Casparis Stein cantoris filio suppeditando. Exhibitae 6. Februaris Anno 1634.

78/114

185.

Peter Zabler a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1634. május 17.

Kéri a tanácsot, hogy az a Thurzó-alapítványból Kaspar Kramer fiát, Samuelt egyetemi tanulmányaiban ösztöndíjjal támogassa. A nehéz körülményekre, valamint az apa érdemeire való tekintettel, aki tizenhat évig a lőcsei gimnázium tanára, tizennyolc évig pedig tanácsos volt, a szokásos összeg megduplázását javasolja. Samuel kiváló eredményeket ért el a teológia, a nyelvek, valamint a szabad művészetek terén, s mivel nagy vonzalmat érez az orvostudomány iránt, szükségesnek látja a fizika és a matematika alapjainak elsajátítását is. A szabad királyi városok amúgyis megegyeztek egymás közt, hogy tekintettel a honi származású tudósok csekély számára, s hogy a meghívott külföldi szakemberek díjazása igen magas összegeket emészt fel, támogatni fogják az egyetemi képzést. Ehhez a Thurzó-alapítvány Lőcse számára nagyon jó feltételeket biztosít.

Ehrenveste, hoch- vndt wolweise, grosgünstige Herren vndt geneigte Förderer, mit winschung aller glückseligen wolfardt vndt erbietung meiner gehorsamen dinste habe ich nicht vnterlassen können, dis mein Schreiben an Ewre Ehrenvesten zu verfertigen, vndt der Stadt wolfardt vndt aufnemen zu fördern. Es wiessen sich Ewre Ehrenvesten zu bescheiden, das die hohen Schulen oder Academien sindt seminaria ecclesiae et reipublicae, darin schöne, herliche, wolrichende pflantzen werden gesetz vndt also abgerichtet, das sie dem lieben Vaterlandt baldt an der Seelen, baldt an Ehren vndt Gütern, baldt am Leibe vndt

Gemuthen dienen, wie denn Ewre Ehrenvesten vndt Weisheiten erfahren, das sin, Gott lob vndt danck, aus den Schulen solche Stadtkinder vberkommen, die ihnen in Kirchen vndt Schulen an Ehr vndt Guthern auf dem Rahthause an ihrem Leibe vndt Gemutern haben nutzlich vndt rühmlich gratificirn vndt wilfaren können. Nun ist es aber wolbenandt vndt bekandt, das in vnsern Gärten fort vndt fort iunge Beumlin mussen gepropft werden, sollen sin anders fruchtbarlich bestehen, wachsen vndt zunemen. Also wen des löblichen Magistratus wunsch vndt begehren ist, das ihre respublica soll in florente statu verbleiben, so mussen ie länger ie weiter iunge Beumlin gesetzet werden. Wann wir dann anitzo ein solches pfläntzlin haben, von dem wir alles guthes hoffen, das er ein herlicher Baum wirdt werden, denn weil er bisanhero seiner studien mit allem fleis frühe vndt spath in principijs theologiae, linguarum et artium obgewartet vndt eine sonderliche Inclination vndt zuneigung hett zu der medicina vndt Artzney, darzu viell muhe vndt arbeit gehöret, das ehe er dieselbe imbibire, zuvor in physicis vndt mathematicis einen guthen grundt muss legen. Als ist dis mein demutiges ansinnen vndt bithen, sie wollen ihnen diesen frommen, fleissigen, sitsamen vndt gelarten Jungling, Samuelem Cramerum, des ehrenvesten, hoch- vndt wolweisen Herrn Casparis Crameri eheleiblichen Sohn commendirt sein lassen, das er auf etliche Jhar des stipendij Thursoniani möge fehig vndt wilhaftig werden. Vndt weil die zeiten sehr schwer sein vndt alles mus geduppeldt ausgezahlt werden, so bithe ich gantz freundtlich, Ewre Ehrenvesten wollen sich nicht beschweren, duplicatum stipendium jährlich zu geben. Vndt wirdt sie hirzu vermögen, das sein obgedachten Junglings Herr Vather 16 Jhar in der Schulen, 18 Jhar albereidt im Rahtstuell sich vmb sein Vaterlandt wol hatt verdienet, auch noch erbötig ist mit raht vndt that, da ihme Gott sein leben wirdt fristen, zu gratificiren, wie er dann sonderlich auch darzu geholffen hatt, das die vberreichung dieses legati wiederumb in schwunck ist kommen.

Zum 2. Das die Konigklichen Freyen Städthe in itzo gehalthenen Synode promithirt vndt zugesagt haben, ihre Kinder nach vermögen zu promovirn, das sie in Academien studiren, weill sie albereidt befinden einen zimlichen defectum, das sie im mangell ihrer Stadtkinder frembde gelerte Leute mit grossen vnkosten mussen fordern, vndt wiessen nicht, wie sie gerahten mögen.

Zum 3. So wirdt darumb furnemlich das legatum erteildt, das junge Leute dadurch zu allem guthen sollen angewohnet werden. Vndt wenn dasselb geschigt, so hatt diese Stadt Leutsch ein schönes Lob bey freunden vndt feinden erlangt, einen herlichen vndt köstlichen nutz vndt frommen in allen Ständen vndt Gott wirdt solche väterliche fursorge einem löblichen magistratum, als veris et fidelibus nutritijs ecclesiae et reipublicae reichlichen remuneriren vndt vergelthen. Derohalben bin ich der tröstlichen zuversicht, Ewre Ehrenvesten werden meinem demutigen begehren vndt flehen gönstigen Stadt vndt raum geben. Hirmit thue ich Ewre Ehrenvesten in Gottes schutz vndt schirm empfelen. Dabam 17. Maij Anno 1634.

E. Ehrenvesten dinstwilliger
M. P. Zabelerus superintendens

Címzés: Denen Ehrenvesten, Ehrsamen, Namhaften, Hoch- vndt wolweisen Herren, Herrn Richther vndt Rahtsverwanten der Königlichen Freyen Stadt Leutsch, meinen insonders grosgünstigen Herren vndt geneigten Förderern einzuhändigen

A tanács megjegyzése: Intercessoriae domini superintendentis ratione promovendj Samuelis Cramer. Exhibitae 17. Maij Anno 1634.

78/115

186.

Samuel Kramer a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Königsberg, 1635. március 26.

A háborús események miatt nagy a drágaság, így sokat kénytelen nélkülözni. Kéri, hogy mint eddig, most is nyújtsanak neki segítséget. Az itteni iskola is megszenvedi a háborút. A fizika rendes professzorának javaslatára egyrészt a nagyobb biztonság miatt, másrészt mivel meghalt Daniel Halbach de Porta, a bölcsészet és orvostudomány doktora, elhatározta, hogy tanulmányait a valamivel drágább Leydenben folytatja tovább. Ezért kéri, hogy évi ösztöndíjának összegét emeljék fel. A pünkösdi ünnepeknél nem szeretne tovább itt maradni. Kéri továbbá, hogy a tanács nyilvánítson véleményt ez ügyben.

Nobilissimi, Amplissimi Consultissimique Viri, Domini Patres Patriae, Patroni, Favitores, Promotores atque Mecaenates mihi sempiterna observantia colendi, suspiciendi, devoto salutis plurimae voto et prompta servitiorum meorum humillimorum paratissimorumque commendatione praemissa etc. Vestrum ni in rem literariam amorem tot exemplorum loqverentur experimenta, meque ni alliceret summa studendi svavitas, feliciter inceptorum studiorum academicorum continuandorum cupiditas, tum denique eorundem maxima necessitas, tanto sese ausu A. D. vestris haecce meae literae haut sisterent. Erubuit totiens imbecilla frons, qvod, dum nil prorsus sim promeritus, beneficium adhuc expetam. Attamen addidit mihi animum favor et munificentia, qvam, anteqvam ullum ergo A. D. V. ex parte mea operae precium proficisceretur, sum expertus abunde in promotione in almam Borussorum academiam benivola et larga sumptuum ad rem literariam summe necessariorum (pro quibus gratias ago tantas, qvantas mens beneficiorum memor maximas concipere potest, et hanc D. V. A. erga me gratiam vicissim promptissimis servitijs officijsque meis pro modulo virium mearum exhibendis demereri sedulo studebo) exhibitione, addidit, inqvam, animum mihi vestra, qvam tot votis coluere alij, coluntque adhuc dum, promovendi ac juvandj promptitudo laudabilis. Neque dubito, quin passuri sitis, ut nec ergo praeter favorem, qvo alios fovistis, de D. V. A. mihi aliud quidpiam polliceri cogar. Medebimini, spero, et meis rebus, quae plus satis afflictae forent, si vestri patrocinij, cui unice innituntur, destituantur fundaminibus. Id vero, qva ratione fieri possit, D. vestris A. perspectum est. Stipendio scilicet ulteriori, eoque ampliori et praesentissimo mihi mirum, qvantum opus est, Viri Nobilissimi. Etiam hisce in oris Borussiacis tanta in hoc turbulento bellicorum motuum statu regnat annonae caritas, ut verbis satis exprimi neqveat. Qvippe haec nimirum cervici nostrae imminentis (qvod tamen Deus pacis a nobis et omnibus Christicolis qvam clementissime averruncet) bellj ante tempus apparet saevitia. Haec academiam

hancce labefactat, imo convellit, civesque ejusdem in varias orbis latebras hinc inde gratae securitatis et melioris sustentationis ergo migrare cogit. Qvapropter etiam atque etiam peto et contendo A. D. V. stipendium illud annuum adaugere et intendere, ne dedignentur, praesertim cum constituerim ad ea loca commigrare, ubi felicius (sed majoribus etiam cum sumptibus) studiorum meorum telam me pertexere posse confido. Nam ex consilio professoris inclutae hujus academiae physices publici, promotoris ac praeceptoris mei singulariter honorandj, ductus et edoctus locum futura aestate tum ob eam, de qva jam dixi, annonae caritatem, bellique imminentis periculum, tum etiam ob praematuram excellentissimi viri domini Danielis Halbachij a Porta philosophiae et medicinae doctoris, praeceptoris mei devota mente colendj (e cujus ore doctissimo totus pendebam) mortem mutare, academiaeque huic inclutae vale ultimum dicere, celeberrimam contra hujus seculi academiam, Lugdunensem puta Batavorum, annuente divina gratia salutare, ibidemque continuaturus telam, qvam in schola patria feliciter exorsus eram pedem figere tantisper, donec portum studiorum meorum scopumque praefixum asseqvar, qvod ut mature fiat, qvantum divina benignitas memet amat, totis animi corporisque viribus intendo atque enitor. Ea propter D. V. A. demisse, officiose et obnixe oro, ut qvid alijs in academijs degentibus studijsque tum theologicis, tum sacrae Themidos operam navantibus haut denegarunt, mihi unico qvi studio observantiaque erga easdem mea nemini cedo, ne denegent, atque efficiant, ut rem, qvam vobis authoribus aggressus sum, vobis etiam adjutoribus perseqvi et ad finem, qvem vosmet mihi praestituistis, deducere qveam. Veneror interim et precor Deum clementissimum, patriam nostram clementer respiciat, omnia mala averruncando pacem salutarem restituat, restitutam aevum conservet. D. V. A. praesertim det splendorem consilij et sapientiae, zelum pietatis et justitiae, concordiam et prosperitatem ecclesiae in incrementum scholae, Nestoreos in optimo statu superent annos, valeant, floreant, mihique et meis studijs pro solita et consveta benivolentia porro faveant, id, qvod humiliter oro et maximopere a D. V. A. contendo, easdem iterum atque iterum divinae tutelae recommendans optatum ac, qvantum fieri potest, metarum (nec enim ultra proxime affuturas Pentecostas ferias me hic locorum consistere sinunt belli, ut jam caritatem annonae praeteream, pericula, nec eadem effugere patietur defectus sumptuum itineris) responsum expectans. Dabam Regiomonti Borussorum die 26 Martij styli novi Annj aerae Christianae 1635. etc.

A. et C. D. vestrarum subjectissimus humillimusque alumnus
Samuel Cramerus philosophiae et
medicinae studiosus

Címzés: Nobilissimis, Amplissimis Consultissimisque Dominis, Domino Consuli ac Senatoribus Regiae Liberaeque Civitatis Leuchoviensis, Dominis Patronis, Evergetis magnis et Promotoribus summis, multis nominibus omnique observantiae cultu perpetim colendis et suspiciendis
Leuchoviam

A tanács megjegyzése: domini Samuelis Cramer Alumni Academicj petitoriae

90/6

187.

Samuel Kramer nyugtája
Danzig, 1635. július 3.

Elismeri, hogy Johann Habermanntól átvett 112 birodalmi tallért.

Ich, vnterschriebener bekenne vnnd thue kundt hiermit, das ich von dem Hern Johann Habermann 112 Reichstahler richtig empfangen habe. Dabam Dantzig, den 3. Julij diesses lauffenden 1635. Jahrs mp.

Samuel Cramer philosophiae et medicinae studiosus

140/14

188.

Samuel Kramer a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1635. október 13.

Ez év tavaszán a háború miatt elhagyva a königsbergi egyetemet a tanács, a szuperintendens, aki patronálja őt, valamint apja beleegyezésével a wittenbergi egyetemre indult tanulni. Sok bajtól szabadult volna meg, ha tavaly, amikor otthonról útnak indult, rögtön ide veszi útját. Ugyanis Poroszországból a veszély elől menekülve először Magdeburgnál a svédek, majd Barby városa közelében a szászok fogságába esett néhány nemessel együtt. Mind magát, mind pedig holmiját, ez utóbbit csak egy hét múlva, és más helyen, pénzen kellett kiváltania. Néhány mérföldet még ráadásul visszafelé kellett gyalogolnia. A tanács által számára Danzigba küldött pénznek a felét fölemésztette ez a kaland. Tanulmányai folytatásához ezért pártfogói anyagi támogatását kéri.

Nobilissimi, Amplissimi Consultissimique Viri, Domini Patres patriae, Patroni, Favitores, Promotores atque Mecaenates aeviterna observantia colendi, suspiciendi, devoto salutis plurimae voto et prompta servitiorum meorum humillimorum paratissimorumque alacritate et commendatione praemissa etc.

Notum atque perspectum esse D. V. A. confido me praeterlapso currentis hujus anni vere ob Martem illustrem vniversitatem Bregellanam labefactantem, imo convellentem, civesque ejusdem in varias orbis latebras hinc inde, gratae securitatis et melioris sustentationis ergo migrare cogentem, locum mutasse, academiaeque illi inclutae vale ultima dixisse, celeberrimum contra autoritate tamen et consilio tum D. V. A., tum admodum reverendi domini superattendentis, patroni mei aetatem colendi, simul atque domini parentis mei, ea, qua par est, observantia suspiciendi, ductus et edoctus Wittebergense hocce Athenaeum cum nutu gratiae divinae salutasse. Qvod ipsum si anno praeterito, primo quippe ex patria dulcissima itinere effectui dedissem, nihil eo fuisset fructuosius, ad utilitatem praestantius nihil nihilque, unde plus manare potuisset emolumentj.

Verum factum infectum fieri neqvit. Qvod autem vulgato satisque trito in versiculo circumfertur: Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdin. Id, Viri Nobilissimi, in hoc turbulento bellicorum motuum statu magno cum detrimento satis superque expertus sum. Volens namque Borussiacam vitare Charybdin, in Scyllam (proh dolor) Saxonicam incidi, in manus qvippe exercitus et Svecici et Saxonici, illius quidem Magdeburgi, hujus prope oppidum Barbey, ubi ego, haut solus tamen, verum simul cum aliis comitibus qvam plurimis. Et me, ceu captivum, et supellectilem meam qualemqualem ab ipsis redimere, modo per integrae hebdomadae spatium et praeterpropter aljo in loco commorari, modo etiam ad milliaria aliqvot regredi coactus, ita, ut sumptuum a D. V. A. et G. Dantiscum transmissorum (pro quibus gratias tantas, quantas mens beneficiorum memor maximas concipere unqvam potest, ago agamque, et habebo, dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus, hancque D. V. A. erga me gratiam promptissimis vicissim, omnique tempore, spontaneis servitijs officijsque meis pro modulo virium mearum exhibendis demereri sedulo studebo) dimidiam vix partem mecum attulerim.

Ea propter D. V. A. cum debita animi submissione peto, ut imposterum qvoque tempestive largis mihi adesse sumptibus ad studia continuanda, quae sane plus satis forent afflicta, si, cui unice innituntur, destituantur fundaminibus fulcrisque, ne dedignentur, qvo rem, qvam vobis authoribus sum aggressus, vobis etiam adjutoribus perseqvi et ad finem, qvem vosmet mihi praestituistis, deducere, itaque portum studiorum meorum ac scopum praefixum asseqvi qveam. Qvod, ut mature fiat, faxit is, sine cujus numine nihil est in homine, aeternus Dei spiritus.

Veneror interim, et precor Deum ter optimum maximum, quod in honorem divini numinis, in prosperitatem ecclesiae, in incrementum scholae, D. V. A. constantissima sanitatis et felicitatis fruitione diutissime vivere, valere, florere sinat, mihi vero meisque studiis pro solita et consveta benivolentia porro faveant, id, qvod humiliter oro, et maximopere a D. V. A. contendo, easdem iterum atque iterum divinae tutelae recommendans. Dabam Wittebergae ex novo μουσείῳ meo die 3. mensis Octobris styli veteris Anni aerae Christianae 1635.

A. et C. D. vestrarum subjectissimus humillimusque alumnus,
Samuel Cramerus philosophiae et
medicinae studiosus

Címzés: Nobilissimis, Amplissimis et Consultissimis Dominis eximia gravitate, praedigna eruditione summaque integritate clarissimis et prudentissimis, Domino Consuli totique adeo florentissimae Regiae Liberaeque Civitatis Leuchoviensis Reipublicae Ordini Senatorio, Patronis, Evergetis magnis et Promotoribus summis, debitae observantiae officio reverenter honorandis, venerandis

A tanács megjegyzése: domini Samuelis Cramer literae subsidium colendorum studiorum petentes, 20. Januarii Anno 1636. exhibitur

81/24

189.

Peter Zabler a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1636. január 27.*

Kéri a tanácsot, hogy támogassa Samuel Kramernek, az idősb Kaspar Kramer fiának orvosi és filozófiai tanulmányait az újra kezelésében lévő Thurzó-alapítványból. Továbbá kéri még, hogy Josef Alaudát hívják vissza Szebenből, s alkalmazzák az itteni gimnáziumban.

Edele, ehrenveste, hoch- vndt wolweise, insonders grosgünstige Herren vndt hochgeehrte Patronen. E. E. vndt Weisheiten sindt meine willige dinste neben freundtlichem Gruss bevor. Es sagt Aristoteles, der Weise beide: Non ex medico et medico, sed ex medico et agricola fit ciuitas. Eine Stadt bestehett nicht alleine in einem vndt dem andern guthem Ackersman, sondern sie will auch einen bescheidenen vndt trewen Artz han. Wen ich denn sonderliche grosse Hofnung geschöpft von dem gelerten vndt geehrten studioso domino Cramero, des ehrenvesten, hoch- vndt wolweisen Herrn Casparis Crameri des Eltrer Sohne, das derselbe dieser löblichen Stadt vndt seinem lieben Vaterlandt mit der edlen Facultet vndt Kunst der Artzney täglich vndt füglich, nützlich vndt ersprislich sein wirdt, als bitte ich gantz demutig vndt freundtlich Ewre Ehrenvesten vndt Weisheiten, sie wollen von dem Legato Thursoniano, welches sie newlich verhoffentlich vberkommen, etwas richtiges vndt wichtiges ihme zuschicken, damit er nicht alleine sein studium philosophicum et medicum rühmlichen möge absolviren vndt hienaus führen, sondern auch sein mechtiger grosser Schade, der ihme von den schwedischen vndt sachssischen Soldaten zugefügt worden, gelindert vndt geringert werde. Ich weis es gewiss, das auch dieses junge, fromme Blut seinen lieben Gott fur Ewre Ehrenvesten vndt Weisheiten Gesundtheit vndt Wolfardt fleissig in dem Gebett wirdt ersuchen vndt anruffen, damit diese, an ihme erwiesene Gutthaten an seinen hochgeehrten patronis vndt patribus patriae mögen recompensirt vndt vergoltten werden.

Ich bitte auch fleissig, E. E. wollen des Herrn Josephi nicht vergessen, damit er nur in Ehre <...> von Zeben revocirt vndt zum obern collegiat ampt mit benennung (in honore) eines honorarj zurücke geruffen werde. Hiermit Gott befohlen. Dabam 27. Januarij Anno 1636.

M. P. Zabelerus
pastor vndt superintendens

Címzés: Denen Edelen, Ehrenvesten, Namhaften, Hoch- vndt wolweisen Herren Herrn Richter Consularibus vndt Rahtsverwanten der Königlichen Freyen Stadt Leutsch, meinen hochgeehrten Dominibus Patronis vndt geneigten Förderern einzuhändigen

A tanács megjegyzése: Domini superintendentis intercessoriae pro Samuele Cramer, ut stipendium ei porro detur, et ut Josephus Alauda Cibinia ad officium collegae secundae classis revocatur 27. Januarii Anno 1636.

Ugyanaz a kéz: 1. Sacrificium missae abominandum, 2. maximus abusus nominis divini bey eines asoti begräbnüss, 3. res scandalosa, 4. res periculosissima, tumultuosa, 5. res nova <...> in 70 Jhare <...>, 6. res mali exempli wegen vnserer Nachbarn, 7. res a testamento Thurzoniano aliena. Non sunt facienda mala, ut eveniant bona.
Comitas: Neubegräbnuss

78/123

190.

Samuel Kramer a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1636. október 11.

Szükségesnek tartotta háláját a tanácsnak kifejezni, ezért orvosi dolgozatát is neki ajánlja. A környéket teljesen feldúlta a háború. Nagy drágaság várható. Kéri, hogy tanulmányait a továbbiakban is támogassák anyagilag.

Nobilissimi, Amplissimi Consultissimique Viri, Domini Patres patriae, Patroni, Favitores, Promotores atque Mecoenates sempiterna mihi observantia colendi, suspiciendj, devoto salutis plurimae voto et prompta servitiorum meorum humillimorum paratissimorumque alacritate et commendatione praemissa etc.

Sapienter in Ajace a Sophocle dictum reperimus gratiam semper gratiam parere, cui vero acceptorum beneficiorum memoria effluxerit, eum in bonis viris non esse habendum. Qvid enim tam decet hominem, qvam pro beneficijs gratiam habere et referre studere? Praesertim cum natura ipsa nos ad gratitudinem invitet, et bestiae suo exemplo eandem nobis commendent. Ut autem gratitudo maxime secundum naturam est, et hominem inprimis decet, sic e contrario ingratitudine nil est turpius, foediusve et naturae inimicius, qvod ipsum sat superque demonstrare qveat et vetustate tritum, et veritate communitum hocce dicterium: Omnia mala dixeris, ingratum si dixeris. Et improbus est homo, ait Plautus, qvi beneficium scit sumere, et reddere nescit. Cum igitur gratia pro acceptis beneficijs tam necessaria sit, ut , qui eam non praestat, optimo jure ingrati ipsi hospitis nota inuratur, permagnae mihi semper curae fuit et jam est, qvo pro amplissimis beneficijs in me collatis gratiam, homine studioso dignam, non solummodo habeam, verum etiam referre aliqvo modo valeam.

Cum autem neutiqvam me lateat medicum absque perfecta physiologices cognitione mendicum, sane et plane empiricum esse, ita, ut vere dixerit philosophorum phoenix, ubi desinit physicus, ibi incipit medicus, mihique non ars solummodo, cui sacramentum dixi, eique me jurejurando sancte obligavj, necessitatem rerum naturam scrutandj imposuerit, ast rei ipsius dignitas me semper allexerit, eapropter Penelopes telam retexere fortassis haud videbor, qvod falcem in amplissimum physices campum miserim, indeque manipulos aliqvot (ex consensu et adprobatione amplissimae facultatis philosophicae in incluto hocce ad Albim Athenaeo) ἐξετάσεως χάριν publico plaudoque examinj subjecerim. Etsi vero me non clam sit raro, nec, nisi in re magna, viros vos tales adeundos, et haec

mea conditio, humilior sane, qvam ut N. et A. D. V. interpellem, aliud omnino persvadere videtur, veruntamen nihilominus vobis meis patronis magnis, promotoribus studiorumque meorum altoribus et authoribus summis hasce primitias academicas ea, qva decet, animj submissione et humilitate inscribere et offerre et volui et debui. Utinam modo A. D. vestris studia mea probarentur, quod dirigere in vestrum honorem communisque civium coetus emolumentum voluntas largiter mihi est, faxit Deus, ut et facultas. Interea ea spe alor indubitata fore, ut hocce munusculum (levidense sane, quia chartaceum est, impar illis gratijs et beneficijs mihi hactenus a N. et A. D. vestris exhibitis) tanquam debitae gratitudinis et humillimi studij tesseram ac symbolum, studio potius mei cultus, quam sui pretio aestimaturi, vultu benigno aspecturi, serenaque fronte idem suscepturi, atque animum ad majora ut adstrictum, ita et paratum attenturi, neque faventia vestra porro prosecuturi sitis.

Eqvidem, qvod praeterea in me est studij, vestro submisse subjicio patrocinio. Cum vero academiae hujus ad Albim tantus sit status, ut qvem, si qvis introspiciat, penitusque consideret, et non de eo doleat, gematve, improbus sit, necessum est. Siqvidem in agro Wittebergensium, ut et aliorum oppidorum in vicinia, omnia partim vulcano, partim depopulationibus et depraedationibus ita concussa jacent, ut inde academiae etiam nostrae non, nisi annonae caritas, extimescenda sit permagna, siqvidem respublica non ex medico et medico, sed ex medico et agricola constat referente humanae sapientiae parente arte. Ea propter cum subjectissima servitiorum meorum paratissimorum oblatione addictissimaque officiorum humillimorum sponsione demisse, officiose et obnixe oro ac contendo, qvo N. et A. D. vestrae mihi, qvi studio observantiaque erga vos nemini cedo, sumptus porro tempestive suppeditare ne dedignentur, verum efficiant, ut rem, qvam vobis autoribus fideliter aggressus sum, vobis et adjutoribus felicissime proseqvi, et ad finem, qvem vosmet mihi praestituistis, scopumque citissime in exulceratissimo hocce et perqvam turbulento bellicorum motuum statu deducere qveam. Qvod, ut mature fiat, qvantum divina benignitas memet amat, totis animi corporisque viribus noctu dieque in id unice intendo atque enitor. Veneror interim et precor Deum totius mundj monarcham, ut ipse civitatis vestrae protector, senatus consultor, ecclesiae inspector et scholae rector esse aeviternum dignetur. Dedi Wittebergae Saxoniae Calendae Octobris styli veteris Anni aerae Christianae et usitatae 1636.

Vestrarum amplitudinum et prudentiarum subjectissimum
Samuel Cramerus philosophiae et medicinae studiosus

Címzés: Nobilissimis, Amplissimis Consultissimisque Dominis, Domino Consuli adeoque toti florentissimae Patriae Reipublicae Ordini Senatorio, Dominis Patronis, Evergetis magnis et Promotoribus summis debitae observantiae officio reverenter honorandis, venerandis
Leuchoviam

81/25

191.

Peter Zabler a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1636. december 9.*

Samuel Kramer nyomtatott disputációjából, valamint Zablernek írt leveléből kitűnik, milyen jól haladt a természettudományokban és az orvostudományban. Zablerhez azzal a kéréssel folyamodik, hogy az járjon közben érte a tanácsnál.

Meinen freundtlichen grus vndt dinste bevor.

Ehrenveste, namhafte, hoch- vndt wolweise, grosgunstige Herren. Weill ich gestriges tages beyde, aus dem Schreiben, so wohl auch aus der gedruckten Disputation des studiosi Samuelis Crameri verstanden, wie er löblich vndt herlich in studio physico vndt medico proficirt vndt zugenomen, er auch mich erinnert hatt in seinem an mich gethanen brieff, Ewre Ehrenvesten supplicando zu ersuchen, das sie in dieser schweren zeit seine geneigte Patronen vndt Förderer sein wollen. Als bitte vndt flehe ich demutig vndt fleissig, Ewre Ehrenvesten als rechte patres patriae wollen ferner keiner vnkosten wegen obgedachten studiosi nicht sparen, sondern sie ihrer wie vorhin vndt auch mehr, wo es nur sein kan, dieselbe lassen wiederfahren. Denn gantz nicht zu zweifeln ist, wen ihmo Gott seine gesundtheit vndt leben fristet, das er diesem Landt vndt Stadt rühmlich nutzlich vndt ersprislich sein wirdt, sowohl auch wirdt es Gott reichlich in andern wegen wiederumb pensiren vndt erstadten, wie wir solches aus vielen Exempeln vndt Erfahrung konten darthun. Hiermit thue ich E. E. in Gottes schutz empfelen. Dabam 9. Decembris Anno 1636.

M. P. Zabler Superintendens

Címzés: Denen Edlen, Ehrenvesten, Namhaften, hoch- vndt wolweisen Herren Herrn Richter vndt Rahtsverwanten der königlichen freyen Stadt Leutsch, meinen hochgeehrten Herren vndt Patronen einzuhandigen

78/122

192.

Matthias Gosnovitzer a szebeni főbírónak és Szeben város tanácsának
Königsberg, 1637. április 14.

Hosszú ideje nem írt már pártfogóinak, aminek oka az itteni helyzetben rejlik. Megkapta a tanács levelét, s a Danzigba küldött pénzt is fölvette. Egészséges, a körülményekhez képest nincs panaszolnivalója. Az egyetem, amint a brandenburgi őrgróf is, nagyon megsínyli az egyre pusztítóbbá váló háborút. A professzorok nem kapnak kellő megbecsülést az őrgróftól. A nyilvános előadásokat annyira sem fizetik meg, mint a magánórákat. A magánórák viszont igen kiválóak, ámbár drágák. A rostocki egyetem híre, különösen a jogi karé, igen jó. Társai Wittenbergbe kívánnak menni, de ebből ebben az évben már nemigen lesz semmi. Egy évet

kíván itt tölteni. Tudomására jutott, hogy Szebenben nincs olyan ember, aki a tudományos ügyeket irányítaná, ezért barátját, a magyar Moticzkiadész Ádám magisztert, akit az itteni professzorok különösen kedvelnek, s akit a többi tudós elfogad vitapartnernek, aki kiváló magyar és szlovák nyelvtudással bír, a tanács figyelmébe ajánlja.

Nobilissimi, Amplissimi ac Spectatissimi Viri, Domini Fautores ac Patroni omni observantiae cultu proseqvendi. Praemissa salute gratiam, tranqvillitatem ecclesiasticam et politicam omnemque actionum vestrarum prosperitatem cum voto omnigenae felicitatis a triumphatore nostro gloriosissimo animitus precor. Etsi reprehensione dignum esse censeatur, Viri Nobilissimj ac Spectatissimi, quod longo temporis intervallo taciturnitate literarum usus sim, id tamen non negligentiae supinae aut insolentiae meae, sed potius loci ac temporis circumstantijs asscribi peto. Acceptis etenim dominationum vestrarum literis summa ingenij dexteritate id mihi curae commendatum erat, ut prima quaque occasione publicis literarum monumentis conditionem rerum mearum illustrarem. Ne autem ulla sumptuum transmissorum causa dubitationis caligo oriretur, harum tenore pignus fidei ponendum esse duxi me a Pinnerianis Dantiscum adventantibus literas dominationum vestrarum, remque omnem literis comprehensam legitime accepisse, quibus benignam erga me affectionem sincerumque animi candorem expressi sunt. Pro quo beneficiorum genere gratias ago quammaximas, omnem daturus sum operam, ut mea quoque tenuitas tantis patronis ac fautoribus quovis tempore ac loco sese officiosam probare possit. Sortem quoque vitae meae paucis delibare non inconveniens visum est, cumprimis autem me solida corporis constitutione animatum esse jnnuo, actionesque meas divina favente gratia ita instituisse, ut nihil in modestia ac vitae integritate, nihil in industria et studiorum assiduitate hactenus desideratum fuerit. At academiae nostrae splendor et dignitas aliqvantum vilescit ac minuitur, quid causae subsit, sapiens facile colligere potest. Martialia haec tempora ingentem toti Germaniae, ut et principi Brandeburgensi hujus nostrae provinciae ruinam ac stragem accerserunt. Professoribus ordinarijs a principe non subministrantur ea, quae subministranda essent, hinc fit, ut in administratione regiminis non eo, quo ceperunt, pede progrediantur. Vigor lectionum publicarum quidem non tanti aestimatur, qvanti privatarum aestimari solet. Collegia interim privata rite magnaque judicij dexteritate pertractantur et expenduntur, qvantumvis care nimis. Ferenda sunt, quae non mutari queunt. Utinam tandem tranqvillum et concors pacis publicae sanciretur exercitium! Optare quidem istud, sperare fortassis vix licet. Academia Rostockiensis eminet inter academiarum emporia, sed saltem quoad facultatem juridicam. Populares equidem mei Vittebergam contendere volunt, vix hoc anno aliquid futurum.

Videmus (proh dolor) cuniculis et machinis expugnata esse amplissima castella, tormentorumque bellicorum impetu nonmodo urbes conquassatas, verum etiam majori ex parte funditus dirutas ac dimolitas, cum nihil ab insultibus hostium intentatum inausumque relinqvi soleat, qvin indies majores dissidiorum civilium faces accensas videmus, Germaniamque exqvisitissimos disceptationis hujus aculeos perpeti. Quandiu autem nobis hic commorandum sit, dubitantes vel

maxime. Annuam tamen mansionis periodum hic transigere non erit inutile, interim omnia divinae voluntati commendantes.

Et cum extremam fere attigerimus mundi delirantis lineam, ubi et virtus ipsa fere exulare videtur, pravitas enim hominum soepius honestum judicat. Judicat virtuti esse maxime affine, quod eam maxime arietat, vertit et vix non subvertit. Merito proinde nobis elaborandum est, ut nonmodo virtutem seqvamur, sed etiam probos et sinceros eruditionis alumnos honestae existimationis judicijs proseqvamur. Cum itaque nobis perspectum sit amplissimas dominationes vestras gubernatore rei literariae orbatas esse, animum istuc induximus, ut dominationibus vestris ingenium aliquod lepidum nobisque maxime carum commendaremus. Commendamus itaque D. vestro clementissimo ac praestantissimo dominum magistrum Stephanum Moticzkiadem, Hungarum juvenem, virtute et eruditione eximia conspicuum, cui nonmodo juventus literata magno successu committi possit, sed etiam, qvem merito quivis sapiens ac probus ob virtutes eximias amore, honore et benevolentiae favonio proseqvi debeat. Is quoniam semper virtuti et ingenuis artibûs erat deditissimus, istuc rem deduxit suam, quo et a dominis professoribus singulariter amaretur, et a coeteris dominis studiosis dignus conversatione judicaretur. Minime dubitantes, qvin et imposterum huic regimini, ad quod legitime vocatus fuerit, defuturus sit, qvin potius pios juventutis scholasticae conatus mira ingenij dexteritate promoturum, totique spectatissimae communitati gratum utilemque futurum. Cognitionem lingvarum in Hungaria nostra usitatissimarum habeo exactam, cumprimis Hungaricae et Sclavonicae. Nihil damus auribus, sed pro virtute et rei veritate verba facimus. Quod si vero interea temporis alius vocatus aut substitutus esset, res salva est, nos conditionaliter tamen animi nostri sensa exprimenda esse diximus, interim omnia dominationum vestrarum judicio ac discretioni committimus, et quid de rerum nostrarum conditione sentiendum sit, ex animi et veritatis sententia judicium expressimus. Valete, Viri Nobilissimi, Amplissimi ac Consultissimj, florete pace, virtute et gloria in laudem gloriosissimi Dei nostri, studijs meis favete, et me patrocinio vestro porro proseqv<i pergit>e, et meipsum totum vestrum esse scitote. Dabam Regiomonti calamo occupatissimo Anno 1637. die 14. Aprilis.

N. A. C. dominationum vestrarum obseqventissimus
Matthias Gosnovicer
jurisprudentiae studiosus

P. S. Responsum benignum expectaturi.

Címzés: Nobilissimis, Amplissimis ac Spectatissimis Viris, Domino Judici coeterisque Senatoribus Regiae Liberaeque Civitatis Cibiniensis gravissimis, Dominis Patronis ac Fautoribus suis plurimum suspiciendis
Zeben

90/7

193.

Kaspar Kramer a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Königsberg, 1638. június 29.

Apja korai halála nagy anyagi nehézségeket jelent számára. Ezért kéri, hogy a tanács továbbra is támogassa tanulmányait.

Viri Nobilissimi, Amplissimi, Spectatissimi Domini, Moecenates et Fautores Musarum Magnifici. Salutis, benedictionis diuinae afflatum cum ingenti reipublicae vestrae inclutae incremento tranquillitatisque aura, ea, qua par est animi sinceritate et demissione, oro. Quo veritatis clypeo munitum sit commune illud poetae effatum:

> Nam facile emergunt, quorum virtutibus obstat
> Res angusta domi.

id mihi infeliciter nato experientia magistra affatim demonstrat. Etenim a prima statim aetate literarum virtutumque culturae adjuncto, inque eiusdem fervore medio quasi constituto, res angusta domi, et inprimis inopinatus praematurusque domini mei parentis obitus ulteriorem ad artium liberaliorum emersionem aditumque bene prohibent, imprimis in hac celebri, qua jam Deo ducente et docente vivo, priscorum academia, qua ea pressus sum egestate, ut ob tenuitatem victus, qua hactenus vivere licuit, de gravissimo etiam salutis dispendio mihi metuam, cum autem sciam perseverantiam esse coronam omnium aliarum virtutum, adverso hocce sortis telo minime opprimi memet patiar, qvin potius in eo, quo ab ipso supremo constitutus sum numine vocationis tramite, patientem feram mentem. De mediis autem fortunam hanc asperam sublevandi dum cogito, non possum non ad vestras amplissimas, circumspectas dominationes me convertere, non immemor titulorum consolatione plenissimo tum, quibus vos divinus spiritus in sacris insignivit. Vocamini enim ab eodem patres patriae, oculi videntes, benedicti seu εὐεργέται. Haec cum ita sint, scitis. Rogo demisse, dehinc quoque paterno in me inclinati affectu, vicesque parentis mei charissimi, mihi tam, proh dolor, erepti suscipite, dirigant oculi vestri in me obscuritate luctus et fortunae coecutientem, radios benevolentiae et beneficentiae, ut sic in coepto studiorum stadio cupere constanter liceat laetumque studiorum brabeum divina assistente gratia consequi. Quod si a vobis clementer obtinuero, experiemini denuo patris supremi erga rempublicam vestram inclutam munificentiam, testabimini luculenter radios vestrae erga egenos clementiae, perpetuam et divinorum radiorum benedictione plenissimorum vobis conciliabitis sparsionem, meque imposterum ad quaevis officia, quae a me tenuitate erg rempublicam vestram proficisci poterunt, praestabitis devinctissimum. Valete, et clientem vestrum sublevando non negligite. Dabam in celeberrima academia Bregelana 3. Kalendarum Julij Anno 1638.

Amplitudinum vestrarum subjectissimus
Casparus Cramerus mp.

Címzés: Amplissimis, Spectabilibus ac Circumspectis Viris, Domino Judici et inclyto Libero Regiaeque Civitatis Leucov superioris Hungariae Senatui, Magnis Musarum Mecoenatibus ac Favitoribus suis aetatem suspiciendis pateant
Leutschoviam

A tanács megjegyzése: Casparis Cramer Tricesimatoris Caspar Cramer filius subsidium studiorum petit

90/1

194.

Peter Zabler a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1638. augusztus

Kéri a tanács jóindulatát a két polgárjogért folyamodó szabó, Horváth András és Georg Kaiss ügyében. Továbbá ismételten kéri, hogy a néhai lőcsei harmincados, Kaspar Kramer fiának wittenbergi tanulmányait a Thurzó-alapítványból támogassák.

Ehrenveste, namhafte, hoch- vndt wolweise, grosgünstige Herren, denselben sindt meine willige dinste nechst vorwunschung göttlicher Gnaden zuvor, vndt kan Ewren Ehrenvesten vndt Weisheiten nicht bergen, das wie etwan fur 14 tagen bey mir gewesen sindt zwey ehrliche Junglinge, als der junge Andreas Horwaht vndt Görge Kaiss supplicirend aus der erbarn Zechn der Schneider, vndt vmb einen gutten Raht gebeten, das sie können Meister werden vndt in den Ehestandt mit ihren von Gott ausersehenen Liebhaberin tretten, als habe ich sie zu einem löblichen Magistrat dieser Königlichen Freyen Stadt gewiesen, das sie in solchem ihren chrislichen furnemen wie zuvor bey Gott, als hernach bey Ewren Ehrenvesten undt Weisheiten müssen Hülffe suchen, auch darneben zugesagt vmb ihretwillen eine Intercession einzulegen. Wenn den Ewren ehrenvesten vndt Weisheiten selber wol wiessen, das sie von dem Höchsten in Himmeln sindt gesetzt vndt aufgerichtet, als schöne, fruchtbare Cedern Baume, wie sie in Ezechiele vndt Daniele, den Propheten werden gewent, darunter die Vnterthan ihren Schatten, Ehegattung vndt Narung sollen finden: dahin warlich ein ehrliches Gewerb vndt Ehestandt gehöret. Als bitte ich demutig, Ewre Ehrenvesten vndt Weisheiten wollen nach erheischung ihres Ampts sich dieser jungen Leute erbarmen vndt ihnen so viel gunst vndt gnade erweisen, das sie zu ihrer ehrlichen Zech vndt genehrlichen Ehestandt gelangen mögen, dessen reicher vergeltter vndt förderer Gott nach seinem Wordt wirdt. Benebens diesem so hat mich des armen Caspar Cramers, gewesenen Dreissigers seligen hinderlassener Sohn an mich geschrieben vndt geflehet, das weil er als ein armes Waislin gelassen, nicht vermocht seine angefangene Studia von seinem patrimonio zu continuiren, das ich supplicando bey einem ehrenvesten Herrn Richter vndt Raht alhie ihme wolle behülflich sein, das er von dem thursonischen Legato etwas könte erlangen, seine Studia zu Wittemberg fortzusetzen. Darumb wil ich abermals demutig vndt fleissig Ewre Ehrenvesten vndt Weisheiten gebetet haben, das sie ihre Gnadenbrünlin auf dieses Stadtkindt vndt armen Waisen wollen lassen

fliessen, damit das liebe Vaterlandt dessen hat wieder zu geniessen, vndt Gott bewegt werde, Ewren Weisheiten hauser zu bawen (Exodus 1. caput), das ist, sie vndt diese policej reichlich zu gesegnen. Hiermit thue ich E. E. in Gottes schutz empfelen. Dabantur Augusti Anno 1638.

E. E. dinstgeflissener
M. P. Zabelerus superintendens

Címzés: Denen Ehrenvesten, Namhaften, Hoch- vndt wolweisen Herren, Herrn Richter vndt Rahtsverwanten der Königlichen Freyen Stadt Leutsch, meinen hochgeehrten Herren Patronis vndt Förderern einzuhändigen

A tanács megjegyzése: Herr Superintendens intercedirt pro 2 junge Schneider, dass man ihnen das burgerrecht ertheilet. Item pro Herrn Caspar Cramers 30gers sohn, ihm vorschub zu studiren geben wolle.

78/137

195.

Samuel Kramer a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1638. október 8.

Szeretné befejezni orvosi tanulmányait, s kéri, hogy ezt támogatandó a tanács küldje el az ösztöndíjat erre az utolsó évre is.

Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, splendore generis, virtute, doctrina et vario rerum usu atque experientia praestantissimi Viri, Domini Patres patriae, Patroni, Favitores, Promotores atque Mecoenates magni, mihi sempiterna debitaque observantia colendi, suspiciendi devoto salutis plurimae voto et prompta servitiorum ac officiorum meorum humillimorum paratissimorumque alacritate atque commendatione praemissa etc.

Vitam hominis brevem esse, artem vero medicam longam, tam verum est, ut hancce sententiam aphorismorum suorum initium esse voluerit Phoebus medicorum divus, noster Hippocrates. Etenim si vitae humanae spatium et curriculum perpendamus, infantia et pueritia nugis, adolescentia voluptatibus maximam partem consumitur. Tantulum, qvod restat, aetatis, neque id totum serijs negotijs impenditur, et, ubi vix recte discere incepimus, plerique e vita abripimur, et lampada alijs tradere cogimur. Ars medica contra tam longa et ampla est, ut fere infinita videatur. Nam praeter variarum lingvarum et artium notitiam, primum illa admirabilis corporis humani fabrica, omniumque in ea partium structura, usus et officia exacte medico cognoscenda veniunt. Morborum deinde structuram hancce violantium et destruentium genera, eorumque causae cum suis signis discenda sunt, symptomatibusque, qvorum omnium tantus est numerus, ut jam multa ante secula trecenta fuisse publicis literarum monumentis consignarit diligens omniparentis naturae indagator Plinius, exceptis generum speciebus, qvarum qvanta sit multitudo, facile intelligit is, qvi tantum, qvas febris nomen sub se differentias

comprehendat, novit. Praeterea medico vastissima illa remediorum sylva in 3 partes fossilium et mineralium, plantarum atque animalium distincta perlustranda, qvarum qvaelibet qvam late pateat, vel plantarum innumerus docere potest numerus. Ast qvo brevior vita, et ars medica longior est, eo magis, qvantum divina benignitas memet amat, totis animi corporisque viribus enitor, ut brevi hocce peregrinationis meae spatio artis sane longissimae, κὰδ δύναμιν, cognitionem mihi compararem.

Hoc nunc restat, ut Apollinarem lauream, certum qvippe exantlatorum laborum testimonium, debito modo acqviram, atque ita portum scopumque studiorum meorum praefixum cum adeptione summi in medicina gradus sive honoris, divina assistente gratia, inter contumaces hosce bellorum ventos feliciter asseqvar. Qvod ipsum, qvia vix ac ne vix qvidem, nisi munificentia ac subsidijs N. et A. D. V. adjutus, exeqvi qveam, ea propter cum subjectissima servitiorum meorum oblatione addictissimaque officiorum sponsione demisse, officiose et obnixe oro, ut mihi, qvi studio observantiaque erga N. et A. D. V. mea nemini cedo, stipendio annuo pro ultimo anno ex singulari benivolentiae aura succurrere ne dedignentur. Ast magis magisque efficite, ut rem, qvam vobis authoribus aggressus, jamque persecutus sum vobis etiam adjutoribus ad finem optatum, Dei adjuvante gratia, deducere, et ita colophonem addere qveam. Id, qvod humiliter oro (neque etiam praeter favorem atque gratiam de D. V. A. mihi aliud qvidqvam polliceor), et maximopere a D. V. A. contendo. Gratias agens pro beneficijs acceptis tantas, qvantas mens beneficiorum memor maximas concipere potest, agamque, et habebo (si modo Deus ter optimus maximus vires corporis et animi concesserit) pluribus Deo annuente coram, hancque D. V. A. erga me gratiam et munificentiam promptissimis vicissim servitijs officijsque meis pro modulo virium mearum exhibendis demereri sedulo studebo.

In reliqvo N. et A. D. V. in abditum altissimi et umbram omnipotentis Dei, patris domini nostri Jesu Christi vere et ex animo commendo, et ardentibus votis totoque pectore oro, ut N. et A. D. V. in ecclesiae et reipublicae commodum et emolumentum, ad decus et ornamentum communis patriae, multorumque mortalium salutem incolumes, salvas felicissimasque qvam diutissime sospitet ac tueatur, gratiaque sua hic et ibi perpetuo collocupletet. Hanc voti publici summam is, qvi solus potest, ratam faciat Deus ter optimus maximus! Hisce N. et A. D. V. iterum atque iterum divinae tutelae recommendo. Dabam Wittebergae die 28. Septembris styli veteris Anni aerae Christianae 1638.

N. et A. D. vestrarum subjectissimus humillimusque alumnus
Samuel Cramer medicinae cultor

Címzés: Nobilissimis, Amplissimis Consultissimisque Dominis, Domino Consuli totique adeo florentissimae Regiae Liberaeque Civitatis Leutschoviensis Reipublicae Ordini Senatorio, Dominis Patronis, Evergetis magnis et Promotoribus summis multis nominibus omnique observantiae cultu perpetim colendis et suspiciendis
Leutschoviam

A tanács megjegyzése: Litterae domini Samuelis Crameri de 28. Septembris Anni 1636., exhibitae die 1 Martii, in quibus petit adhuc unius anni stipendium

81/26

196.

Samuel Dürner Christoph Teüfel lőcsei tanácsosnak és esküdtjegyzőnek
Königsberg, 1639. február 1.

Teüfel már lőcsei tanulmányaiban is támogatta, amiért háláját régen ki kellett volna fejeznie. De ahogy a pálma is csak egy évszázad leteltével hozza meg gyümölcsét, úgy ő is most küldi el dolgozatát. Kéri, hogy továbbra is maradjon patrónusa. Königsbergben csak tanulmányainak él. A jelenleg nála tartózkodó Paul Herteltől értesült Teüfel feleségének haláláról, akitől sok jótéteményben részesült.

Amplissime, Nobilissime ac Consultissime Vir, Domine Moecenas honorande! Salutem cum largo benedictionis divinae afflatu. Qvamvis gravia munificentiae D. V. in me immeritum circa ingressum, progressum et egressum Musarum mearum Leütschoviae concredita pondera jam pridem gratitudinis alicujus aeqvilibrium expectarint, juxta tritum illud: magna beneficia magna qvoque ac matura exigunt officia, tamen, qvia generosas qvoque arbores tarda interdum ubertate placere animadverti, nec semper culpari eos, qvi sero proveniunt fructus, imo, quia palmae cujusdam invenio speciem, quae nonnisi seculo integro elapso gratitudinem declarat cultori minus ingratam, dubitare etiam desij, qvin hi qvales qvales ingenioli mei nondum satis culti fructus philosophici gratitudinis meae affectum saltem, si non effectum, vestrae nobilissimae D., ut cultori qvondam mentis meae non e multis sint manifestaturi, et senilem apud me hactenus gratiae memoriam eliminaturi, sicque veniam et assensum submisse assecuturi. Suscipiat proinde N. V. dominatio levidense hocce gratitudinis meae monumentum aeqva mente, meque pristino patrocinij sui affectui commendatum porro esse jubeat.

Caeterum ut modernae meae sortis statum vestrae nobilissimae D. breviter delineem, sacrifico me adhuc dum Musis Regiomontanis consecratum, unice in divini nominis gloriam et patriae emolumentum pro ratione quidem ingenioli divinitus concessi jurasse. Divinum numen, qvod dedit velle, donet porro posse et perficere.

Nec leviter omnino de luctuosissimo ac praematuro consortis vestrae D. dilectissimae (a Paulo Hertelio nunc apud me degente informatus) ad beatos recessae indolui, qvippe largissimis ab ea olim mactatus beneficijs. Perpendens tamen ejus, in cujus manu sortes nostrae positae, sapientiam imperscrutabilem, qva pijs omnia in bonum cedere jubet, nil animus meus amplius vovit et adhuc vovet, velit autor et moderator sortis nostrae summus gravibus hisce laesae mentis ac pectoris vulneribus pro immenso suo nutu gratam ac oportunam tandem ferre medelae opem, vitae ac valetudinis stadium ita moderari, qvo N. V. D. divina indies innixa benedictione reipublicae, patriae in seram usque posteritatem

superesse, praeesse ac prodesse possit, qvo in voto et hisce sine ulteriori verborum anfractu molestus esse desino.

Nova, quae hic adeo incerto circumfertur, suo loco linqvens. Interea iterum atque iterum valeat, meque sui amantissimo cum Paulo Hertelio (a qvo V. N. D. perofficiose salutatur) redamare haud gravatim pergat. Dabam ex musaeo meo Regiomonti Anno 1639. 1. Februarii.

Vestrae nobilissimae amplissimaeque dominationis
devinctissimus Samuel Dürner mp.

Címzés: Amplissimo, Nobilissimo ac Consultissimo Viro, Domino Christophoro Teüfel Consulari Reipublicae Leutschoviensis dignissimo et Notario ibidem jurato et Domino Moecenati Suo omni reverentiae cultu honorando
Leütschoviam

90/8

197.

Peter Zabler a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1639. március 7.*

Samuel Spielenberger már több, mint negyven éve szolgálja orvosként a várost és környékét. Utódjának Kaspar Kramer fiát szemelte ki, aki az orvosi doktorátus megszerzése előtt áll. Kéri ezért a tanácsot, hogy a Thurzó-alapítványból az ifjú Samuel Kramer számára nyújtson segítséget, hogy tanulmányait szerencsésen befejezhesse.

Edele, ehrenveste, ersame, namhafte, wolweise, grosgunstige Herren Patroni vndt Förderer, mit winschung aller glückseligen wolfart wiessen sich Ewre Ehrenvesten wol zu erinnern, was es fur grossen ruhm vndt nutz bringet einer löblichen Stadt vndt Gemeine, wen nechst dem reinem gepredigten göttlichen Wordt vndt handhabung der Gerechtigkeit die äcker vndt Felder fleissig angebawet, vndt des Leibes in den Kranckheiten durch trewen Raht vndt dank der medicorum darumb sie θεῶν χείρες genent werden von den heiden, gepfleget werde, das es recht heist, wie die alten gesagt: Non ex medico et medico, sed ex medico et agricola fit civitas. Wann dann diese Königliche Freye Stadt Leutsch, ja das gantze Landt wol bisanhero prospicirt vndt versorget gewesen mit dem hocherfarnen Herrn Doctore Samuele Spilnberger, der seine medicinam practicam nun in die 40 Jhar gevbet hatt, vndt er zusambt dem grosachbarn vndt hochweisen Herrn Casparo Cramero nichts mehr vndt ehr gewinscht hatt, als das diesem ihrem lieben Vaterlande weiter mit der edlen Kunst der Artzney möchte gedienet werden, als haben sie darzu erkiesen ihren lieben anverwanten vndt Sohn, Herrn Samuelem Cramerum, der es auch bis anhero mitt göttlicher Hulffe so weit gebracht, das er verhoft, in kurtzen zu doctoriren. Darumb wil ich freundtlich vndt demutig Ewre Ehrenvesten vndt Weisheiten gebeten haben, sie wollen ja von dem Thursonischen legato keiner vnkosten sparen, sondern

obgedachten Herrn Samuelem Cramerum weiter verlegen, damit er gradum doctoreum in facultate medica möge an sich nemen. Solches gereicht Gott zu ehren, diesem gantzen Lande vndt Stadt zu sonderlichem, grossen Lob, nutz vndt besten, vndt er selber wirdt sich bemuhen, das er solche gutt vndt wolthaten kunftig wirdt danckbarlich gegen E. E. wirdt erwiedern mögen. Hiermit thue ich E. E. vndt Weisheiten in Gottes Schutz empfelen. Dabam 7. Martij Anno Christi 1639.

E. E. W. dinstgefliessener
M. P. Zabelerus pastor

Címzés: Denen Edelen, Ehrenvesten, Ersamen, Namhaften vndt wolweisen Herren, Herrn Richter vndt Rahtsverwanten der Königlichen Freyen Stadt Leutsch, meinen grosgünstigen, hochgeehrten Herrn Patronis vndt Förderern einzuhändigen

78/142

198.

Kaspar Kramer a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Königsberg, 1639. március 19.

Emlékezve a sok jótéteményre, amit már régtől fogva élvez, köszönetet mond az újévi ajándékként január 30-án megkapott 20 birodalmi tallérért.

Amplissimi, Nobilissimi, Consultissimi Patroni et Fautores aeternum colendi. A summo nauclero, navis vestrae praeside potentissimo pacem intimam, supernam, externam et internam ac felicem navigationis successum cordicitus voveo, apprecor. Consultissimi, Nobilissimi Viri, Promotores omnis observantiae cultu proseqvendi. Omnes immemorem beneficii oderunt, inquit Romanae eloqventiae princeps. Ingrato enim homine nihil terra peius alit. Quare cum dicta haec sapientum ruminarem meo animo, non potui non grato vestras amplitudines colere animo ipsisque omnem gratitudinis affectum repromittere officiosissime. Nam cum varia beneficiorum genera in me per totius vitae curriculum ab amplitudinibus vestris collata repeto, animus exhorret meus, nec invenit parem affectum gratum, quo benefactoribus tantis satis faciat. Non enim corporis et animi tantum praesentis curam habuistis, sed et absentem adhuc affectu vestro singulari et benefico me mactare pergitis, quo sempiterna apud me vestri memoria et grata recordatio vigere possit, vigebitque quoad spiritum spirabo meum. Quis enim est nostrum liberaliter educatus, cui non educatores et benefactores, cui non locus mutus, ubi est altus, cum grata recordatione in mente versetur? Et animi ingenui est, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere. Strenae loco 20 ab amplitudinibus vestris missos 30. Januarii accepi imperiales. Summus ille Jehova omniumque rerum publicarum institutor et conservator praepotens, navarchus optimus navi vestrae amplissimae hocce et subsecuturis annis benedicat, omnem prosperitatem gubernatoribus puppi infidentibus largiatur, animi et

corporis robur tribuat, felici vento V. A. in omnibus actionum successibus secundet, omnesque procellas patriae, turbines et tempestates pacis a navi vestra longissime propellat, quo felici velo ad divini numinis gloriam, patris salutem in aerumnosis hisce temporibus navigationem prospere continuare valeatis, et tandem etiam ad felicem portum pertingere, quod vestris amplitudinibus ex animo precor et exopto. Caeterum, Viri Spectatissimi, Patres Patriae, me orphanum et humano auxilio destitutum oculis vestris beneficio porro aspicite, spiritu vestro affectuoso afflate, et liberalitate vestra erigite, quo studiorum cursum in Dei gloriam et salutem patriae feliciter continuare possim. Totum enim me omnesque conatus et actiones meos vestris amplitudinibus dedico dedicaboque, quoad spiritus hos reget artus. In reliquis vestras amplitudines tutelae divinae commendo. Dabam Regiomonti 19. Martii Anno 1639.

Vestrarum amplitudinum subjectissimus cliens,
Casparus Cramerus mp.

Címzés: Amplissimis, Nobilissimis, Prudentissimis Viris, Domino Judici et Senatoribus Reipublicae Leucoviensis dignissimis, Fautoribus et Promotoribus aetatem colendis pateant.
Regiomonte Leucoviam

A tanács megjegyzése: Casparis Cramerj Tricesimatorjs Filij literae, dato 19. Martij 1639.

90/9

199.

Johann Windisch a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1643. május 7.

Peter Murr apja azzal a kéréssel fordult hozzá, hogy járjon közben a tanácsnál a fia érdekében. Peter kezdettől fogva Lőcsén járt iskolába, ahol – s ezt Windisch is igazolja – a szabad művészetekben kiváló alapokra tett szert. Apja kívánságára, akinek komoly anyagi gondok közepette a többi gyerekéről is gondoskodnia kell, Németországban tervezi tanulmányai folytatását. Windisch is érdemesnek tartja az ifjút arra, hogy ösztöndíjban részesüljön, s a tanács jóindulatába ajánlja őt.

Edele, ehrenveste, hochgelarte, wohlweise, grossgunstige Herren. E. E. W. seind meine vnterthänige vnd gantz willige dienste neben wunsch aller ersprüsslichen wohlfart jederzeit zuevoran. Habe mit gegenwertigen molestiis E. E. W. zue bemühen nicht vnterlassen können, so ich sonsten vngerne thette, wen ich nicht sonderlich durch Herrn Magistri Mührs Ehrwürden bitte hierzue vervrsacht würde. Welcher vermeldet, wie es ihme vnmüglich, seinen Sohn weiter bey sich zue halten, vnd ihme mit nottürfftigen Mitteln zue seinen studiis zue versorgen, in betrachtung, das er noch andere kinder habe, welche er auch notturftiglich versehen musse. Derowegen er gäntzlichen beschlossen, seinen Sohn, Petrum Muhr, studiorum continuandorum caussa, inss Deutschland zue schicken. Hierzue aber bey E. E. Rath vmb ein Stipendium anzuehalten, damit er solchen seinen finem desto expeditius erreichen könte. Derhalben er bey mihr

angehalten, weil er von Jugend auff in vnsrer Schuelen erzogen ist, ich auch, alss sein bis dato gewesener praeceptor, vmb seine profectus vnd andere gelegenheit am besten weiss, wegen besserer promotion vnd erhaltung eines stipendii ihme, alss Herrn M. Muhrs Ehrwürden Sohn, Zeugnus zu geben. Auss dieser erzehlter vrsachen bin ich auch bewogen worden, gemeltes Herrn Magistri Muhrs Ehrwürden Sohn hiermit an E. E. W. vnterthanig zue befördern, welchen ich weiss, das es ihm an requisitis, so ein frommer discipulus haben soll, nichts mangelt. Sintemahl er eines frommen Mannes Sohn ist (Tobias 9.), ist auch bonae indolis, dessen ingenium ad capessendas litteras nicht vnbeqvehm. So hatt er bis dato auch in artibus sich fein exerciret, das er ein feines fundamentum darinnen geleget. Darzue er auch endlichen seinen praeceptoribus seine mores also probiret (welche sonsten fur im infallibile signum ingenii liberalis, von den Gelerthen gehalten werden), das ich nicht zweifele, wo er also fortfahren wirdt, vnd durch böse Geselschafft auf Academien, sich nicht solte verfahren lassen, weil er noch jung ist, er heütt oder morgen, Gott vnd einer christlichen Gemein in Kirchen vnd Schuelen wohl wird dienen können. Bitte derowegen E. E. W. freindlich mihr diese meine Molestien zue verzeihen, welches ich auch meines theils, wie ich mich jederzeit E. E. W. vnterthänig befehle, trewlich hinwiederumb nach vermögen verschulden will, vnd befehle hiermit E. E. W. vnd deroselbe löbliche Regierung in Gottes gnädigen Schutz vnd Schirm. E museo den 7. Maji Anno 1643.

E. E. W. dienstwilliger
M. Johannes Windisch scholae rector mp.

Címzés: Denen Edlen, Ehrenvesten, hochgelerten vnd wohlweisen Hern Richter vnd gantzen Rath dieser Koniglichen Freien Stadt Leutsch etc., meinen hochgeehrten vnd grossgeneigten Herrn Patronis

80/124

200.

Peter Zabler a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1643. május 7.

Kéri a tanácsot, hogy Thomas Murr prédikátor fiának, Peternek, külföldi, akár valamely gimnáziumban, akár valamely egyetemen való tanulmányait megfelelő ösztöndíjjal támogassa. Peter Lőcsén és Kassán sajátította el az alapismereteket.

Edele, ehrenveste, hoch- vndt wolweise, grosgünstige Herren, mit winschung aller gluckseligen wolfardt habe ich nicht vmbgehen können, auf fleissiges anhalten magistri Thomae Murrs, vnsers vielgeliebten Herrn Predigers, Ewre Edle, Vesten vndt Weisheiten zu ersuchen mit diesem briflin, demutig bittende, das, weil er, cui res est angusta domi, nicht vermöglich ist, seinen Sohn, Petrum Murr in Gymnasio oder Academia zu verlegen, als ist dis mein fleissiges an-

suchen vndt flehen, Ewre Edle Vesten vndt Weisheiten wollen gönstig solchem seinem gehorsamen Sohne, so viell möglich, mit einem paterno subsidio oder väterlichem liebestewer zu hulffe kommen, damit er seine Studja, derer guttes Fundament vndt grundt er bey vns vndt zu Caschaw woll gelegt, glucklichen continuiren, fortsetzen vndt volnziehen möge. Hieran geschigt Gott ein gnediges wolgefallen, dem armen Vater eine grosse gutthat, seinem Sohn eine ersprüsliche Beförderung, dieser Stadt nutzliches aufnemen, vndt wirdt es Gott hier vndt dort nach seinem wordt aus gnaden reichlich vergelten vndt belohnen. Hiermit seidt Gott befohlen. Dabam 7. Maij Anno Christi 1643.

M. Petrus Zabelerus superintendens

Címzés: Denen Edlen, Ehrenvesten, Namhaften, Hoch- vndt Wolweisen Herren, Herrn Richter vndt Rahtsverwanten der Königlichen Freyn Stadt Leutsch, meinen grosgunstigen Herren einzuhändigen

A tanács megjegyzése: Intercessiones pro Petro Murr, Herrn Thomae Murs Sohn, ihm ein gewiss stipendium oder ehrlich subsidium zum Studiren zu geben. Exhibitur 8. Maij Anno 1643.

78/168

201.

Peter Murr Johann Lang lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Königsberg, 1644. szeptember 6.

Előző év augusztus 9-én írt a tanácsnak, de levelét feltehetően nem kapták meg, mivel máig nem érkezett rá válasz. Január 6-tól hosszú ideig nagyon beteg volt, felkelni sem tudott. Gyógyulása után annál nagyobbb lelkesedéssel látott neki tanulmányainak. Igyekeznie kell, mivel már nem fiatal. Ha a tanács némi pénzzel pótolná azt, amit szülei szegénysége miatt nélkülöz, örökre hálás lenne, cserébe akár egyházi, akár hivatali szolgálatot vállalna.

Gratia et pax cum omni animae et corporis gubernationis incolumitate a Deo patre, rege regum et domino dominantium per Christum principem pacis in spiritu sancto supremo Christianarum gubernationum magistro! Literas meas supplicatorias, Viri Generosissimi, Circumspectissimi, nec non Prudentissimi, Senatus Amplissime, die 9. Augusti annj praeteritj datas ad D. V. C. exaratas, utrum acceperint, cum ad hoc usque tempus nulla mihi resolutio allata sit, dubito, ideoque vererer quidem iterum ad D. V. P. confugere, mentemque meam vicissim liberius exprimere, nisi insignis quaedam pietas, et singularis D. V. humanitas me ad id faciendum invitaret, ob quam rem etiam mihi certo de D. V. C. polliceor easdem in hac parte mei rationem habituras. Nam hactenus expositus fortunae telis adversis, cum non potuerim per aliquot temporis spacium studiorum meorum rationem habere convenientem, a festo (ut vocant) Trium Regum enim misere lecto fueram affixus, adeo, ut nulla jam superfuerit de me spes reconvalescentiae. Jam vero ex divina misericordia cum me iterum pristinae sani-

tati aliquodam modo restitutum esse videam, non putavi committendum esse, ut animum ad virtutem aspirantem penitus abjicerem, praesertim, cum jam praecipuum aetatis meae tempus difficili cum labore consumserim, ut non frustra dixerit vates:

Virtutem posuere Dii sudore parandam.

Hoc cum toto tempore nunc huc, nunc illuc rem perpendens expectavi mihi dare semper aliqvam occasionem, qua D. V. P., tanqvam mecoenatibus et evergetis meis singulari observantia colendis studia mea, in qvibus hactenus versatus sum, commendare queam. Ceterum, cum deinceps commodius tempus praesenti hoc tempore me habiturum esse non animadverterim, humilime per misericordiam Dej peto supplicans more adolescentis destituti, ope parentum propter egestatem D. V. P. me, meaque studia, quae certe multis miserijs sunt obnoxia, aliqvibus sumptibus liberalioribus promovere dignentur. Neque dubito, quin D. V. C. cum propter studia literarum tum propter miseriam meam sint operam daturae, ut mihi inopi in studijs honestarum literarum versanti prospectum iri queant. Hanc unicam spem de D. V. C. cum habeam, spero me ea haud frustratum iri. Ego sancte polliceor, cum perpetuam accepti beneficij gratitudinem cum laude ac celebratione D. V. P. conjunctam non omissurum esse, tum ipsum beneficium in finem legitimum translaturum, ut scilicet olim in ecclesia, aut politia opera mea ad divini nominis gloriam, et communem patriae utilitatem conferri possint. His D. V. C. felicem et salutarem gubernationem contingere divinitus opto. Cursim Regio Borussorum monti in nosocomio majore τάχιστα die 8. Idus Septembris Anno academiae Bregelanae seculari, qui est MDCXLIV.

D. V. P. clientissimus, Petrus Murz
sacrosanctae theologiae studiosus mp.

Címzés: Viro Nobilissimo, Consultissimo, nec non Prudentissimo Domino Johanni Lang, Regiae Liberaeque Civitatis Leutschovensis Judici primario etc., ceterisque Dominis Senatoribus, Mecoenatibus ac Evergetis meis singulari observantia colendis tradantur
Leütschaw

A tanács megjegyzése: dato 8a Septembris 1644.

90/2

202.

Tarnóci Márton a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1648. április 20.

A néhai Peter Zabler a fiával, Job Zablerrel együtt őt is Wittenbergbe küldte, hogy ott egyetemi tanulmányokat folytassanak. Mielőtt onnan hazatért volna, kiadta egyetemi dolgozatát, melyet nyilvános vizsgára bocsátott, és sikeresen meg is védett. Művét hálája jeléül a tanácsnak dedikálta, mivel korábban, mikor néhány évig a lőcsei gimnáziumban tanult, al-

kalma volt megtapasztalnia annak nagyvonalúságát. Anyagi gondjai miatt kéri pártfogói segítségét, s egyúttal felajánlja szolgálatait. A választ jelenlegi tartózkodási helyén, Molnár János házában várja.

Salutem plurimam ab eo, qui est salutis nostrae autor, V. amplitudinibus, Patres conscripti, defero.

Viri Amplissimi, Consultissimi ac Prudentissimi, postquam clarissimus dominus M. Petrus Zabelerus (de praesenti ἐν ἅγιοις ovans) me cum filio suo M. Jobo Zabelero eruditionis solidioris acquirendae, iuxtim augendae gratia in academiam Wittebergensem emisisset. In praefata academia, emporio illo studiorum celeberrimo, ubi aliquantum temporis consumsissem, mente volvebam tandem patriae dulcissimae inserviendum esse, sicque ad meos redire statuebam, ne vero illotis, quod aiunt, manibus ad evergetas meos devenerandos accederem, e fano et luco sacratissimo Albiadum specimina, sive gymnasmata quaedam academica in lucem dedi, ac censurae virorum multijugae eruditionis subjeci, publiceque defendi, in quantum vires ac dotes animi patiebantur, vobisque ac celeberrimis nominibus vestris ea inscripsi, dedicavi, et quidem haud sine causa, siquidem in gymnasio vestro laudabili aliquot annos olim consumsi, vestraque liberalitate usus sum.

Accipite ergo, Patres Conscripti, hoc qualé quale specimen academicum, meque exutum sumptibus et novercantis fortunae telis expositum sublevate pro humanitate ac liberalitate vestra, qua erga amatores bonarum artium estis affecti. Ego officia ac studia mea tenuissima amplissimo ac consultissimo senatui defero humiliter, sique indiguerit opera mea, eam polliceor prompte. His tutelae divinae dominum judicem et totum amplissimum senatum commendo. Dabam Leutschoviae in aedibus domini Johannis Mollnar die 20. Aprilis Anno aerae Christi 1648.

Vestris Amplitudinibus officijs
ac observantia devinctus
M. Martinus Tarnoczj exspectans benignum responsum

Címzés: Viris Amplissimis, Consultissimis ac Prudentissimis, Domino Judici ac Senatoribus Regiae liberaeque Civitatis Leutschoviensis Justicia ac clementia conspicuis, Dominis Evergetis meis aetatem devenerandis ac depraedicandis tradantur

A tanács megjegyzése: M. Martini Tarnoczy supplex libellus. Exhibitus 20. Aprilis Anno 1648.

140/40

203.

Nikolaus Kulman a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1649. március*

Fiát Danzigba küldte az ottani gimnáziumba, hogy majd tanulmányai végeztével városuk szolgálatába álljon. Megbízható értesülésekből tudja, hogy fia derekasan helytáll, sok helybeli felfogadja gyermeke mellé magántanárnak. Oktatói is jó bizonyítvánnyal látják el, sőt arra

biztatják, hogy egyetemen folytassa tanulmányait. Ezt azonban Kulman saját erejéből már nem tudja vállalni. Kéri a tanácsot, hogy az előlegezzen számára 30 birodalmi tallért, amit Kulman vagy munkával, vagy pénzzel váltana meg.

Edle, ehrveste, namhaffte, wolweüse, hochgeehrte Hern Richter vnd des Raths, denselbügen seindt meine demuttige Dinst neben wündschung gluckseliger regierung vnd alles guttes bevor. Es werden sich die Herren ihrer E. V. vndt W. gutter masse zu erinnern wissen, das ich meinem sohn zue dem studiren gehaltten hab, damütt ehr mitt der zeütt, nach erlangtem zweckh seines studirens, dieser stadtt, da es von Netten sein würt, dienen mechtte, welchen ich, damütt ehr seine studia förderlich forttsetzen kenne, in das weittberümbte Danzüeger Gymnasium verschickett. Alda ehr, wie ich vom glaubwürdigen perschonen berüchtett werde, seinem studiren also fleisig abwarttet, das ehr darneben von seinen praeceptoribus eines gutten zeugnies hatt, auch ettliche Leutte zue Danzück ihm ihre Kinder zue instuiren <!> keinen scheü tragen, weil aber seine preceptores ihnen ratten, das ehr auf eine Vniversitet sich begeben sol, dieweil <...>, das ehr albereitt darzue qualificirt sein, vnnd ich ihm auch dahin gern woltt verhelffen, aber auf meinem Vermegen so viel geltt nicht aufbringen kahn, damit ich ihnen förderlich sein mechte, alss bin ich bewogen worden, zue dem H. E. V. vnnd W., alss förderer der studierenden jugendtt meine hüflicht zu nemen, selbüege demuttig bitten, sie wollen euer vnnd meinem sohn diese gnadt ertzeügen vnnd mihr dreussickh stuckh Reuchs taler für streken, welche ich entweder mit arbeit oder paren geltt erstadten wiel, ich bin der trestlichen Hoffnung, es werden, die H. ihr E. V. vnnd W. meiner bütt stad vnnd raum geben, vnnd meine vnnd meines sohns christliches beginnen federn helffen, welches den Gott, alss dem es sonderlichem zue Ehren geruchett, reuchlich wirdt vergelten auch mich vnd meinem sohn wollen solches ihn demütt mitt hoen danck verdienen. Empflen hiermitt die H. ihre E. V. vnnd W. in Gottes schutz.

Den H. ihrer W. E. V. vnndt W.
zue dienen bereitt Nicolaus Kulman

A tanács megjegyzése: Herrn Nicolai Kulman supplication, dass ein ehrwürdiger Magistrat thun wolle 30 florenorum fürstecken, damit sein Sohn auff ein universitet könt promoviret werden. Anno 1649. die 3. Martij exhibitae.

140/42

204.

Johann Salentarius a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Lőcse, 1649. november 30.

Már négy éve tanul a város iskolájában. Anyja kívánságára most haza készül Teschenbe, hogy atyja könyvtárát örökségképpen átvegye. A következő nyáron egyetemre kíván menni, ehhez kér anyagi támogatást. Tanulmányai befejeztével a város rendelkezésére fog állni.

Edelvester vnndt wohlweiser Herr Richter, so wohl Edle Ehrenueste vnndt wohlweise Herrn dess Rathss insonderss hochgeehrte vnndt grossgünstige Patronen etc. E. E. E. V. V. W. W. wündsche ich von dem Allerhöchsten langess Leben beständige Gesundtheit, glückseelige Regierung, vnndt alles zue Seel vnndt Leib heilsames wohlbefinden, sampt schuldiger anerbittung meiner bereitwilligen Dienste.

Ess wirdt E. E. E. V. V. W. W. sondern zweiffelss ohne gar wohl Bewust sein, wie dass ich mich allhier, in ihrer weitberümbten Stadtschulen, studierenss halben, nunmehr inss vierde Jahr aufgehalten, auch noch biss dato verharre, dessentwegen ich dann billich nechst Gott, E. E. E. V. V. W. W. zu danken gnug Vrsach habe, in dehme ich obgedachter verflossener Zeit, bey dieser Schulen mit Ehren in Gottesfurcht, frewen künsten vnndt gutten Wissenschaften, bin aufferzogen worden, darneben Sie mir auch mit guttthat beförderlich gewesen. Wann ich dann E. E. E. V. V. W. W. aus villen vndt rath meiner geliebten frawen Mutter, mich bey ietzt vorfallender Gelegenheit, nach Hausse auf Teschen aufzumachen, vnndt über den Winter mich alldar (da ich dann meiness Herrnn Vatterss Seeligen bibliothec an der handt haben kan) gesinnet bin; nach anbrechung aber dess Sommerss, mich mit gelegenheit (günnetss Gott) auf eine Universitet begeben, meine angefangene studia gern fortsetzen, vnndt dieselbigen durch Gottess gnädigen Beystandt, zue einem gewünschten Ende bringen wolte. So kan doch solchess ohne nothwendige Vnkosten vndt zugehörige Lebenss Mittel (wie ess E. E. E. V. V. W. W. gar wohl bewust ist) nicht geschehen. Allss ist vndt gelanget hierauff, an E. E. E. V. V. W. W. mein vnterdienstlichess Bitten, Sie wollen mir auss sonderbahrer gunst vndt Liebe, die Sie gegen die Studierenden allezeit getragen vndt noch tragen, mit promotion behülfflich sien, vndt jährlichen mit einem stipendio, zu desto besserer Leibess Vnterhaltung, vndt ermelter studien füglicher fortpflantzung, zu dehnen ich (vie oben gedacht) besonderss aber zu dem studio juridico, hertzliche Begierde vndt anmuth habe, beyzuspringen, ihnen belieben lassen. Bin dehrowegen gewisser vndt vngezweiffelter Hoffnung, dass diese meine schrifftliche Ersuchung E. E. E. V. V. W. W. keiness wegess zu wiederlauffen oder etwan frembde vorfallen wirdt. Immassen E. E. E. V. V. W. W. wohl wissen, wass Ihnen Ampts halben hierinnen gebühret; auch besser verstehen, allss ich sagen kan, dass die Obrigkeit nichtss löblichers thuen kan, denn dass Sie allen fleis anwende, damit Schulen angerichtet vndt erhalten, gutte Künsten vndt Wissenschafften fleissig gelechret vndt gelernet werden, ohne welche weder Geistlich noch Weltlich Regiement stehen kan. Wass meine wenigkeit anbetreffet, will ich mich, so viel allss an mir ist, so mir Gott die gnade giebet, dass ich etwass fruchtbarlichess in mienen studijs aussrichte, E. E. E. V. V. W. W. mit thatt vndt rath zu dienen, jederzeit verpflicht vnndt obligat finden lassen. Massen ich auch hiesigess Ortss Gelegen- vndt Beschaffenheit wohl ersehen, vndt mir solche sehr beliebet. Wündsche mir auch, allem ansehen nach, von Hertzen, damit ich dermaleinss nach Gottess gnädigen willen, dieser Stadt vndt Landt, vor allen andern, nützlich dienen könte vndt durch meinen getrewen Dienst, vieler Menschen zeitliche vndt ewige Wohlfarth befördert sein möge. Vorbey ich E. E. E. V. V. W. W. sampt vndt sonderlichen der gnaden-

waltung dess Allerhöchsten gantz trewlich empfehle vndt mich in Ihre beharrliche Gunst, gewierige Andtwordt erwartendt, höchsten fleissess gantz trewlich ergebe. Datum ex Museo meo, die 30.Novembris Anno 1649.

E. E. E. V. V. W. W. jederzeit dienstgefliessener
Johannes Salentarius Scholae hujus Alumnus mp.

Címzés: Ahn die Edle Ehrnueste vndt wohlweise Herrnn Richter vnndt Rath der königlichen Freyen Stadt Lewtschaw etc Meinen insonders grossgünstigen Herrnn vnd Patronen
A tanács megjegyzése: Demüttige Supplication

81/27

205.

Friedrich Seldenreich a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Frankfurt/Oder, 1651. október 31.

A tanácsnak mind megboldogult szülei, mind pedig iránta tanúsított jótéteményei hálára kötelezik. Ezért most, immár két évi frankfurti tanulás után, mikor az emberről szóló természettudományi dolgozatát kinyomtatta és nyilvánosan megvédte, művét a tanácsnak dedikálva megküldi.

Verbi divini sinceritatem, pacis aureae bonitatem, reipublicae incolumitatem patriae meae dulcissimae cordicitus comprecor!

Viri Nobilissimi, Consultissimi, Prudentissimi, Fautores et Promotores colendi, amandi, ethnici hominem omnibus vitijs deditum describere volentes vocamine ingrati ipsum insignire solebant. Inde vulgare illud apud ipsos enatum est proverbium: Dixeris ingratum, dixeris omne malum. Et sane hoc, qui in apricum tulit, etiamsi fuerit ethnicus veri Dei ignarus, a veritate tamen haud aberravit. Si enim a renato sermone Dei imbuto haec verba sub incudem revocentur, fateri necessum habet, quod haec in rei veritate ita sese habeant. Etenim si lapsus primorum parentum et omnis nostrae inde emanantis miseriae investigamus originem, ambabus nos concedere oportet manibus nullam aliam fuisse, quam ingratitudinem, quam parentes nostri primi adversus benignissimum Jehovam ex nihilo vi verbi sui omnipotentis illos formantem sub pectore fovebant, quae si abfuisset, haud fraudibus daemonis obsequium praestitissent.

Haec cum mecum altiori evolverem scrutinio, atque beneficia vestra, Viri Nobilissimi, Consultissimi, Prudentissimi, tam parentibus meis medullitus dilectissimis beatae memoriae, quam mihi in frontisterio vestro florentissimo exhibita proponerem, omnem volvi ac promovi lapidem, ne beneficia haec larga peplo silentij involverentur.

Quia vero paupertas mea prohibet beneficia vestra auro coronare et àrgento, totus in id incubui, quo alio gratitudinis genere meum erga vestras nobilis-

simas et consultissimas amplitudines gratum contestarer animum. Cum ergo per biennium Viadrinam academiam incoluerim, et probe notum mihi esset veriverbium illud veterum aureum:

Esto memor patrijs cur huc sis missus ab oris,
Moribus ut redeas cultus et arte domum.

Dissertatiunculam physicam de homine tenui stylo et filo conscripsi, conscriptam typis divulgavi, divulgatam publicae disquisitioni exposui, expositam vobis dedicavi, dedicatam submisse offero. Accipite, quaeso, Viri Nobilissimi, Consultissimi, Prudentissimi, hanc meam exercitationem academicam ab animo humili profectam fronte laeta et gratiosa, non tam munusculum chartaceum, quam gratum meum erga vos et patriam nostram dulcissimam animum inbuentes.

Deus optimus maximus vestras nobilissimas et consultissimas amplitudines in seram servet posteritatem superstes, sospites ac incolumes! Vobis enim sospitibus non tantum respublica Deo auxiliante conservabitur, verum etiam ecclesia vera haereticorum opinionibus non conficietur. Quod ut fiat, is unus et solus faciat, penes quem unum et solum faciendi potestas residua est. Cujus protectioni vos, Viri Nobilissimi, Consultissimi, Prudentissimi, cum patria nostra dulcissima commendo. Dabantur Athenis Viadrinis Anno reparatae salutis 1651. die ultima Octobris.

Vestras nobilissimas et consultissimas amplitudines
humillima observantia colens Fridericus Seltenreich
sacrosanctae theologiae studiosus

Címzés: Viris Nobilissimis, Consultissimis, Prudentissimis, Domino Judici et Dominis Senatoribus Inclytae Reipublicae Liberaeque Civitatis Ungariae Leutschoviensis, Fautoribus, Patronis et Promotoribus meis aeternum colendis atque devenerandis
Leutschoviam

A tanács megjegyzése: Anno 1651 die 29 Decembris Friderici Seldenreih disputatio cum his literis oblata est.

81/28

206.

Johann Salentarius a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1652. január 1.

Egy ideje Wittenbergben folytat egyetemi tanulmányokat. Talán emlékeznek rá, hogy két évvel ezelőtt a lőcsei városi iskolában tanult. Megküldi De actionibus judicio et processu feudali című nyomtatott disputációjának 14 példányát, hogy ezzel is kifejezze háláját a kapott segítségért. Felajánlja szolgálatait.

Edle Ehrenveste Fürsichtige Ehrsame und wohlweise Herren. Dehnen seindt nebst Vorwünschung einess glückhafften fried- undt frewdenreichen

Newen Jahres, ersprüsslichen Rathschlägen undt allerseitss gedewlichen Wohlfarth etc meine pflichtschuldige, gefliessene Dienste anvor.

Ess wirdt E. E. E. W. W. W. sonderen Zweiffel ohne, nicht entfallen sein, wie dass ich mich vor zwey Jahren ungefähr, eine geraume Zeit in Ihrer weitberühmten Stadt Schulen auffgehallten. Da ich dann in den schönen freyen künsten, wie ingleichen in allerhandt gutten Sitten und tugenden, nicht allein fleissig informiret worden, sondern auch darinnen nicht wenig zugenommen habe, undt über diess alles, von E. E. E. W. W. W. allen geneigten willen verspüret, allso, dass ich mich Ihnen mit der Zeit und gelegenheit bestem Vermögen nach, zu dienen, verpflicht undt verbunden erkennen muss.

Wann dann numehro ich ein Zeitlang auff der Universiteth allhier zu Wittemberg, mit consens und wenigen Beförderung meiner viellgeliebten Frauen Mutter, allss hinterlassenen Wittib, mich aufgehalten, meine studia nach Vermögen der Mittel und reqvisiten (dehrer gar zu viel seind) ferner zu continuiren, damit ich dermaleinss selbige zu Gottess Ehre förderst anzuwenden, und hernach meinem Nechsten, unter andern, aber E. E. E. W. W. W. sonderlichen (masen Status Religionis in meinem Vatterlande mir im wege ist) darmit zu dienen könte.

Allss habe ich beyhändigess Specimen und Disputacion de Actionibus, judicio et Processu Feudali, in Druck verfertigen lassen, undt selbige E. E. E. W. W. W. zu Bezeügung meiness Beginnen undt Willfährtigkeit, nebst schuldiger ablegung meiner geringen Dienste, zu dediciren, kein sonderliches Bedencken getragen, freündtlich Bittende, diese beygelegte 14 Exemplaria gedachter disputation im besten Vermärcken, auch auf und anzunehmen. Der gewissen Zuversicht E. E. E. W. W. W. werden ihnen mein Studium und Vorhaben bester massen recommendiret sein lassen, und mir, nach ihrer angebohrnen gunst gegen die Studierenden, mit ihrer hülffreichen Milden und beförderlichen handt, in meiner verstossender Noth, beyspringen. Undt bin hiewiederumb obligat, ihnen bestem fleisse nach zu dienen, und solche willfährigkeit suo tempore zu erwiddern. Hiermit E. E. E. W. W. W. Göttlicher obsicht, mich aber in dehro gunst undt gewogenheit empfehlende, verbleibe E. E. E. W. W. W. dienstgefliessener. Signatum Wittemberg raptim, am Newen Jahrs tage, styli veteris dess 1652. Jahrs.

Johannes Salenterius
literatus studiosus mp.

Címzés: Dehnen Edlen Ehrenvesten, Fürsichtigen, Ehrsamen und Weisen Herren Richter undt Rath der Königlichen Freyen Stadt Lewtschau etc Meinen respective geehrten Herren Gönnern und grossen Beförderern einzuhändigen in Lewtschau
Wittemberg

81/29

207.

Friedrich Seldenreich a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Frankfurt/Oder, 1653. július 29.

Már négy éve tanul a frankfurti egyetemen anyagi gondokkal küzdve. Ha apja élne, tal i jobb körülmények között folytathatná tanulmányait. Szülei így csak kevéssé tudják tán - gatni. Pedig apja komoly érdemeket szerzett Lőcse szolgálatában, s a lőcseiek előtt tart t búcsúbeszédében kérte, hogy a város támogassa fiai iskoláztatását. Ezt neki korábban tö - városi elöljáró meg is ígérte. Jóllehet tud a várost sújtó különböző nehézségekről, kéri, tám - gassák őt. Cserébe egyházi, vagy iskolai szolgálatot vállalna Lőcsén.

Gratiam, pacem et tam temporalem, quam aeternam felicitatem a Deo patre per Jesum Christum, servatorem nostrum, patriae meae dulcissimae.

Viri Nobilissimi, Consultissimi, Prudentissimi, Fautores, Patroni et Promotores studiorum meorum longe honorandissimi. Finem, propter quem ij, qui nomen Musis dedere, in academijs vitam agant, altiori menti scrutinio indagantes deprehendimus illum esse, ut literis incumbant, honesti aliquid studeant, quo honor Dei augeatur et patriae aut aliarum nationum utilitas promoveatur. Ut enim eum in finem academiae a fundatoribus eriguntur et conservantur, ut in ijs literae florent humaniores, ita etiam eam ob causam studiosi in eas se recipiunt, ut in literis se exercentes utilia patriae evadant organa. Hic scopus ab omnibus studiosis perpendatur, necesse est, alias non tantum parentes et patronos, qui ingentes aliquando sumtus ad promovenda studia impendunt, decepturi, sed et se in periculum periculosissimum praecipitaturi, et, quod maximum est, Deum sibi iratum sunt reddituri. Ast utut finis hic summe est necessarius et ab omnibus appetendus, varia tamen se offerunt impedimenta, quae obstant, quo minus a quibusdam asseqvatur. Occurrit enim otium, diaboli pulvinar, quod quorundam ita occupat animum, ut studia deferentes commessationi, potitioni aliisque flagitijs dent operam, ut experientia satis superque edocet. Alij propter sumptuum inopiam finem hunc assequi non valent, hinc fit, ut multa ingenia nobilissima et praestantissima corrumpantur, quae, si media adfuissent, magnum patriae afferre potuissent emolumentum.

Exempla ut cumulemus, necessarium esse non duco, meipsum vobis sisto, Patroni dilectissimi. Notum enim vobis est me jam annos quatuor in academia Francofurtana non alium in finem consumsisse, quam ut studia mea ad certum deducantur scopum. At scrupulus unus me vellicat, sumptuum nimirum defectus. Hi enim mihi cum desint, voti mei compos evadere nequeo. Utinam parens meus dulcissimus beatae memoriae in vivis adhuc existeret, fortassis in meliori studia mea collocata essent conditione! Sed cum hos optare, minime vero efficere valeam, alij mihi quaerendi sunt patroni, fautores et promotores studiorum meorum. Ad vos itaque me converto, Viri Nobilissimi, Consultissimi, Prudentissimi. Vestra auxilia imploro minime dubitans, quin egestatem meam, qua nunc premor, pro viribus sitis sublevaturi, et, cum probe perspectum habeatis me a pa-

rentibus meis exigua et fere nulla media ad absolvenda studia accepisse, stipendium quoddam administrabitis, atque, ut finem studiorum meorum apprehendam, auxiliatrices adhibebitis manus. Non in memoriam vobis revocabo parentis mei beati collata civitati vestrae merita, non referam petita ejus de provehendis studijs liberorum suorum in valedictoria concione Leutschoviae ad populum habita, prolata. Non attingam promissa a quibusdam viris amplissimis ex senatu vestro, qui partim forsitan adhuc sunt in vivis, partim nobis valedixerunt, soepissime mihi facta, sed tantum vobis considerandas propono promissiones divinas in sancto codice contentas, quae promittuntur in necessitate egentibus auxilium suppeditantibus. Unum testimonium sit vobis instar omnium, quod Christus ostendit se etiam potum aqvae frigidae egenis exhibitum in die novissimo esse recompensaturum, et, quod in pauperes est erogatum, quasi ipsi praestitum sit, reportaturum! Quanquam vero me non latet civitatem vestram exactionibus et alijs gravaminibus ita esse exhaustam, ut sumtibus et alijs rebus ad rempublicam pertinentibus indigeat. Attamen nullus dubito, quin vobis miseria mea cordi sit futura ac pro facultate illam sitis mitigaturi. Hoc si effectum dederitis, ubi certissime spero, non tantum ad gratitudinem vobis persolvendam incitabitis, verum etiam obstrictum me redditis, ut studia mea, quae promoturi estis, vicissim aut in ecclesiae aut scholae civitatis vestrae impendam commodum. Interea vero Deum aeternum, patrem domini nostri Jesu Christi, conditorem humani generis et ecclesiae suae et fontem verae sapientiae protegat, ecclesiam inter nos semper colligat, et salutaria doctrinae accendat studia, cum ecclesia carere literis nullo modo possit, servet incolumem in civitate vestra rempublicam, quo tranquillam in hac miseriarum valle vitam ducentes aeterna tandem gaudia consequamur. Voto praemisso civitatem vestram una cum inhabitatoribus tutelae divinae commendo. Dabantur Athenis Viadrinis Anno salutis 1653. die 29. Julij.

Vestrarum nobilitatum et amplitudinum
ad omnis generis officia paratissimus
Friedericus Seldenreich philosophiae
et sacrosanctae theologiae studiosus

Címzés: Viris Nobilissimis Consultissimis Prudentissimis, Domino Judici et Dominis Senatoribus inclytae Reipublicae Regiae Liberaeque Civitatis Leutschoviensis in Ungaria, Fautoribus, Patronis et Promotoribus meis aeternum colendis atque devenerandis
Leutschoviam

A tanács megjegyzése: Literae Seldenreich supplicatoria

81/30

208.

Johann Müller David Knersich lőcsei főbírónak
Lipcse, 1653. szeptember 23.

Kifejezi háláját a számára eddig nyújtott segítségért, s újra felkínálja szolgálatait. Közeledik a tanév vége, pénzre van szüksége. Kéri Knersichet, hogy a 700 forint ráeső részét Elias

Preussennel vagy Johann Wolffal, akik mindketten boroszlói kereskedők, mihamarabb küldje el neki. Amennyiben a fennmaradó pénzt, ami egyébként a testvére jussa, tovább nem kívánja őrizni, bízza más megbízható emberre.

Edler, Vorsichtiger vnnd Wohlweiser Herr, Hochgeerther Herr Patron. Die Danckbarkeit, welcher stetiges antreiben mich Eürer Edelvesten, wie auch eines gantzen Hochlöblichen Stadtregiments, wegen viel erzeigten Wohltaten, eingedenck zu sein verursachen, reitzet mich auch anietzo E. E., wie denn auch einem Hochlöblichen Stadtregiment meine vnansehliche vnd geringe Dienste zu praesentiren, welche wie wohl sie gantz verächtlich, doch E. E. iederzeit bereit zu dienen sein. Ess gelanget aber an E. E. meine demütige Bitte, E. E. wolle mir, alldieweil ich vmb gute Künste zu erlernen mich hieher begeben, vnnd nunmehr geld bedürftig bin, was meinen theil an den 700 fl. betreffen thut, durch Herrn Elias Preüsen, oder Herrn Johann Wolffen Breslauische Kauffleüte, aufs eheste übermachen, damitt ich meine Studia destobesser fortsetzen möge, mich über disses, weil mein Pennal iahr sich zu ende nahet, aufkleiden könne.

Das übrige geld aber, welches meinem geschwister zu ständing, wolle E. E., wofern Sie solches weiter auff interesse zu behalten nicht gesinnet, einem treüen vertrauen, damit es seinen Herren vnd meinem geschwister nuzen möge, denn ihrer viel sich erkühnen, dass wenige zuentwenden. Hiemit wil ich mich in E. E. favor, E. E, aber in Gottes des Höchsten protection enpfolen haben. Solches aber, was ich ietz gebeten zu erlangen, wil ich zu Vnschulden keine mühe vnterlassen, damit E. E. verspüren möge, dass ich seij. Gegeben Leipzig auff dem Pauliner collegio beij Herrn Licentiaten Gottfried Schlottern, Dialecticae Professor. Anno 1653. den 23. September.

E. E. iederzeit Dienstwilliger
Johannes Müllerus Smalkaldensis
Francus Jurisprudentiae Studiosus

Címzés: Dieser Brieff zu überantworten dem Edlen, Vorsichtigen, vnnd Wohlweisen Herrn David Knersichen der Königlichen Freyen Statt Leütschau Wohlverordneten Herrn Stadtrichter Leütschau

91/3

209.

Johann Müller David Knersich lőcsei főbírónak
Lipcse, 1653. október 5.

Kéri Knersichet, hogy atyai örökségéből folyósítson számára egy összeget, hogy a tanulmányokkal járó költségeit fedezni tudja. A pénzt Elias Preussennel mielőbb küldje el. A főbíró a maradék felett továbbra is gyakoroljon gondnokságot. Hazatérte után atyja nyomdokaiba kíván lépni.

Edler, Vorachtbahrer vnnd Wohlweiser Herr. E. E. sinnd meine willige Dienste sambt Wünschung aller er ersprieslichen Wohlfarth zuvor. Ich hette zwar mich nicht erkühnet E. E. mitt meinem geringen schreiben beschwerlich zu sein, wen ich nicht auss noth darzu veranlasset würde. Dem nach dem ich allbereit auff hiesiger Accademi mitt Gottes Hülfte mein Pennal iahr zimlichen theilss zu Wercke gerichtet, muss ich nunmehro bedacht sein, wie ich mich nach nothdurft auskleiden vnnd die gewöhnlichen sumptus pro accessu et absolutione erlegen möge, dieses aber weil es allein durch geld, ohne welches, gleichsam alss das fünfte element zu vnserer Zeit, nichts bestehen mag, verrichtet werden muss, wolte ich E. E. dienstlichsten ersuchet haben: E. E. wolle durch Hern Elias Preüsen auff eheste gelegenheit mein weniges patrimonium anhero übermachen, damitt ich meine Studia continuiren vnd fortsezen könne. Dass übrige geld aber wil ich fidei et tutelae E. E. recommandirt haben. Solchess aber umb E. E. vnnd gemeine Rempublicam Königlicher Statt Leütschau, alss von welcher ich viel vnnd grosse Wohltaten empfangen, widerumb zu verschulden, wil ich nach meiner Wenigkeit iederzeit an mir keinen mangel verspüren lassen, wie ich mir den auch vermittelst Göttlichens auxilij ernstlich vorgenommen, dass jenige, wass mein Herr Vatter Seligster Gedächtnis vnterlassen, mitt allem, was in mir ist zu ersezen, wofern nur E. E. mich würdig schätzen, vnd es die gelegenheit zulassen wird. Den übrigen wolte ich E. E. demutigst gebeten, E. E. wolle im E. E. Magistratu alss meine, neben E. E. Hochgeerthe vnd mächtige Patronos vnd förderer freündlichen salutiren, mich aber meiner bitte durch obgedachtess mittel aufss eheste, den ichs sehr bedürftig, gewähren. Himitt will ich E. E. in Göttliche Protection, mich aber in E. E. Favorem vnd Benevolentiam befehlen haben. Gegeben Leipzig auff dem Pauliner Collegio bei Herr Licenciaten Herrn Gottfried Schlottern zu erfragen. Im 1653. Teiliahr den 5. des Weinmonats.

E. E. Dienstwilligster Johannes Müllerus
Smalkaldensis Francus Jurisprudentiae incumbens

Címzés: Dem Edelen, Vorachtbaren Her David Knersichen, Königlicher Freyer Statt Leütschau Wohlverordneten Hern Stattrichter, meinem Hochgeehren Herrn Patrono vnnd mächtigen Förderer. Leütschau

A tanács megjegyzése: Literae Johannis Mülleri petitoriae pro restituendo sua rata patrimonio

91/2

210.

Johann Müller nyugtája
Lipcse, 1653. december 17.

Elismeri, hogy Elias Preussentől készpénzben átvett 13 1/3 birodalmi tallért.

Laus Deo.

Ich Johannes Müllerus Smalkaldensis Francus Bekenne mitt dieser meiner Hanndt, dass ich auff anordung des Hochedlen, gestrengen vnnd Wohlweisen

Herrn Stadtrichters zu Leütschau von dem Ehrenvesten vnnd Wohlfürnehmen Herrn Elias Preüsen auff abschlag der interesse 13 1/3 Reichsthaler baar empfangen. Datum Leipzig den 17. Decembris Anno 1653.

Más kéztől: Quietantia Johannis Müllerij Super fl. 24

91/4

211.

Johann Müller David Knersich lőcsei főbírónak
Lipcse, 1653. december 17.

December 5-én kelt levelét a mellékelt 13 1/3 birodalmi tallérral december 16-án megkapta. A saját és testvére nagyapai örökségét, mivel édesanyjuk és a többi testvér már meghalt, a lőcsei tanács gondozására bízza.

Edeler, vorsichtiger vnnd wohlweiser Herr, viel vnnd Hochgeerther Herr Patron vnnd mächtiger Förderer. Neben ahnerbietung meiner jederzeit schuldwilligsten Dienste, gönne dem Herrn ich alles Wohlergehen, nach seinem selbst eigenen Wuntsch vnnd begehren, vnnd habe hierbeij nicht unterlassen können, sollen, noch wollen, den Herrn mitt diesem meinen schelcht- vnnd geringschätzigen Briefflein zu vergewissern, wie das des Herrn den 5. huius an mich abgelassenes schreiben, mir sambt beijligenden 13 1/3 Reichsthalern den 16. dieses lauffenden monats zu rechte geliefert worden. Bedancke derowegen gegen dem Herrn mich zum allerfreündlichsten, das der Herr meinen begehren zu willfahren sich im geringsten nicht gewegert, sondern vielmero dem selben ein genügen gethan. Mein vnnd meines geschwiesters vom Herrn Grosvatter Seeligen gedächtnis ererbtes patrimonium betreffend, so bin ich sambt dem übringen geschwiester, den der bruder wie auch die mutter vor meiner ankunfft alhier beide todes verfahren, dasselbige beij einem Wohledelen, Gestrengen, Hochweisen Rathe der Stadt Leütschau noch eine Zeit lang nach geschlossenem contract der interesse gelden stehen zu lassen gesinnet statt dieweil in dem sie noch vnerwachsen nicht hindergangen vnd umb das selbige gebracht werden mögten. Ich versehe mich aber ungross verstelt zu dem Herrn, der Herr wende, nach verfliegung der angesezten Interress-terminen, mir ümb hülfte anhaltenden, selbige nicht abschlagen, sondern billicher massen zu ertheilen wissen. Der Höchste Gott aber erhalte den Herrn wie auch seine Wohledele, Gestrenge, Hochweise Herrn Collegas, desgleichen die lieben seinigen beij vollständiger gesundheit vnnd allem wohlergehen, vnnd verleije das das gering was ich mitt seiner Hülfte zu begreiffen mich ins erstes bemühe dermaleins einer Erbahren Gemeine Gemeiner Stadt Leütschau zum besten gereiche. Hiemitt will ich den Herrn sambt allen den seinigen, damitt ich ihm nicht irgend beschwerlich sein möge, in Göttlichen Schutz vnnd Vorsorge, mich aber vnnd mein übriges Geschwister in des Herren vnnd eines gantzen Raths der Stat Leütschau gunst vnnd löbliches Wohlmeinen empfolen haben. Gegeben in Leipzig den 17.

December ablauffenden 1653 Heiljahrs auff dem Pauliner Collegio beij Herr Licentiat Gottfried Schlottern.

Des Herren Richters jederzeit Dienstgefliessener
Johannes Müllerus Smalcaldensis Francus

Címzés: Dem Hochedelen, Gestrengen vnnd Wohl weisen Herrn David Gnersichen, Königlicher Freijer Stadt Leütschau Wohlverordneten Herrn Stadtrichter, meinem Hoch vnnd vielgeerthen Hern Patrono vnnd mächtigen Förderer, werde dieses zu beliebender entsiegelung Leütschau

91/5

212.

Johann Müller David Knersich lőcsei főbírónak
Lipcse, 1654. június 17.

Június 16-án Elias Preussentől megkapta Knersich levelét a mellékelt 10 birodami tallérral együtt. Nagyapai örökségéből eddig három alkalommal kapott pénzt, s a továbbiakban már csak testvére engedélyével részesülhet újabb anyagi juttatásban.

Edler, Vorsichtiger vnnd Wohlweiser Herre, Hoch vnnd vielgeerther Herr Promotor vnnd mechtiger Förderer. Nach Wünschung alles Wohl ergehens vnnd offerirung meiner willigsten Dienste, verfüge ich Eüren Edelvesten hiemitt zu wissen, dass deroselben geliebtes schreiben den 16 dises monats von Herr Elias Preüsen sambt inligenden zehen Reichsthalern mir eingehändiget worden. Erkenne demnach vnd gestehe es mitt disem Brieffe, das ich an denen vom Herrn Grossvatter Seeligen erhaltenen geldern meiner Portion Capital auff dreij vnterschiedliche mahl empfangen vnd also hac ratione nichts mehr von itzgedachten Geldt ohne consens meines übrigen geschwisters heben kan. Bedancke mich aber vnterdessen zum Höchsten gegen Eüre Edelvesten, dass dieselbige solches geld zu rechter Zeit übermachen wöllen, erbiete mich hiegegen in allem solches ümb selbige zu verschulden. Verhoffe, sie werde inns künftige nach aufflegung meines geschwisters consens mich zu versehen mitt gelde nicht unterlassen.

Hiemitt befehle ich Eüre Edelvesten sambt deroselben Hochweisen Herrn Collegas Göttlicher protection, mich aber sambt meinem geschwister in deroselben Günst. Datum Leipzig auff dem Pauliner collegio beij Herrn Licentiaten Schlüttern. Anno 1654. den 17. Junij.

Eürer Edelvesten jederzeit dienstwilligster
Johannes Müllerus Smalcaldensis Francus,
Sacrosanctae Theologiae et
Philosophiae Studiosus

Címzés: Dem Edelen, Ehrenvesten, Vorsichtigen, Wohlweisen Herrn David Gnersichen, der Königlichen Freyen Stadt Leütschau wohlverordneten Herrn Richter, meinem Hochgeerthen Herrn Promotori zu beliebender Entsiegelung
Leütschau

A tanács megjegyzése: Mülleri litterae reuersionales anno 1654.

91/6

213.

Matthias Christophori a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1656. december 26.

A Sátán kétféleképpen próbálja elpusztítani az egyházat. Egyrészt erőszakkal, másrészt hamis tanok által. Manapság inkább ez utóbbi módszerrel él gyakrabban. Legkitanultabb tanítványai a jezsuiták. Ellenük nem fegyverrel, hanem Szent Pál tanítása szerint, az isteni igazság hirdetésével kíván harcolni. Ezért kiadta De fide salvifica című teológiai dolgozatát, melyet a wittenbergi egyetemen nyilvánosan megvédett, s vele a jezsuitákkal szembeszállt. Ezt a művét a tanácsnak dedikálta.

Felicitatis incrementum.

Viri Nobilissimi, Strenui, Amplissimi, Consultissimi, Excellentissimi. Duo praeprimis armorum genera sunt, qvibus ecclesiam Christi in hoc mundo militantem acerrimus ipsius hostis et inimicus Satan aggreditur. Primum est violentia, cum leonem agit et saevit, alterum fraudulentia, cum draconem et fallit. Violentiam per tyrannos, fraudulentiam per haereticos exercit. Utraque hac afflictione omnibus sane temporibus ecclesia Christi pressa est, imo hunc usque in diem premitur. Et qvamvis violentae persecutiones tam freqventes hodie, ut olim, non sint, attamen si ullo unqvam tempore insidias Satan ecclesiae struxit, hoc certe postremo, in qvo nos reservati sumus, struit multifariam, et dolis potissimum ac fraudibus, licet nec violentae persecutiones desint, eam circumvenire, membraque ejus simpliciora et incauta abscindere, hoc est, a veritatis semita abducere, laborat. Satanica hac armatura certe perniciosissima, omnes qvidem in universum instructas esse haereses comperimur, omnibus tamen reliqvis longe peritiores horum stratagematum milites papisticam alere synagogam, jesuitas, qvotidiana experientia docet, qvod universa etiam Hungaria testabitur. Resistendum itaque captiosis ejusmodi hostibus fortiter non militaria bella instruendo, sed armaturam Dei, qvam divus Paulus praescribit, assumendo. Qvae cum accuratius paulo mecum perpenderim, ubi publicum aliqvod studii theologici specimen edere decrevi, praesentem hanc disputationem de fide salvifica theologicam in publico academiae Wittebergensis suggesto defendendam assumsi, captiosis istis evangelicae veritatis hostibus, jesuitis scilicet, oppositam. Talia vero exercitia academica cum ex inveterata consvetudine magnis debeantur viris, aut studiorum nostrorum patronis, ut constare inde omnibus possit de observantiae nostrae aliqvo testimonio, praesidiique ulterioris incitamento, vobis, Nobilissimi, Strenui, Amplissimi Consultissimique Viri, prae aliis sollenniter curas hasce meas theo-

logicas offerendas esse duxi. Suscipite itaque, Patroni maximi, patriae Patres optimi, hoc qvicqvid est muneris academici, meque favore vestro complecti deinceps qvoque pergite. Qvod si in praesenti a vobis exorari licuerit, non modo optima qvaeque mihi de studiis meis gratulandi dabitur occasio, sed et altiora subinde petendi animus addetur. Caeterum oro venerorque Deum, ut integrum vestrum senatorium ordinem splendidissimum cum familijs suis clarissimis diutissime sospitet, et totam rempublicam vestram celeberrimam florentem semper ab omnique incommodo detrimento ac molestia sinceram conservet. Qvod ὁλοψύχως precabar, Wittebergae die 26. Decembris Anno 1656.

Vestris nominibus virtutibusque amplissimis devotissimus cultor,
Matthias Christophori Crombachiensis Ungarus mp.

Címzés: Viris Nobilissimis, Strenuis, Amplissimis, Consultissimis, Excellentissimis, D. N. N. Judici Senatoribusque caeteris in incluta Hungarorum urbe Leutschovia ad gubernacula reipublicae sedentibus, patriae Patribus meritissimis, literarum Promotoribus summis, Dominis Patronis, Evergetis ac Moecenatibus, omni observantiae et honoris cultu submisse aetatem deveneran-dis

81/31

214.

Elias Lachanosarcus a lőcsei tanácsnak
Lőcse, 1656.

Apja halála miatt csak párfogói segítségében bízhat, akiknek jóindulatát már eddig is tapasztalta. Tervezett egyetemi tanulmányaihoz pénzre lenne szüksége. Kéri, hogy a tanács nyújtson számára anyagi támogatást.

Generosi, Amplissimi ac Consultissimi Domini, Domini Fautores ac Patroni mihi gratiosissimi. Salutem ac humillimorum meorum servitiorum promptissimam ac devotissimam commendationem. Miser ego orphanus, qui post nimis maturam domini parentis mei mortem credebam me undique esse derelictum, nunc demum sentio Deum misericordem patrem adhuc vivere paternamque mei curam gerere. Is etenim ad hoc usque temporis me sustentavit largissime, simul quoque de fautoribus ac patronis, ut quorum beneficio et in literarum cursura currere feliciter, et studia mea ad altiora provehere possim, prospexit benignissime. Non latere generosas amplissimasque dominationes vestras puto, qui studiorum continuandorum causa in academias proficiscuntur, sumptuum beneficio opus habere. Cum autem ob amissum morte parentem mihi etiam academias petituro sumptus sint omnino nulli, Dei misericordiam ac patronorum, ejus beneficio mihi ministratorum liberalitatem solicitare atque implorare cogor. Quorum numero qvuum <!> generosas amplissimasque dominationes vestras expertus sim tum primos, tum maximos (utpote a qvibus non tantum qvamplurimis sim ornatus beneficijs, verum etiam qvi meae inopiae ac miseriae miserti ulterioris favoris et beneficentiae spem fecerunt haud minimam), non possum non literis

meis humillimis generosas amplissimasque dominationes vestras supplex adire, atque summis porro contendere precibus, ut gratiam ostensam benigne in me vertere, atque manu auxiliatrice in promovendis academicis studijs sumptus gratiosissime praebere ne dedigneretur. Quantum ad me attinet, sancta recipio fide, obside conscientia me id daturum operam, ut non modo generosas amplissimasque dominationes vestras in me impensarum poeniteat nunqvam, verum etiam, divina ita juvante ac secundante gratia, me, omnes conatus ad gloriam Dei, salutem ecclesiae, utilitatem scholae, bonum reipublicae constansque civitatis hujus, mihi loco patriae semper habendae decus collaturum. Nec desinam Deum, omnium beneficiorum remuneratorem optimum ardentissimis invocare precibus, qvo generosis amplissimisque dominationibus vestris suam benedictionem, gubernamen reipublicae felix ac tranqvillum, sanitatem cum retributione omnium in me beneficiorum abundantissima largiri velit. In reliquo generosas, amplissimas dominationes vestras qvam diutissime felicissimeque valere exopto. Leuchoviae.

Earundem generosarum et amplissimarum dominationum vestrarum
servitor humillimus ac paratissimus Elias Lachanosarcus,
alias Kraut vnd Fleisch, scholae Leuchoviensis alumnus mp.

Címzés: Ad Generosum, Amplissimum ac Consultissimum Senatum Reipublicae Leuchoviensis humillima petitio infrascripti

Kívül: Supplicationes variae pro anno 1656.

80/170

215.

Elias Lachanosarcus a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1657. július 16.

Szerencsésen megérkezett Wittenbergbe, ahol a tanárok kiváló tudósok, s egyben hithűségük is megingathatatlan. Kéri, hogy még a tél beállta előtt küldjenek a számára pénzt, ugyanis félő, hogy készpénze nem tart ki a tél végéig. Pedig igen takarékosan él, a közös menzát veszi igénybe, s még ott is meggondolja, mire költsön. Hazatérve azon lesz, hogy mind a tanácsnak, mind pedig a városnak meghálálja jótéteményeit.

Generosi, Amplissimi, Prudentissimi ac Consultissimi Viri ac Domini, Domini Fautores ac Patroni longe benignissimi, salutem et pacem a Deo, salutis pacisque fonte et auctore, cum servitiorum meorum paratissima commendatione.

Etsi verecundia me merito absterrere deberet, ne generosas, amplissimas ac consultissimas vestras dominationes literis meis interpellare animum inducam, quia tamen et favor, quem erga me expertus sum benevolentissimum, et debitae gratitudinis obsequium ad id me animat, ideoque non dubito, quin hanc meam confidentiam generosae, amplissimae ac consultissimae dominationes vestrae optimam in partem sint accepturae. Magnum Dei est beneficium, quod fausto et

felici itinere huc Wittebergam pervenire mihi contigerit. Majus, quod hic nactus sim praeceptores insigniter eruditos, non minus sedulitate, quam fidelitate discentium commodum quaerentes, eorumque studia promoventes. Maximum, qvod habeam generosas, amplissimas consultissimasque dominationes vestras patronos ac promotores studiorum hic meorum longe maximos ac aeviternum venerandos.

Hujus itaque rei confidentia fretus, non vereor generosas, amplissimas consultissimasque dominationes vestras humilimis et nunc adire precibus, ut anteqvam hyems ingruat, aliquid pecuniae emittere non dedignentur. Metus namque, quam mecum sumpseram pecuniam, ne me prius deficiat, quam hyems abeat. Ac ne forte pecuniam inutile prodigere videar, Deus et conscientia testis est me moderatissime ac, quantum licet, tenacissime vivere, utpote, qvi mensa communi contentus, non nisi necessaria, eaque sine omni luxu, mihi comparem, omnia quoque mea studia omnesque conatusque eo dirigam, quo aliquando Deo et civitati vestrae utiliter inservire queam.

Quam generosarum, amplissimarum consultissimarumque dominationum vestrarum gratiam devotissimis pro incolumitate, felicique tranquillitate ad Deum precibus, omnique servitiorum meorum humilimorum promptitudine remereri nunqvam sum intermissurus. In reliquo generosas, amplissimas consultissimasque dominationes vestras Dei commendo protectioni. Datum Vittebergae 6. Julij veteris styli Anno Domini 1657.

Earundem generosarum, amplisimarum consultissimarumque
dominationum vestrarum ad servitia paratissimus
Elias Lachanosarcus litterarum studiosus
et philosophiae cultor mp.

Címzés: Generosis, Amplissimis ac Consultissimis Viris ac Dominis, Domino N. N. Judici et Juratis Assessoribus Regiae Liberaeque Civitatis Leuchoviensis etc. etc. Dominis Patronis ac Promotoribus longe benignissimis, honoratissimis
Leuchoviam

A tanács megjegyzése: Litterae Kraut vnd Fleisch 12. octobris pro tempore Anno 1657.

81/32

216.

Elias Lachanosarcus a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1658. július 17.

18 hete egy levélben felhatalmazta Johann Serpiliust, hogy őt a tanács előtt az ellene támadt gyanúval szemben védje meg. Minthogy értesült arról, hogy ügye tisztázódott, ismét veszi a bátorságot, hogy pénzt kérjen mecénásaitól. Az eperjesi vásárról augusztusban hazatérő boroszlói kereskedők el is hozhatnák a segélyt, melyet viszonzandó hazatérve szívesen lép akár egyházi szolgálatba, akár a városi iskolában vállal tanári állást.

Generosi, Amplissimi, Consultissimi ac Prudentissimi Viri ac Domini, Domini Fautores ac Promotores summo observantiae cultu proseqvendi. Salutem ac felicitatem a Deo, omnis boni datore, latore ac largitore cum devotissima servi-

tiorum meorum humillimorum oblatione. Octodecim ab hinc sunt septimanae, cum ad generosum, amplissimum atque doctissimum virum, dominum Johannem Serpilium dedi literas, qvem, ut coram amplissimo senatu causam pro me diceret, me adversus conceptam de me suspicionem defenderet, innocentiamque meam tueretur, humillime rogavi. Verebar autem hactenus generosis amplissimisque dominationibus vestris ullis pro ulteriore promotione mittendaque aliqva pecunia molestus esse precibus, nisi prius generosum amplissimumque senatum mihi vicissim placatum cognoverim. Quoniam itaque factus jam sum certior generosas amplissimasque dominationes vestras excvsationem meam gratiosissime accepisse, innocentiaeque meae locum dedisse, easdem fidenter nunc accedo, ijs me totum studiaque mea commendans.

Et quia (qui morbus sane hic Wittebergae solet esse communissimus) auxilio aliqvo pecuniario pro continuandis studijs sublevandaque, qua nunc premor, inopia, et ex hinc orta miseria, summe indigeo, generosas, amplissimas ac consultissimas vestras dominationes humillimis oro precibus, dignentur, si possibile sit, cum Wratislaviensibus nunc in Augusto ex nundinis Eperiensibus redeuntibus aliqvam pecuniam mihi transmittere. Sincere promitto, divino sic adjuvante Numine, eam me impensurum ita, ut vel in ecclesia, vel etiam in schola vestra non inutile aliqvando sim organum. Ardentissimas qvoque ad Deum nunqvam non sum effusurus preces, qui generosis amplissimisque dominationibus vestris, qvicquid in me impendunt beneficij, id omne largissima retribuere velit manu. Constabunt etiam iisdem vicissim in omnibus servitia et studia mea promptissima, paratissima. In reliquo generosas, amplissimas ac consultissimas vestras dominationes, totam civitatem, totumque et reipublicae et patriae nostrae dulcissimae statum divinae protectioni commendo. Dabam Wittebergae die 7. Julij veteris kalendarii Anno Christi 1658.

Earundem generosarum, amplissimarum ac consultissimarum
vestrarum dominationum ad servitia paratissimus
Elias Lachanosarcus, theologiae et
philosophiae cultor mp.

Címzés: Generosis, Amplissimis, Consultissimis ac Prudentissimis Viris, Domino, Domino Judici et reliquis Juratis Assesoribus Regiae Liberaeque Civitatis Leuchoviensis in Superiori Hungaria etc. etc. Dominis Patronis, Fautoribus ac Promotoribus aeternum mihi colendis
Leutschoviam

81/33

217.

Joachim Erythraeus Josef Alauda lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1658. augusztus 20.

A kálvinista eretnekek azzal, hogy mereven elkülönítik Krisztus két természetét, annak egy személy voltát tagadják meg. A dordrechti zsinaton vezetőjük, Johannes Maccovius, a franekeri egyetem professzora a predestináció tanát hirdette. Tanításából következik, hogy nem Krisztus érdeméért üdvözülünk. Ezeket a tévtanokat nyilvános disputációval cáfolta,

melyet megküld a tanácsnak, ezzel is kifejezve háláját, amint azt néhai rokona, Peter Zabler. is tette. Christoph Böhm személyében a tanács kiváló emberre bízta az egyházi hivatalt. Kéri, hogy mint eddig, továbbra is támogassák tanulmányait.

Largissimam Dei gratiam et benedictionem perpetuamqve, divinam tutelam et aeternam salutem votis ardentissimis precor.

Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi et Prudentissimi Domini et Mecoenates honoratissimi. Si ullo unqvam tempore insidias struxit Satan ecclesiae Christi, hoc certe postremo, in qvod nos reservati sumus, multifariam struit. Qvantumvis enim nec violentae persecutionis desint, attamen potissimum dolis et fraudibus simpliciores circumvenire et a veritatis semita abducere laborat, atque adeo Christianos Christum, ejusque beneficia in eos collata, negare insidiose docet. Cujus infelicis abnegationis exemplum flebile sane et multis lacrumis deplorandum subministrant reformatorum seu Calvinianorum doctores. Hi enim concionibus scriptisque suis qvid aliud agunt, qvam qvod Christum veritatemque negant ipsi, et eum similiter negare alios perverse docent? Unam Christi personam negant, qvia communicationem idiomatum impugnant, et conseqventer naturas divident. Docent Deum ex absoluto suo decreto, cujus alia causa non sit, qvam ipsius divinum beneplacitum, non velle omnes et singulos homines aeternum salvari, sed qvosdam, eosque paucos, ad vitam aeternam praedestinasse, reliqvos autem, eosque plerosque, aeternum ex eodem decreto simplice reprobasse. Qvam doctrinam vocant cor ecclesiae et palladium gratiae Dei absolutae testibus ipsis Genevensibus theologis in synodo Dordrechtana. Nec abnuit reformatorum antesignanus, vir inter suos doctissimus, doctor Johannes Maccovius Franeqveranae academiae professor publicus. Format enim qvaestionem methodumque falsam simpliciores inescandi gratia struit. Qvaerit: An praedestinatio sit diversum qvid a Deo? Ad qvam simpliciter negatiue respondet. Qvae qvaestio qvamvis primo intuitu nihil incommodi secum habere videatur, nihilominus juxta Calvinianam sententiam omnino fundamentum fit omnis heterodoxiarum. Nam si praedestinatio ita simpliciter nihil diversum a Deo adstruitur, seqvitur, qvod praedestinatio sit absoluta. Seqvitur, qvod Christus non sit causa meritoria electionis, et qvod absolute electi totaliter deficere non possint. Qvae impia et perniciosa doctrina non tantum Dei trinunius gloriam, qvae in declaratione ipsius proprietatum juxta praescriptum divini verbi consistit, labefactat, sed et omne vividum solatium, qvod Spiritus Sanctus in sacris literis hominibus lapsis praebet, ipsis surripit, et desperandi de gratia Dei salutifera materiam porrigit. Hanc igitur vesanam, impiam et blasphemam Calvinistarum κακοδοξίαν, orthodoxiam nostram impugnantem et heterodoxias reformatorum propugnantem assumere, Maccovij σοφὰ φάρμακα retexere, orthodoxiam gratiosa Spiritus Sanctus adsistentia publica disputatione defendere placuit. Qvam vestrarum nobilissimarumque amplitudinum nomini ea, qva par est,reverentia inscribere volui. Vos enim per Dei gratiam, evangelicam religionem fideli Lutheri ministerio ab omnibus erroribus perpurgatam et in invariata Augustana confessione alijsque libris symbolicis sinceris succincte comprehensam jam inde ab ipso reformationis initio hucusque toto corde approbastis et

suscepistis. De qvo ingenti coelestis doctrinae thesauro vobis ipse vir Dei, magister Petrus Zabler, affinis meus desideratissimus piae memoriae jam tum non sine magno cordis sui gaudio gratulatus, vobisque in hac orthodoxia constantiam a Deo precatus est.

Habetis etiam adhuc praeclaros, fidos et pios, multisque alijs eximiis donis divinitus ornatos puri verbi divini praecones, et inter illos virum illum vere nobilem et admodum reverendum ac clarissimum, dominum magistrum Behm, ecclesiae vestrae pastorem fidelissimum (cui amplam hanc provinciam divino munere oblatam ex animo laetor, Deumque veneror, ut vegetas animi corporisque vires annosque complures addat, dotes Spiritus Sancti affatim locupletet, ac novo muneri benedictione largissima affulgeat), qvi summa cura et assidua vigilantia pretiosissimum nostrae verae religionis κεμήλιον incorruptum proponit, exponit et defendit. Vos ita apello, tanqvam optimos, maximos, adversus qvosvis malevolos, patronos! Vobis suspendo hanc religiosissimae gratitudinis votivum tabulam, ceu evergetis munificentissimis. A vobis humillime et submisse contendens, qvo porro mea studia vestro patrocinio foveatis, vestra autoritate ad usum publicum dirigatis, ut promotores gratissimi. Qvod superest, vestro splendori et honori pro mea tenuitate velificabor. Vestram salutem et felicitatem pijs precibus Deo commendabo, dum spiritus hos reget artus. Vobis enim salvis salva est patria et salva in patria studia, salva per justitiam respublica, salva denique in republica omnia. Sospitet ergo vos ipsa salus summa studiorum et reipublicae incremento. Wittebergae die 20. Augusti MDCLIIX

Vestrarum nobilissimarum et prudentissimarum amplitudinum
observantissimus Joachimus Erythraeus, sacrosanctae
theologiae et philosophiae studiosus

Címzés: Viris Nobilitate Praeclaris, Virtute Rerumque gerendarum prudentia maxime conspicuis, plurimis in patriam meritis praecellentissimis, Domino Josepho Alauda Liberae Regiaeque Civitatis Leutschoviensis Judici gravissimo, spectatissimo, Nec Non caeteris Dominis Senatoribus ac Reipublicae Gubernatoribus meritissimis, Nobilissimis, Patriae Patribus vigilantissimis, Dominis Patronis, Evergetis, Moecenatibus suis studiorumque Promotoribus largissimis, aetatem colendis
Witteberga Leutschoviam

81/34

218.

Johann Kemmel a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1658. szept. 11.

Hálával gondol a tanácsra, amiért az támogatta tanulmányait. Filozófiai dolgozatát is neki ajánlja.

Viri Generosi, Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, Prudentissimi, Domini ac Mecoenates mei, jugi subjectione et observantiae cultu aetatem suspiciendi, venerandi, salutem, pacem et prosperitatem! Qvotiescunque dulcissimae

patriae nostrae memoria me subit, (subit autem persaepe), toties vestri etiam, qvibus patria suam salutem debet, veneranda recordatio animo se meo insinuat. Quamvis enim magnum, nec contemnendum gloriae momentum sit, qvod liberam et regiam nostram civitatem natale solum habuerim, majus, qvod qvalicunqve civium favore praesens sim dignus habitus, maximum, qvod abeuntem calidis votis et apprecationibus fuerint proseqvuti. Haec in memoriam si revoco, et inter peregrinos constitutus repeto, mihi dulce et gratissimum id accidisse animadverto, qvod a tot et tantis tantum beneficii genus acceperim, qvodqve tam constantem voluntatem tunc temporis sim expertus.

Et licet ista non forent enumeranda, vobis tamen, Viri Nobilissimi, Amplissimi, Spectabiles, Consultissimi, Prudentissimi Patres et Patroni mei summi, porro meam debere, qvam vivo, vitam non diffiteor. Si enim patriae illam tribuimus, cur non et patribus patriae? Vobis vivere, vobis mori animus est. Miremini igitur, qvod praeclaram hanc vestram benevolentiam, et qvo me etiam puerum proseqvuti estis, favorem pronus adorem? Qvod memori mente, qvod devota lingva, quod calamo denique indiserto qvidem, sed tamen pio depraedicem? Ferreus profecto essem et indignus, cujus nomen vel cogitando usurpetis, nisi maximis qvibus possem laudibus tantam beneficentiam a patria ipsa et patriae patribus mihi praestitam venerarer. Praesertim cum incredibilis ille vester erga me, qvem vigere adhuc non despero, amor fidem mihi faciat, fore, ut constantissimo favoris vestri amplissimi affectu me sitis prosecuturi. Neqve enim magni viri (qvi vos estis) solent ex momentanea temporis vicissitudine suam animi serenitatem suspendere, sed si qvos semet inter clientes patroni admiserunt, indesinenter amare consveverunt. Qvamobrem cum haec et similia consolandi et excitandi animi gratia freqventer revolvo, mirum qvam hinc ad vestras laudes, inde etiam insuper ad mea qvoqve studia accendar. Qvandoqvidem enim cognoverim, qvam literatos, in qvibus me ultimum fateor, diligere soleatis, et sciam, qvod id genus gratiarum maxime approbetis, si qvi studiis contenderint se vobis commendare, ea potissimum ratione ad vos promerendos annitendum mihi existimavi.

Intelligitis, opinor, caussam, qvae me moverit, cur vestro potissimum nomini praesentem hanc Συζήτησιν philosophicam dedicaverim ex debito videlicet et erga patriam atqve patres patriae summo amore, qvem erudito nostro orbi jam jam depraedico. Accipite ergo serena, qva soletis, fronte praesens hoc observantiae meae, pietatis, amoris et studiorum documentum. Non est, fateor, pretio aliqvo vel singulari eruditione tantum, ut sine valore in conspectum vestrum prodire possit, tantum tamen certe est, ut sincero affectu, pio conatu et animi veneratione nulli alii cessurum sit. Valete, Viri Magni. Valete et favere vestri observantissimo pergite. Datum Wittebergae, Calendis Septembris Styli Juliani Anno MDCLVIII.

N. A. C. P. D. V. addictissimus,
Johannes Kemmelius Leutschoviensis Hungarus
pro tempore philosophiae et sacrosanctae theologiae consodalis

Címzés: Viris Generosis, Nobilissimis, Amplissimis et Consultissimis, Domino Judici caeterisque inclytae ac Florentissimae Reipublicae in Libera Regiaque Civitate Leutschovia Dominis, As-

sessoribus gravissimis, Eminentissimis, Patronis ac Maecenatibus Suis nullo non tempore Submisse colendis
Witteberga Leutschoviam

81/35

219.

Johann Burius a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Szucsány, 1659. január 21.

Dicséri a tanács mecénástevékenységét, és segélyt kér fia számára, aki honi tanulmányainak befejeztével három éve a jénai egyetemre iratkozott be. Szűkös anyagi körülményei miatt ő saját erőből megfelelő támogatást biztosítani nem tud.

Generosi, Amplissimi, Consultissimi Viri, Domini Fautores et Patróni litteratorum benignissimi. Salutem et pacem Christi cum benedictionis divinae affluentia et humillibus officijs. Centurio ille Cafarnaiciens, de quo honorificam evangelistae mentionem faciunt, per seniores Judaeorum valde commendatur a liberalitate, idque coram ipso salvatore Christo his verbis: Dignus est, ut hoc ipsi facias (sanes feliciter servum ejus), quia diligit gentem nostram, et scholam ipse nobis aedificavit. Quamvis autem tales centuriones et patroni inter nos modo rarissimi sint, sunt tamen nihilominus aliqui, quorum Deus ad benefaciendum et promovendum scholas cor movet, inter quos vos, Generosi, Amplissimi, Consultissimi Viri, facile primi estis. Vos enim miseram gentem scholasticam amatis, promovetis publice et privatim ipsissima ducante experientia, ac propterea etiam multa commendatione dignj estis. Ad quorum pedes ut et ego hac vice supplex humillimam meam petitionem deponam, et vestrarum dominationum benignitas, et mea magna, eaque talis, urget necessitas.

Habeo ego filium juvenem, qui a teneris litteras amavit, et jam pridem in solo patrio non contemnenda studiorum suorum fundamenta jecit. Hic ante annos tres, et quod excedit, scholas altiores Germaniae salutaturus in celebrem academiam Jenensem ingressus est, sua ibidem bono cum Deo studia continuaturus. Jam autem istic pauper promotione indiget, qualem quidem a me ipso (cum sit mihi res angusta domi, et curta supellex) ex toto habere non potest. Ne tamen medio in cursu studiorum suorum succumbat, talis apud Christianos dominos fautores postposito etiam pudore quaerenda est. Ad vos ergo, Viri Generosi, Amplissimi, Consultissimi, ad vos, fautores benignissimi, confidenter et supplex accedo demisse rogans, dignentur pro gloria Dei, necessitate patriae, utilitate scholarum et ecclesiae praefato filio meo auxiliatrices manus porrigere, ipsumque benigna sua promotione in tam pio proposito juvare. Habebunt ita, sicut et de presenti habent, generosae, amplissimae, consultissimae dominationes vestrae Deum retributorem, habebunt promotum infimum clientem, et si ita Deo visum fuerit, minimum, obsequentissimum tamen servitorem, me autem ad officia pietatis et precum paratissimum debitorem. In reliquo generosas, amplissi-

mas, consultissimas dominationes vestras divinae protectioni pie commendans felix et diuturnum regimen peropto. Suchano 21. Januarii 1659.

Generosarum, egregiarum, amplissimarum et consultissimarum
dominationum vestrarum ad omnia pietatis officia
addictissimus Johannes Burjus ecclesiae
Suchanensis pastor et venerabilis
contubernii Turocensis
decanus primarius
m. propria

Címzés: Generosis, Egregijs, Amplissimis et Consultissimis Viris, Domino Judici et toti Inclyto Senatui Regiae Liberaeque Civitatis Leutschoviensis etc., Dominis Fautoribus benignissimis et confidentissimis

A tanács megjegyzése: Domini pastoris Suczanensis intercessoriae pro promotione studiorum suorum <!>

78/269

220.

Johann Müller a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak.
Lipcse, 1659. április 15.

Azzal a kéréssel fordul a tanácshoz, hogy az örökségükből a mellékletben megnevezett összeget, tekintve az ő és a testvére szűkös anyagi helyzetét, Preussen vagy Wolf úrral küldje el számára.

Wohl Edle, Wohl Ehrnveste, Gross Achtbahre, Fürsichtige vnnd Wohl Weise Herren Stattrichter vnnd sämmbtliche Senatores, jederzeit Hochgeerthe Patroni. Eüren E. G. kan ich, nächst dienstgefliessenester Begrüssung, nicht bergen, welcher gestalt ich mich, auff sehnliges flehen vnd bitten meines nothleidenden Geschwisters, nach erlangeter freündlichen dimission von meinem hochedlen Herrn Patrone Jean d' Coppt ahnhir, verfüget, damitt ihrem billichen begehren nach, constituirte Herren Curatores von mir in einer vnd andern wegen bewuster unserer Erbfodrung informiret, sonderlich <...> vergewissert werden könten, ob über specifirte 149 fl., was mehrers von mir auffgehoben werden. Wann ich über nach gegebenen Bescheid in anderen Sie gleichfals berichtet, dass ich einer einzigen Jahrzinss erhoben, laut meiner ahn E. E. W. von Leipzig Februario dato 1654. ubermachter vnd auff iztgedachte 149 fl. inclusive gerichteter Quittanz, auch darüber von Ihnen ersucht worden, supremam manum in diesem negocio ahnzulegen. Als gelanget ahn E. E. G. aus tringender Nothdürftigkeid mein vnd meines verlassenes Geschwisters sehnlichstes Bitten, es wollen Ihnen E. E. G. grosgünstig belieben lassen unsern kümmerlichen Zustand, in dem wir ahnizo wider begriffen, ahnzusehen vnnd in affectionirter erwegung desselben unserem sammbtlichen petito, dessen contenta E. H. E. G. aus

der beylage zu sehen, ein freündliches genügen zu thun, vnd inn künfftiger resolution vnss gleichfals zu berichten, ob ess Ihnen gefällig, durch Herrn Preusen oder Herrn Wolfen von Bresslau vns bewuste Summa auszuzahlen.

Solches alles wird der grundgütige Gott E. E. G. vnd ander reichlich ersegen, vnnd wir ingesammbt wollen vnd werden uns jederzeit solches nach Vermögen, zu erwiedern höchsbemühet erfinden lassen, E. E. G. günstige resolution <...> vnnd dieselben sammt vnd sonders zu Gottlicher Protection befehlende. Dabam Schmalcalden 15. Aprilis Anno 1659.

Euer H. E. G. dienstergebener Johannes Müller
sacrosanctae theologiae studiosus

Címzés: Denen Wohledlen, Wohl Ehrenvesten, Gros Achtbaren vnnd Wol Gelarthen Herren Stattrichter vnnd sammbtlichen Rahtssverwandten der Königlichen Freyen Statt Leutschau in Obervngarn, meinen Hochgeerthen Herren vnd Patronis zu beliebender eröffnung Leütschau

91/7

221.

Georg Sebastiani a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1659. július 13.

Köszöni a néhány napja megkapott hat tallért.

Generosis, Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis Prudentissimisque Dominationibus Vestris, Domini Patroni et Mecoenatis munificentissimi. Gratiam, pacem a Deo patre et Domino nostro Jesu Christo toto pectore precor, officiaque mea humillima humillime defero. Proximis ab hinc diebus, videlicet Julii, benevolentiam vestram maximam, Viri Generosi, Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi Prudentissimique, expertus sum abunde, cum mihi afflicto imperialibus 6 in necessitatibus et opportunitatibus meis largissime subvenistis, atque ita laboranti succurristis, aegrotum sanastis, afflictum excitastis. Ingratus atque impius merito salutandus essem, si beneficii vestri, Patres optimi, non recordarer, et pro eo gratias vobis agere negligerem. Ingrato certe homine terra nihil pejus alit, de qvo vitio veteres amarunt loqvi: Ingratitudinem cui objicias, ei omnia peccata objicias. Declino itaque in oppositam potius partem, memor beneficentiae vestrae, gratiasque vobis, Patres patriae felicissimi, eas, qvas mente et animo concipere possum, ago et habeo maximas. Gratiarum enim actio est ad plus dandum inritator, loqvitur Stoicus philosophus. Deus largitor et remunerator omnis boni optimus reddat vobis omnia cumulatissime, in sinumque vestrum refundat omnia plenissime. Insuper consiliis salutaribus vos ornet, concordiam aeternam vobis tribuat, pacem, qva nihil jucundius, concedat, contra insultus hostium potentissime defendat. Verbo: omnibus bonis corpus et animam concernentibus vos gratiose afficiat, ut his habitis in terris tute laetari possitis, in coelis vero aeternum

cum electis et angelis sanctis gaudere. Atque jam, Generosi, Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi Prudentissimique Viri, Patres patriae desideratissimi valete, vigete et vivite Deo, patriae, amicis et omnibus bonis, idque diutissime. Dabam Wittebergae Anno 1659. 13. Julii.

Generosarum, nobilissimarum, amplissimarum, consultissimarum,
prudentissimarum dominationum vestrarum cliens et servus
obseqventissimus Georgius Sebastiani sacrosanctae
theologiae et philosophiae cultor mp.

Címzés: Generosis, Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis Prudentissimisque Viris, Domino Judici primario, caeterisque Dominis Senatoribus ac Assessoribus Regiae ac Liberae Civitatis Leutschoviensis gravissimis etc. Dominis Patronis, Fautoribus et Promotoribus meis maximis

81/37

222.

Johann Kemmêl a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1659. november 2.

Azért nem írt eddig köszönőlevelet a tanácsnak, mert haza készülvén személyesen akarta háláját kifejezni. Minthogy továbbra is kinn marad, ezt most mégis levélben teszi meg.

Viri Generosi, Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, Patriae Patres et Custodes Vigilantissimi, Domini ac Mecaenates mei maximo pietatis cultu aetatem submississime colendi. Jesum propitium (a qvo, in qvo et cum qvo salus omnimoda) principio apprecor, meaque studia et officia semper paratissima commendo. Qvod tardiuscule paulum, Nobilissimi Viri, Patroni desideratissimi, beneficium vestrum magna in me liberalitate collatum commemorem, causa est, qvod mens animi fuerit hucusque almos propediem invisere Lares patrios, ubi coram laudare affectum et benevolentiam hanc atque praedicare liberius constitui. Verum cum desiderio meo eventus non responderit, per literas jamjam, qvod oretenus fieri debebat, efficere cogor, vobisque, Viri G. N. C., pro affectu et beneficio maximo multas et magnas decanto laudes atque gratias. Sed qvales Ulysses apud Alcinoum rependit pro ingentibus meritis, vota scilicet et animi gratiam, tantum enim viribus meis non adscribo, ut de referanda gratia vel cogitationem suscipere liceat. Cum itaque tantum beneficii in clientem vestrum magnifica derivare manu non dedignati estis, gloriosum certe est, et nescio, quid illustriorem magis vestram reddere posset liberalitatem, qvam cum literarum amatores et alios sacris initiatos cultibus cumulatissime mactare assoletis. Neque vero aliter a me beneficium istiusmodi collocabitur, nisi ut perpetuus laudum vestrarum existam praeco, insimulque perdius et pernox eo sedulitatis allaborem, qvo et coeptam studiorum meorum sementem ad felicem, et pro arbitrio exoptatam Deo adjutore perducam messem, et prodesse patriae, dum spiritus hoc reget artus, possim uberrime. Ego qvod me erit vestram aeternitati omnibus praeconiis

commendabo liberalitatem, et pro salute vestra indefessus ad Deum beneficentissimum extiturus intercessor sum. Valete, Patroni ac Maecenates mei faventissimi, et clientem vestrum suscipite! Wittebergae Anno Veteris Stili MDCLIX. 23. Octobris.

Generosarum, nobilissimarum, amplissimarum, consultissimarum
dominationum V. devotissimus cliens, magister
Johannes Kemmelius Leucouiensis Hungarus
sacrosanctae theologiae studiosus

Címzés: Viris Generosis, Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimisque Dominis, Domino Judici, nec non et caeteris florentissimae Reipublicae Liberae ac Regiae Civitatis Leucoviensis, Senatoribus gravissimis, eminentissimis Dominis meis ac Mecaenatibus aetatem submississime colendis
Witteberga Leucoviam

81/36a

223.

Elias Lachanosarcus Johann Seldner lőcsei postamesternek és városi tanácsosnak

Sonnenwald, 1661. január 28.

Seldner Wittenbergbe címzett levelét január 14-én kapta meg az alsó-lausitzi Sonnenwaldban. Kézbesítője Johann Breuer volt. Az írásból kitűnik számára, hogy pártfogója nem tudott nehéz helyzetéről. Egészen múlt év június 24-ig várta pénzküldeményét. Ez azonban nem érkezett meg, s így azzal a kéréssel fordult a wittenbergi egyetem oktatóihoz, hogy amennyiben valahol vidéken szükség lenne tanárra, járjanak közben az érdekében, mivel ő szívesen vállalkozna ilyen feladatra. Egy hét múlva megjelent Wittenbergben a sonnenwaldi polgármester, és átadta Abraham Caloviusnak Solms grófjának levelét, melyben az állt, hogy a megüresedett sonnenwaldi rektori állásra keresnek valakit. Calovius Lachanosarcust javasolta. Ő az ajánlatot hosszas töprengés után vállalta csak el, s döntésében a legnagyobb szerepet súlyos anyagi gondjai, nagy adósságai játszották. Solms grófja támogatásáról biztosította őt, akár arra az esetre is, ha Sonnenwaldban szándékozna letelepedni. Ő azonban továbbra is elsősorban hazáját kívánja szolgálni, s ha patrónusa úgy határoz, hogy a jövőben támogatásában részesíti, örömest tér vissza az egy év lejárta után Wittenbergbe, hogy félbehagyott tanulmányait folytassa. A tanács által küldött 15 birodalmi tallért wittenbergi meghatalmazottja megkaota, s azzal hitelezőit részben kielégítette. Az idő rövidsége miatt testvéreinek már nem tud írni, ezért arra kéri Seldnert, hogy üdvözölje őket a nevében, s számoljon be nekik helyzetéről. Üdvözli még Seldner feleségét, valamint gyermekeit, Kaspart, Katharinat és Sophiat.

Edler, ehrenvester, nahmhaffter vnd wohlweiser, insonders grossgünstiger vnd hochgeehrter Herr Patrone vnd Beförderer. Neben wünschung von Gott, dem Allmächtigen alles Leibes vnd der Seelen glückliches vnd erwünschtes Wohlergehenss, seind demselben meine iederzeit bereitwilligste Dienste iederzeit bevor. Meines hochgeehrten Herrn vielgeliebtes Schreiben hab ich den 14. Januarij nicht zu Wittemberg, sondern zu Sonnenwalde in Niederlausitz zu

rechte empfangen, auss welchem brieffe ich gar wohl spühren vnd mercken kan, dass weder mein hochgeehrter Herr, viell weniger ein edler, ehrenvester vnd wohlweiser Rath von meinem Zustand vnd gelegenheit etwas gründliches wissten. Ach, was hette ich bis dato sollen zu Wittemberg thun, was für elend hette ich müssen daselbst schmecken, wenn ich mich noch bis anhero daselbst hette auffhalten sollen, fürnehmlich, nachdem ich ein gantzes Jahr biss auff Johannis anni praeteriti auff Geldesmittel von meinen hochgeehrten Herren Patronen gehoffet, vnd wegen deroselben grossen Expensen damahls, wie auch biss auff ietzt nichtes empfangen hab. Ich kan nicht sagen, in was für schulden, die ich vielleicht nimmer hette bezahlen können, ich mich geschlagen hatte. Aber ich bin ihme zuvorkommen (massen ich solches gar wohl vorgeschmecket) vnd habe mich, nach meines hochgeehrten Herrn raht, so er mir in dem durch Johannem Breüern beförderten schreiben mitgetheilet, bey meinen hochgeehrten Herren Praeceptoribus, denen Professoribus zu Wittemberg angegeben, wo sie etwan eine Paedagie <!> auff dem Land oder anderswo wüssten, dass sie mir dazu wollten behülfflich sein, damit ich mich darin vnterdessen auffhalten könte, biss Gott in Vngerland wiederumb Fried bescherete, welches sie mir auch väterlichen zugesaget. Die Wochen hernach kam der Bürgermeister von Sonnenwalde in Niederlausitz nach Wittenberg, vnd brachte vom Graffen von Solms an Doctorem Calovium ein Schreiben, darinnen er anhielt vmb eine tüchtige Person zum Rectorat in Sonnenwald, welchem also bald gemeldter Doctor Calovius mich vorschlug, trug mir auch solchen dienst also bald an. Ich wegerte mich zwar anfänglichen, einen offenlichen dienst anzunehmen, massen ich, der ich noch in meinem Vaterland zu sterben begehre, nur in einer paedagogie mich ad interim auffhalten wollt. Aber die beweglichen Vrsachen, so er mir vorhielt, zwungen mich fast, solchen dienst anzunehmen, vornehmlich, da mich daneben auch die Noth wegen mangel dess Geldes darzu trieb, vnd ich zweiffelte, ob ich wegen Kriegesleüfften aus Vngern werde können etwas bekommen. Ich habe also nun allhier zu Sonnenwald von 20. Julij Anni 1660, ob zwar in grosser Mühe vnd arbeit, wie auch bey gar wenigem besold, doch bey vnd zwischen guthen Patronen vnd beförderern, vnd ist kein Zweiffel, wenn ich mich allhier setzen vnd in den Ehestand einlassen wollte, ich wohl befördert werden möchte, auff etwas höhers (welches mir mein anietzo gnediger Herr allhier, der Graff von Solms, welcher allhier residieret zugesaget hat), aber mein Hertz ist anders sinnes, vnd ist mein grösster wunsch, denn vnser Herr Gott Fried in Vnger bescheren wollte, dass ich in meinem Vaterland meinen hochgeehrten Patronen entweder in der Kirchen oder Schulen mit meinen geringen diensten auffwarten sollte. Ist es aber, dass meine hochgeehrte Herren Patroni noch weiter gesinnet sind, mich auff der Universitet zu promovieren (wie ich denn solches mit grossen Freüden annehmen wollte), so will ich hertzlich gerne nach verlauffung allhier eines Jahres mich wiederumb nach Wittemberg verfügen vnd meinem Studieren obliegen. Es mag derowegen ein edler, ehrenvester vnd wohlweiser Rath auch mit disponieren wie er will, so bin ich darzue willig vnd bereit. Nur dass ist mein grösstes wünschen vnd Bethen, Gott wolle vnser liebes Vaterland gnediglich weiter behüthen vor schädlichen Kriegen vnd aussschöpffungen der nachrungsgüther. Alhier hat man

nichts neües, alss dass man sich befürchtet, die grossen Sturmwinde, die fast durch gantz Deütschland grausamlich grassieren vnd grossen Schaden thun, werden nichts guthes mit sich bringen. Die 15 Stück Reichsthaler, so mir ein edler, ehrenvester vnd wohlweiser Rath anietzo gnädigst geschicket, hat mein Vollmächtiger zu Wittemberg empfangen vnd meine Schulden in etwas damit bezahlett, dafür ich denn einem edlen, ehrenvesten vnd wohlweisen Rath zum höchsten dancke, vnd will nicht vnterlassen, mit meinen geringen diensten solches dermahleins zu vergelten. Ich hätte zwar gerne auch anietzo an ein E. E. W. Rath geschrieben, aber die forteylung der Gelegenheit von hinnen läst mir kaum so viel zeit, dieses gegenwertige schreiben fertig zu machen. Will also hiemit beschliessen, mit wüntschung von Gott, dem Allmächtigen, dass es meinen hochgeehrten Heren sampt allen den lieben seinigen wohlginge.

Verbleibend Eurer E. N. Weisheiten allezeit dienstgefliessener
Elias Lachanosarcus, theologiae et philosophiae cultor vnd
Rector daselbst mp.

P. S. Weil ich meinen geschwiestern anietzo wegen kürtze der zeit nicht schreiben kan, bitte ich sie dieselben zu grüssen vnd meinen zustand denenselben zu beschreiben. Ich bitte auch fleissig zu grüssen seine vielgeliebte Hanss Eher, wie auch seinen Sohn Casparum, liebe Tochter Catharinam (welcher, weil ich vermeine, dass sie schon im Ehestande sey, ich glück darzu wünsche) vnd Jungfrauen Sophichen. Datum Sonnenwalde, den 28. Januarij Anno 1661.

Címzés: Dem Edlen, Ehrenvesten, Nahmhafften vnd Wohlweisen herrn Johanni Seldner, Ihr Königlicher Majestät Postmeister, wie auch vornehmen Rathsverwandten in Leütschau in Obervngern, meinen insonders grossgünstigen vnd hochgeehrten Herren Patrono vnd Beförderern zuhanden
Leutschaw

80/180

224.

Elias Lachanosarcus Johann Seldner lőcsei postamesternek és városi tanácsosnak

Sonnenwald, 1662. január 1.

Szeptember 10-én külön írt a tanácsnak, külön Seldnernek, válaszolva utóbbi június 18-i levelére. Ismerve azonban a levélvivők megbízhatatlanságát, most röviden megismétli akkori mondandóját. Örömmel értesült a tanács azon szándékáról, hogy az őt további tanulmányaiban támogatni fogja. Jelenlegi munkahelyén még nem rendezkedett be hosszabb itt tartózkodásra, s mivel kilátásba helyezték számára a városi írnok állását is, kéri Seldnert, idejében értesítse őt a tanács végleges döntéséről, hogy annak megfelelően intézze itteni ügyeit. Amennyiben megkapja a város támogatását, örömmel folytatja félbehagyott tanulmányait, s felajánlja szolgálatait a jövőben. Üdvözli Seldner feleségét, gyermekeit, Zabler archidiakónus urat, a lőcsei rektort és Dubrawsky urat.

Edler, ehrenvester, namhaffter vnnd wohlweiser, insonders grossgünstiger vnd hochgeehrter Herr Patrone vnd Beförderer. Demselben neben anbietung meiner allezeit schuldigen vnd willigen dienste, wünsche ich von dem neugebohrnen Christkindlein ein seeliges, glück-, fried- vnd freüdenreiches neües Jahr sampt allen an leib vnd Seel gewünschten vnd erspriesslichen Wohlergehen. Ob ich zwar auff dess Herrn sein vielgeliebtes, den 18. Junio datiertes Schreiben sattsam vermeine geantwortet zu haben in meinem Schreiben, so ich eines an einem edlen, ehrnvesten namhaften vnd wohlweisen Rath, theils an den Herrn den 10. Septembris von hinnen hab abgefertiget vnd abgehen lassen. Nichts desto weniger, weil die Bothen vngewiss vnd ich nicht wissen kan, ob solche Brieffe zuhanden kommen, achte ich es von rathsam, etwas darauss mit wenigen zu repetieren. Sehr lieb ist es mir zu vernehmen gewesen, dass ein E. E. N. W. Rath meiner noch im besten gedencket vnd willens ist, mich noch weiters mit nothwendiger promotion zur continuirung meiner Studien zu versehen, dafür ich mich dem verpflicht befinde, solches mit meinen diensten dermahleins wiederumb zu verschulden, wie ich denn auch nicht, neben einem andächtigen gebeth zu Gott, solches vnterlassen will. Ist es demnach ihr wille, so bin ich bereit wiederumb auff die Universitet zu begeben vnd solches vmb so viel lieber, weil ich noch grossen lust habe, meine angefangene, ietzo zwar in etwas, doch nicht gantz vnd gar verhinderte Studia zur weiterer continuirung zu bringen. Das sage ich zwar, weil das meiste meiner Besoldung allhier im Ackern, Säen vnd Viezucht bestehet, dass, wenn ich mich in eine Hausshaltung einlassen wollte, vnd solches treiben wolte (welches ich doch bissanhero mich nicht vnterstanden, sintemahl ich mich noch biss auf ferneren bescheid nur vor dem, was ich etwas weniges am bahren gelde vnd korn empfangen kan an meinem besold, ohne eintzige hausshaltung erhalten habe, dass ich also allhier mir nichts samlen kan, ich werde froh seyn, wenn ich mir nur zu einem Kleidchin werde beylegen können). Ich lebe demnach also noch mit grossem verlangen, erwartende, was ein E. E. W. Rath mit mir zu thun willens ist, ob sie mich willens sind, nach hause zu beruffen, oder weiter auff die Universitet zu befördern, oder aber, dass ich mich noch eine zeitlang allhier in meinem officio werde sollen auffhalten. Vnd wo dieses letzte sie willens sind mit mir zu machen, vnd ich mir zum wenigsten ein Miethweib oder gesindel müsse halten, vmb lohn, damit sie mir etwas essen zurichten, das Vieh, dass ich mir darneben werde mir schaffen müssen, beschiken, vnd die mir die hausshaltung in obacht nehmen wird, dann ohne hausshaltung es nicht die mühe mir allhier belohnet, dass ich mich mit solchen laboribus in der schulen plagen muss. Mit einem wort, wer in dieser condition leben will, der muss einen rechten Hausswirth geben, so kan er seinen reichen ausskommen haben, vornemlich, weil die Stadtschreiberey auch dem Rectori allhier angehöret (welche mir mit grossen pollicitationibus angetragen auch wird, vnd werde solche nach den Feyertagen, wenn der Rath allhier wird verandert werden, massen denn schon gewiss ist, dass der ietzige Stadtschreiber abgesetzet soll werden). Bitte demnach einen E. E. N. W. Rath ich zum vnterthänigsten, mich ehestes gewiss zu berichten, wie sie es mit mir anstellen wollen, damit ich mich auch in meine Sachen besser müsste zu schicken. Neues hat man allhier

nichts ohne was die Avisen mit sich bringen, vnd dass wir allhier im guthen Frieden vnd ruhe sitzen. Wolte Gott, dass ich solches auch von vnserm lieben Vaterland Vngern hören möchte. Doch will ich nicht vnterlassen, täglichen andächtig Gott anzuruffen, dass er alles zum besten schicken, die feindselige Kriegsmacht daraus vertreiben, vnd den lieben Frieden wiederumb schencken wolle. In übrigen befehle ich den Herrn sampt die lieben Seinigen gottlicher protection. Dabam Sonnenwald, den 1. Januarij Anno 1662.

Dess Herrn allezeit dienstgeflissener
Elias Lachanosarcus theologiae studiosus
p. t. scholae moderator Sonnenwaldensis mp.

P. S. Ich bitte diensgeflissen vnbeschwerth von mir zu grüssen dess Herrn vielgeliebt Haussfrau vnd vielgeliebten Sohn vnd Töchter, wie auch meinen Schwager, Schwestern vnd alle guthe Freünde. Bevorauss wolle der Herr meinerwegen durch iemanden grüssen lassen Herr Zabler archidiaconum, Herrn Rectorem, Herrn Dubrawsky etc.

Címzés: Dem Edlen, Ehrnvesten, Nahmhafften vnd Wohlweisen Herrn Johanni Seldner, Königlicher Majestät Postmeystern vnd vornehmen Rathverwandten in Leutschau etc., meinem insonders grossgünstigen vnd hochgeehrten Patrono vnd Beförderern

80/181

225.

Johann Breuer a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1663. szeptember 12.

Minthogy a köszvény szinte már tipikusan honi betegség, kötelességének tartja gondosan tanulmányozni. Nem az antik auktorokat, hanem magát a természetet kell vizsgálni. A betegségről írt dolgozatát, melyet Schneider doktornál védett meg, a tanácsnak ajánlva megküldi.

Generosi, Nobilissimi, Amplissimi atque Consultissimi Domini, Patroni, Fautores atque Moecenates omni observantiae studio honorandi. Salutem servitiorumque meorum paratissimorum commendationem. Morbus atrox et difficillimus est arthritis, plurimique ejus curationem abhorrentes decumbentes miseros relinquunt insolabiliter. Hic cum frequentissimus et a multis fere endemius patriae nostrae depraedicetur, mei muneris esse arbitrabar rem exactius scrutari, quo omne meum studium in usum patriae vergat. Non enim in iis subsistendum, quae veneranda nobis antiquitas relinquere voluit, sed potius, quae naturae sunt. Haec siquidem non omnia omnibus manifestat scenicorum more, sed semper aliquid reservans diligentiores sui scrutatores tanquam brabeis ulterius ad se allicit et invitat. Hoc enim Deus voluit, ut etiam in naturalibus ejus gloria splendeat.

Quapropter disputationem de hoc themate pro ingenii mei tenuitate conscriptam publiceque sub praesidio excellentissimi domini, doctoris Schneideri defensam vobis, tanquam meis patribus, inscribendam judicavi.

Capessite itaque hoc qualecunque debitae gratitudinis specimen, atque solito more boni consulite, ut copiosior mihi noscatur occasio. Vestram depraedicandi benevolentiam clementissimus Deus vos dulcissimamque patriam tot tantisque periculis expositam favori et protectioni suae commendatos habeat. Dabam Wittebergae Anno salutis 1663. die 2. Septembris veteris stili.

Generosarum vestrarum dominationum observantissimus
Johannes Brewer Leutschoviensis Hungarus
medicinae studiosus mp.

Címzés: Generosis, Nobilissimis, Amplissimis atque Consultissimis, Nobilissimo Domino Judici, Caeterisque Reipublicae Leutschoviensis Senatoribus gravissimis etc. Dominis Patronis et Fautoribus honorandis

81/37a

226.

Samuel Breuer és Magnus Steiner szerződése
Lőcse, 1666. február 1.

Minthogy Samuel Breuer tanulmányi céllal otthonától távol lesz, sógorával, Magnus Steinerrel a következő értelmű szerződést köti: 1. Ingó és ingatlan javainak kezelését, beleértve nyomdáját is, Steinerre bízza. 2. Esetlegesen adódó örökösödési ügyekben szintén ő képviselje érdekeit. 3. A meghatalmazás négy évre szól. 4. Ezen négy év alatt Breuernek nincs joga Steinert a szerződésben foglaltakban korlátozni. Ellenkező esetben 200 dukát büntetést köteles fizetni, melynek fele a várost illeti. 5. Breuer halála esetén örököseire is vonatkozzék a negyedik pont. 6. Ha Steiner halna meg, az ő örökösei az említett négy év leteltéig Breuertől nem követelhetnek semmit. 7. E négy év elteltével Breuernek mindent vissza kell adni. Elemi csapás okozta kárt Steiner nem köteles pótolni. 8. Breuer követeléseit akár peres úton is behajthatja. 9. A hiányt Steinernek akár saját vagyona felhasználásával is meg kell adnia.

Anno 1666. den 1. Februarij in Leütschau.

Vor einen edlen, hochlöblichen Stadtgericht ist erschienen Herr Samuel Brewer burger allhier, und berichtet, wesmassen er seinen Studiren nach verreisen wollte, und stellet vor, seinen Herrn Schwagern, Magnum Steinern, auch gegenwertig, in voller Macht und Gewalt, über seine Haab und Gütter, auf eine gewisse Zeit, wie hernach folget.

1. Erstlich will Herr Samuel Brewer sein Hauss, wie auch das Werck der Druckerey, sambt andern beweglich und unbeweglichen Güttern, seine erbliche und andere noch aussen stehende, restirende Schulden, wie die Nahmen haben mögen, Herrn Magno Steinern zu verwalten, General Vollmächtigen eingesetzet haben.

2. Zum andern, wenn in seinem Abwesen von seinen Geschwistrich oder anderen Freünden ein Erbschafft zufiele, (da Gott gnädiglich verhütten wolle) sol Magnus Steiner gleichsfalls Macht haben, dasselbe zu fordern und empfangen.

3. Zum dritten sol von obengesetzten dato dieses 1666 Jahres den 1 Februarii biss Anno 1669 den 1 Februarii, allso vier Jahr lang diese Vollmachtsverwaltung Krafft und Macht haben, jedoch aussgenommen, daferne ich noch zur selben Zeit nicht were nach Hausse kommen und ich in leben were, sol Herr Magnus Steiner biss meiner Ankunft die Verwaltungsmacht haben.

4. Zum vierten sol Herr Samuel Brewer unter den gemelten 4 Jahren in keinerley rechtens Macht noch Gewalt Herrn Magnum Steinern, von dieser übergebenen Gewaltstragung abzurechnen oder abzutreiben, wie die rechte immer Nahmen haben mögen, sich der keines zu gebrauchen, verobligirt, bey Straffe Zweyhundert Duckaten, so er darwieder täte, und sol diese Straffe die helffte dieser Stadt Leutschaw zufallen und die andere helfte Herrn Steinern.

5. Zum fünften. Wen unter diesen 4 Jahren, Gott, der Herr Herrn Samuel Brewern zu sich nehmen sollte, dass Gott, der barmhertzige ihme gnädiglich langes leben verleihen wolle, so sollen seine Geschwistrig und Erben, diesen obstehenden 4 Punckt gleicher massen völlig und aussdrücklich in der Gestalt, Krafft und Macht gehalten haben.

6. Zum Sechsten. In Gegentheil, wo Gott, der Herr Magnum Steinern, unter wehrenden 4 Jahren, von dieser Welt abfordern sollte, sollen gleichsfalls seine Erben und Erbnehmenden, wie sie Nahmen haben mögen, keine Macht, Krafft noch Gewalt haben von Herrn Samuel Brewer etwas zue praetendiren, biss die 4 Jahr verflossen.

7. Zum Siebenden soll Herr Magnus Steiner, nach Aussgang der gedachten 4 Jahr, Herrn Samuel Brewer diese Verwaltungsgütter, samt allen,wie ers Herr Steiner empfangen hat, wieder allso einhändigen. Nach Laut ihres aufgerichteten Contracts, jeder theil bey sich habende, jedoch aussgenommen, daferne (Gott behütte gnädiglich) durch fewer an Hauss, Druckerey und verlassenen Wahren Schaden geschehen sollte, sol Herr Magnus Steiner davor in geringsten zu erstadten nichts schuldig sein.

8. Zum Achten. Nach Aussgang der obgedachten 4 Jahr und bey abforderung Herr Brewer von Herrn Magno Steinern die anverwalten Gütter, daferne dieselben nicht völlig, rechtmässiger Weise abgegeben würden, nach Laut Contracts und obstehender gestalt, ist diese Versicherung von Herrn Magno Steinern an Herrn Samuel Brewern.

9. Zum Neündten. Bey Übergebung richtiger Rathung nach Aussgang der bestimten Zeit, von Herrn Magno Steinern an Herrn Samuel Brewern, daferne sich ein Defect befinden möchte, in Mangel alles und jedern, was Herr Steiner empfangen hat, wie es Nahmen haben kan, so Herr Steiner in Anfang oder hernach in wehrender Zeit empfangen hat, der regres vnd Überrest, von Herrn Magno Steinern, solches gerichtlichen alss rechtmessig zu fordern vnd suchen kan und mag. In Kraft dieser Versicherung verschreibt Herr Magnus Steiner zu

der bestimten Zeit sein Haab und Gutt, beweglich und unbeweglich, daran sich Herr Samuel Brewer halten vnd das seinige suchen Macht haben kan und sol.

Dieses alles obstehende wollen beyde Parten in der Stadt Protocol eingetragen haben und unter der Zeit so oft sie einer oder der andere solches herausszugeben begehren, sollte jeder Zeit ihm wiederfahren.

Samuel Brewer

81/38

227.

Alexander Riess Matthias Gosnovitzer lőcsei főbírónak

Wittenberg, 1667. május 1.

Három éve már, hogy saját költségén megkezdte egyetemi tanulmányait. Otthoni anyagi forrásai közben kimerültek. Ezért a tanácshoz fordul segélyért Gosnovitzer javaslatára, akit ezúton is kér, hogy kérelmét támogassa.

Generose, Nobilissime, Amplissime atque Consultissime Vir, Domine Patrone, Fautor ac Promotor studiorum meorum aetatem colende ac prosequende. Salute servitiorumque meorum paratissima commendatione praemissa. Singularis ille favor, quo me prosequeris et cumulatissima beneficia, qvae in me immerentem contulisti, mihi hanc scribendi necessitatem imposuerunt. Adeoque necesse haud habeo temeritatis meae deprecari culpam, quippe quem sempiternae observantiae debitum in hanc arenam provocavit. Meum sane erat omnes commoditatum captare numeros, ne ingratitudinis mererer notam, si tot argumentis comprobatam benevolentiae fidem haberem insuper. Pro tam prolixo affectu tuo in me gratias tibi offero ac persolvo immortales. Gratias inquam offero, cum praeter gratae mentis declarationem nihil sit super, et tanta sit meritorum tuorum aestimatio, ut ferme habeam nihil, quod cum ijs paria faciat. Ignosces tamen mihi, quod in favoris tui sacrarium confugio confidentius tot beneficiorum testimonijs nobilitatum. Feci inprimis hortatu tuo et necessitate imminentis penuriae, quod de subsidij liberalis erogatione amplissimum senatum compellavi. Dum enim triennium ferme inter Musas academicas egi, facile, quicquid in patrijs aedibus residui erat sumptuum consumpsi. Neque enim fieri poterat secus, cum peregrinos inter limites degenti nihil gratis erogetur. Te ergo, Vir Amplissime, pro candore illo animi tui ac benevola mentis fide obsecro, ut in dispensatione negotij hujus adjumento mihi esse velis. Illud etiam benevole contendo, ut te patrono ac interprete literae hae supplices amplissimo senatui offerantur. Quod si maximis tuis beneficijs hic cumulus accesserit, erit quod imprimis mihi gratulabor. Omnem etiam licet pro virili mea movebo lapidem, ne apud ingratum incomparabilis tuus favor hospitetur. De coetero in hoc ero totus, ut tam grata beneficiorum tuorum recordatio apud me nunquam consenescat. Vale. Dabam Wittebergae ipsis Calendis Maj Anno aeris Christiani MDCLXVII.

T. G. atque N. amplitudinis observantissimus
Alexander Riess sacrosanctae theologiae cultor mp.

Címzés: Generoso, Nobilissimo, Amplissimo atque Consultissimo Viro, Domino Mathiae Gosnowizero, Regiae Liberaeque Civitatis Leütschoviensis Senatori primario, et Notario Publico meritissimo, Domino Patrono, Fautori ac Promotori suo, omni honoris et observantiae cultu aetatem devenerando
Leütschoviam

81/39

228.

Alexander Riess a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1667. május 1.

A tanácstól tanulmányai folytatásához anyagi támogatást kér.

Viri Generosi, Nobilissimi, Amplissimi atque Consultissimi, Domini Patroni ac Mecaenates omni honoris, amoris et observantiae cultu aetatem devenerandi. Salutem et perpetuam regiminis felicitatem cum voto omnigenae prosperitatis a Salvatore Jesu Christo salutis nostrae unice cordicitus apprecor. Obsecro audaciae veniam, quod tanta temeritate usus sustinui compellare favorem vestrum ardua consiliorum meditatione circumseptum. Facit hoc affectus in me vester, ut tam confidenter in conspectum vestrum prodire haud erubescam. Scio quidem quis virtutibus vestris debeatur honos, sed illum non declarare ad satiem imbecillitatis meae est argumentum. Enimvero si recte rationem in eo, tot sunt favoris erga me vestri documenta, tot benevolentiae significationes, ut, quod cum ijs parem ponat calculum, inveniam nihil. Quod quidem ego non habendum putavi insuper, cui praeter observantiae fidem ac debitum venerationis paupertina sors nihil reliqui fecit.

Coeterum, Viri Amplissimi, veniam dabitis, quod arcanas cogitationes confidentius effundo in sinum vestrum candore et benevolentiae argumentis spectabilem. Eo deventum est squalore seculi, ut difficile admodum sit inter tot bonae mentis impedimenta erigere nomen de tabula et prodire in publicum famae theatrum. Scilicet virtutis opus agunt nummi, et obscurum est emergere e latebris vulgi, nisi divitiarum instrumenta utramque paginam faciant. Non fraudabo vos, Viri Generosi atque Nobilissimi, secretiori veritatis parte, meum in angusto est studium, neque quicquam suppetit magis, quod egestatem soletur meam. Evanescunt eruditionis stimuli, nisi externus circumfundatur splendor, qui virtutum inducat apparatum. Eminetis vos in tam sublimi honorum fastigio, quibus eruditionis ac literarum amorem indiderunt Musae. Neque quicquam relinquitis eorum, quibus literarum commoda non promotum eatis. Provoco ad orbis eruditi consensum, beneficiorum vestrorum testimonijs illustrem. Ergo, qua possum reverentia ac submissione, vos obsecro, ut mihi inter has calamitates ac sortis meae deliquia subsidio liberali subvenire benevole velitis. Habet hoc omnis divinitas, quod etiam non rogata ferat auxilium, et vester divinitatis aemulus favor non minor erit expectatione et desiderijs vestrorum.

Ego vero, cum aliud in proclivi non sit, sanctissimas illas curas ac meditationes vestras patriae commodis devotas coelo alligo, Numenque veneror, ut vos

diutissime incolumes servet in ecclesiae tutelam, publicae rei fulcrum ac nominis vestri ornamentum. Valete. Dabam Wittebergae, Calendis Maji Anno Epochis Christianae MDCLXVII.

G. nobiliumque V. amplitudinum semper devote
ac submisse colens Alexander Riess
sacrosanctae theologiae cultor mp.

Címzés: Viris Generosis, Nobilissimis, Amplissimis atque Consultissimis, Domino Judici primario caeterisque Juratis assessoribus Regiae Liberaeque Civitatis Leütschowiensis, Dominis Patronis, Promotoribus ac Mecaenatibus meis perpetua observantia colendis Leütschowiae

81/40

229.

Alexander Riess Matthias Gosnovitzer lőcsei főbírónak
Wittenberg, 1667. október 25.

Gosnovitzer fiának leveléből értesült arról, hogy Gosnovitzer támogatta ösztöndíjkérelmét. A tanácstól végül 20 tallért kapott. Köszönetét fejezi ki a közbenjárásért.

Vir Generose ac Nobilissime Domine, Mecaenas aeternum Venerande. Nescio, qvo favoris radio inclines in partes meas, ita ad omnem fortunae nutum obviam et expositam humanitatem mihi commodasti, vix sustines subire tribunal tuum, et erubescit calamus beneficiorum tuorum amplitudine circumfusus. Enim vero, quocunque oculorum converto aciem, multa ubique ac magna favoris documenta, multas ubique ac magnas benevolentiae significationes noto. Veneror, Vir Nobilissime, tam grande depositum favoris tui, ac perenni gratae mentis obsequio me totum tibi consecro. Inprimis vero debentur tibi gratiae, quod operam accommodasti tuam, ut amplissimi senatus suffragio 20 thaleri mihi erogarentur. Agnosco ex literis interprete domino filio tuo ad me datis, qvam propitia aure precibus meis, Numen, et qvi ad Numinis excubant vices addiderint pondus. Ego sane nihil antiqvius habeo aut prius, qvam ut sufficienti saltem aestimatione liceat complecti tam grande favoris debitum. Paria enim cum tantis meritis facere, exuperat conditionem meam, qvandoqvidem ad obseqvendi sortem me vobis Numen alligavit. Qui plura non possum, gratias tibi defero, et sempiterna obseqvij promptitudine meas tibi devoveo Musas.

Aeternum Numen veneror, ut diutissime te tueatur incolumem, ut consilijs tuis fulta respublica, nunqvam desituris incrementis assurgat. Me vero tibi magis magisque oppignorabit favor tuus et grata beneficiorum tuorum aestimatio, animo nunqvam exolescet meo. Vale, Vir Nobilissime. Dabam Wittebergae Idibus Octobris Styli Juliani Anno MDCLXVII.

Nobilissimae tuae amplitudinis cultor, cliens,
Alexander Riess sacrosanctae theologiae studiosus mp.

Címzés: Generoso, Nobilissimo, Amplissimo atque Consultissimo Viro, Domino Matthiae Gosnowizero, Regiae Liberaeque Civitatis Leütschowiensis Senatori primario, Notario publico meritissimo, Domino Patrono, Promotori ac Mecaenati suo aeternum venerando Leütschowiae

81/41

230.

Lányi György Matthias Gosnovitzer lőcsei főbírónak
Wittenberg, 1668. május 31.

Már alsóbb iskolásként is sejtette, hogy Gosnovitzer egykor még pártfogója lehet. Mikor útra indult, ezt még megerősítette a főbírónak iránta tanúsított jóindulata. A wittenbergi diákok, mint azt Gosnovitzer maga is személyesen tapasztalhatta, igen szegények. A szükség így rávitte, hogy a főbírónak a tanács előtt való közbenjárását kérje. A levelet kollégiumi szobájában írta.

<...>

Corporis cum incolumitate, cuncta auspicatissima! Generose, Amplissime, necnon Consultissime Vir, Fautor atque studiorum meorum Mecaenas aeviternum colende. Jam tum, cum purae essem adhuc togae adolescens, et in castris Musarum primae parmae miles, jam tum inqvam existimabam me vestrae generositatis beneficentia et auctoritate olim qvam maxime promotum iri. Ansa mihi fuit non solum virtus, qvae primo oculi jactu in V. G. dominatione radiat, velut inter ignes Luna minores, sed et erga me nuper a vobis discedentem affectus declaratus, qvem saepicule tantum non cum stupore apud me tacitus recolebam, et adhucdum recolo. Qvid? Qvod benefactorum a V. G. amplitudine in me immerentem derivatorum memoriam nulla unqvam mihi sit deletura oblivio, qvin potius ea mihi semper erunt imis infixa medullis, dum spiritus hos reget artus. Et ne fortran a summis, ut ajunt, labris haec venire, verum firmo has voces inniti thalo vestra existimet generositas, en gratitudinis atque observantiae in eandem propensae tekmérion! Levidense eqvidem hospitis [...]abri munus, at Larium Wittebergensium, qvos nihil magis, qvam auri argentique dira vexare fames solet, satis singulare et speciosum, qvibus cum ita esse comparatum, ut praeterqvam linum, sepiam et innocentes Cadmi filias nihil ferme aliud ex se efferri patiantur, propria jam olim V. G. A. plus satis edocere potuit autopszia. Hinc etiam nullus dubito, qvin istas aeqvo suscepturi sitis animo, miserisque et orphanis domicilium gratum concessuri. Hae enim longe lateque hactenus exspatiatae, pristinas tandem repetere sedes, apud tutelares deos suos, a qvibus non parva nuper reportarunt incrementa, ingenii nostri foetum (nescio an abortus dicendus, judicent cordati) impraesentiarum deposituraе, gestiebant spe non alia ductae, qvam cujusmodi in undarum fluctibus naufragio perituri in manum sibi aut tabulam porrigentibus collocare solent. Tali profecto, Vir Spectatissime, res meae versantur cardine, ut sine molestia et cordolio verba haec tam manifeste ponere haud dubitaverim, duro utque illo telo, qvod Romanus historicus necessitatem

vocat, non tam percitus, qvam dejectus. Hinc etiam est, ut V. G. A. tanqvam patronorum optimum supplicibus obtester verbis, qvo studiis meis porro, qvibus licet et fieri post modis mediisque prospicere, et pro sua erga Musarum asseclas benevolentia consulere haud dedignetur. Ego, si me amplissimus senatus vester cum iniqviore hac noverca dimicantem adjuverit, inque istis inopiae fluctibus naufragum conservaverit, olim uti eidem non secus ac Neptuno alicui tabulam in littore supensurus eandem nomini suo amplissimo dicabo, ita in specie V. G. dominationis et amplitudinis proxenetae meo recipio, polliceorqve mea servitia humilima, et preces pro incolumitate sua suorumque indefesse ad Deum fundendas.

Vale optime, Vir Generose et Amplissime, vale, inqvam, et bono publico Musarumqve solatio diutissime vige. Valeant et vigeant floreantque domestici, omnesque illi, qvotqvot nostri meminisse non piget aut taedet. Dabam Wittebergae, in musaeolo meo, qvod tecta tegunt collegii publici, pridie Kalendarum Junii Anno restitutae salutis 1668.

Vestrae generosae et amplissimae dominationis
subjectissimus cliens Georgius Lani
Trenschino-Hungarus sacrosanctae
theologiae studiosus

Címzés: Viro Generoso, Amplissimo et Consultissimo Domino, Matthiae Gosnovicero, Inclytae Reipublicae Leutschoviensis Notario Jurato, Domino Patrono, Fautori atque Studiorum meorum Promotori dignissimo, meritissimo etc.
Witteberga Leutschoviam

81/43

231.

Matthias Frölich a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1668. december 21

Mivel a tanács támogatta egyetemi tanulmányaiban, ezért most ő is mecénásainak dedikálja teológiai dolgozatát.

Generosi, Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi atque Prudentissimi patriae Patres longe Spectatissimi, Domini ac Mecaenates aeterno obseqvii cultu proseqvendi. Theologicas, Patroni maximi, adfero pagellas nomini vestro augustissimo inscriptas, offeroque non sine animi qvodam fluctuantis horrore, horrore inquam illo placido, qui venerantium esse solet, qvando sacra formido praesentis Numinis modestiam, religionem facientibus subjicit. Ut enim timerem, hujus, quod offero, faciebat tenuitas, ut splendori et magnitudini vestrae, tam exile nec tantis dignum geniis libamen apponere merito trepidarem. Attamen ut conarer, impellebat summa vestra benevolentia, qva omnes eos, qvi a vobis ad academias mittuntur complectimini, ut adeo impiorum et ingratorum nomen neqvaqvam

effugere possent, si tantam benevolentiam vel non agnoscerent, agnitam non praedicarent, vosque patronos communes colentium pia studia non salutarent. Qvapropter malo parum, qvam omnino nihil gratitudinis declarare. Quod ut eo magis auderem, svadebat mira vestra cum gravitate temperata facilitas, qvarum virtutum difficillima societas, sedem qvasi inter vos sibi fixisse videtur placidam. Obtinuit nimirum etiam apud vos, quod olim historicus de suo praedicabat Attico: Ejus comitatem non fuisse sine severitate, necque gravitatem sine facilitate. Itaque muneri speciminique meo diffidens, hujus tamen tantae virtutis invitatu audax, vos, Mecaenates optumi, accedo levidensi hocce munusculo, non virtutis vestrae gloriam hac προσφονησέα <!> exhausturus, ac ut meretur, pudicaturus, cum Alexander non permittat facile fiisi a Lysippo aliqvo se fingi, pingi ab Apelle, sculpi in gemma a Pyrgebelle, sed gratum animum probaturus, obnixe petens, ut voluntatem declarandi erga vos meam observantiam et pietatem boni consulere, nec illam ex alia qvacunque circumstantia, qvam dantis animo metiri velitis.

Servet vos, Mecaenates maximi, Deus altissimus inculumes diu superstitesque, detque vobis, qvae optatis. Wittebergae, Anno 1668. die 21. Decembris.

V. V. G. G. N. N. humillimus cliens M. Matthias Frőlich
sacrosanctae theologiae studiosus mp.

Címzés: Viris Generosis, Nobilissimis, Amplissimis et Consultissimis, Domino Judici Gravissimo, ut et reliqvis Dominis Senatoribus prudentissimis Inclutae Reipublicae Liberae Regiaeque Civitatis Leutschoviensis etc. Dominis suis ac Mecaenatibus benignissimis ac aeterno obseqvii cultu proseqvendis
Leutschoviam

81/42

232.

Lányi György a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1669. május 5.

Köszöni a többszöri segítségnyújtást, amelyben nemcsak útraindulásakor, de azóta is részesült. Elhatározta, hamarosan hazatér, s személyesen mond köszönetet. Addig is levélben fejezi ki háláját.

Εὖ!

Salutem perpetuam, pacem optatam, gubernationem tranqvillam, statum reipublicae felicem medullitus cum humilima obseqviorum promptitudine! Viri Generosi, Amplissimi, Consultissimi Prudentissimique! Eximia animi vestri in me est propensio, eximia qvoque liberalitas vestra et πολυδωρία, qvae eo fortius me stringit, qvod iterata, ut repetita vincula arctius innectunt. Non enim satis esse duxistis, Mecoenates optimi, discedentem a vobis academiasque petentem lautiori ornare viatico, sed beneficia beneficiis cumulando etiamnum studiis meis sub-

sidia emittere non dubitastis. Qvo me verterem, ad incitas redactus, ignorabam, ut jam dirae illae duraeque adversitatum tempestates aeternum svavissimis Musis imperaturae silentium viderentur. Sed ecce! Vos tristem meam sortem miserati, ceu sidera tremulae carinae, mihi apparuistis, ac indigentes meas Camoenas rore sumtuum necessariorum refrigerastis. Brevi me eqvidem coram sistere, Gloriosi patriae Gubernatores, ac sermone praesentibus vobis eapropter gratias agere constitueram. Animum tamen appuli stylo prius id effectum dare, ingenueque profiteri in pretio mihi esse geminatam beneficiorum vestrorum collationem. Imo qvam diu ero, animo meo nunqvam patiar exolescere memoriam tam proni in me affectus. Certe ut victores circulis qvibusdam vasa adstringunt atque alligant, ne qvid effluat. Sic ego reminiscentia identidem animum obtegere didici, ne humor benignitatis ullius, qvem conbibit, in auras abeat. Et hunc habet morem gratitudo, ut novissima virtutum exuatur, acceptique beneficii memoria in homine grato omni aspectu sit, non solum flagrantior, sed et diuturnior. Qvanqvam ex veteri etiam sapientia: Magnam debiti partem solvit, qvi lubens se debere profitetur. Profiteor certe, et profitebor lubens, dum vivam nominisque vestri memoriam sanctam mihi et antiqvam fore omni juramento sanctius adfirmo.

Vos modo, Evergetae Maximi, agite, qvae vestra est benignitas, amare imo et curare, sic enim facitis, me pergite. Non qvo pleniore obseqvio me vestri observantissimum demereamini, sed qvia generosis animis ita inditum est et innatum, beneficia sua amare, mihi vero ejusmodi via studia academica ad justam maturitatem perducere et tandem eorum fructum suo tempore decerpere licebit. In qvo voto finio, vosque, patriae Patres, cum tota republica salvos et incolumes diutissime superesse cordicitus opto. Dabam Wittebergae die 5. Maij Anno 1669.

D. V. V. nobilitatis et amplitúdinis observantissimus
et humilimus cliens, Georgius Lani
Trenschino Hungarus sacrosanctae
theologiae studiosus

Címzés: Viris Generosis, Nobilissimis, Amplissimis Consultissimisque, Domino Judici et caeteris Inclytae Reipublicae Leutschoviensis Senatoribus dignissimis, Patriae Patriae[!] meritissimis, Dominis Patronis et Mecoenatibus meis omni observantiae et amoris cultu aeternum devenerandis

A tanács megjegyzése: Exceptae die 5. Augustj

81/44

233.

Johann Deutschmant a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Wittenberg, 1673. július 26.

A lőcsei Paul Blecher immár két éve nála étkezik. Még további két évig szeretné folytatni tanulmányait, az ehhez szükséges anyagi eszközökkel azonban sem ő, sem a szülei nem rendelkeznek. Deutschmant azzal a kéréssel fordul a tanácshoz, hogy Blecher további witten-

bergi tanulmányait, tekintettel szorgalmára és jó magaviseletére, anyagilag támogassák. Németh Jánosnak útiköltségre kölcsönadott 70 forintot azzal a kikötéssel, hogy Németh ezt az összeget visszatértekor megadja neki. Minthogy ez nem történt meg, arra kéri a tanácsot, hogy az a Christian Seelmannak fizesse ki az említett 70 forintot, amit aztán Seelmann Jakob Lang kereskedővel eljuttat Lipcsébe. Deutschmant majd itt veszi át a pénzt.

Wol Edle, Veste, Wol Ehren Veste, Gross- und Vorachtbare, Hoch- und Wolgelahrte, Hoch- und Wolweise, insonders grossgunstige, hochgeehrte Heren. Wie von dem Grossen Gott E. Woledlen Gross- und Vorachtbarkeit mit einem andächtigen gebett glücklichen und vom Himmel gesegneten Wolstand, und Ihrem Gemeinen Stadtwesen, auch dem Gantzen Konigreich Ungerland, alss der herlichen Vormaur der Christenheit, fried und ruhe, gutes Vernehmen der hohen Obrigkeit, der löblichen Stände und sämptlichen Unterthanen, sonderlich aber der bedrängten Ewangelischen Kirchen erhaltung des reinen, unverfälschten wortss Gottes und heiligen Predigtamptss, Wiedereinsetzung der lieben Exulanten, und herlichen Beystand der Krafft Gottes, und immerwehrenden Lauff des Heiligen Ewangelij, von Hertzen an wündsche. Alss habe zu bitten dieselbe geruhen, diese wolgemeinte Schrifft in besten auffzunehmen, den nach dem Herrn Paulus Blecher, Ihr liebes Stadtkind sich an meinem Tisch in die zwey Jahre auffgehalten und seine Studia wol fortgesetzet, und nichtss mehr wündschet, alss dieselbe zu Gottes Ehren und seinem geliebten Vaterlande zum besten, seinen vornehmen Patronis zu sonderbahrem Ruhm, noch ein und ander Jahr fortzusetzen. Die geliebten Eltern aber schon ein ziemliches auff ihn verwendet, dass er ihnen die Kosten, so auff Academien zu leben, verwendet werden müssen, nicht wol zumuthen kan.

Alss trägt er zu E. Woledlen Gross und Vorachtbarkeit alss Patribus Patriae nechst Gott dem Herrn, das gewiste Vertrauen, sie werden alss Gemeine Stadtpfleger dero väterliche Versorge auch auff ihn, alss ein studierendes Stadtkind, auss sonderbahrer gewogenheit wenden, und auff ein Jahr oder zwey seine wolangefangene Studia mit einem beneficio oder stipendio hochgeneigt befördern. Dahero er mich bittlichen ersucht, ihn in sein loblichen desiderio mit einer Vorschrifft zustätten zu kommen.

Wann dann der Professorum Academicorum officium erfordert, der fleissigen studiosorum ihre conatus auff allerley weise zu fördern, ihre laudabile propositum zu confirmiren und bey hohen Patronis zu recommendiren, solches vielmehr auch von den Professoribus Theologiae gegen die Studioses Theologiae kan erfordert werden, und obgemelter Herr Blecher sich bisshero fleissig in den Collegiis Theologicis erzeiget, publice und privatim opponendo et respondendo sich geübet, und dahero eines beneficij wol würdig ist, so gelenget hiermit an E. Woledlen Gross und Vorachtbarkeit mein dienstliches Bitten, Sie geruhen obgedachten Herrn Blechern zu Fortsetzung seiner Studiorum mit einem Stipendio hochgeneigt zu versehen. Hiernechst kan E. Woledlen Gross- und Vorachtbarkeit nicht vorhalten, wie dass Herrn Johanni Nemeth zu seiner höchsten nothdurfft seines lebens und der seinigen ersparten unterhalt, wie auch zu seiner reise Siebenzig fl. vorgestrecket, welche er mir nach seiner widerkunfft billich wieder hette zahlen sollen. In dem er aber nicht viel erheben und mit sich

nehmen können, alss habe dienstlich zu bitten, Sie geruhen die nachdrückliche Verfügung zu thun, dass von seinen bonis an Ihr Wolehrwurden Herr M. Christian Seelmannen, dero wolverdienten Pastorem Primarium, die 70 fl. gezahlet werden, welcher mir die sonderbahre freundschafft erzeigen wird, und dieselben durch einen gereisten Kauffman an Herrn Jacob Langen in Leipzig wird lassen ausszehlen. Wie ein voriger Herr Blecher nebst mir allezeit rühmen, und zu der Ehr des Höchsten seine Studia darmit continuiren, auch seinem Vaterlande zum besten anwenden wird, also werde dieses auch als eine sonderbahre wolthat auffnehmen, und so viel mit meinem andächtigen gebett zu Gott für Ihrer lieben Kirchen und Gantzen Reichs wolwesen, auch mit möglicher förderung Ihrer lieben Stadtkinder allezeit bedienen, dieselbe zu dem allmächtigen schutz des Grossen Gottes und zu allen reihen Himmelssegen befehlende verbleibe E. Woledlen Gross- und Vorachtbarkeit Gebetss und dienstwilliger

Johannes Deutschmant
Wittenberg den 26 Juli anno 1673.

Címzés: Denen Woledlen, Vesten, Wolehrenvesten, Gross- und Vorachtbaren, Hoch- und Wolgelahrten, Hoch- und Wolweisen Herren, Herrn Richter und Herren des Raths der löblichen königlichen Stadt Leutschaw in Ober Ungern etc., meinen Insonders grossgünstigen, Hochgeehrten Herren.

81/45

234.

A jénai egyetem magisztrátusa a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Jéna, 1693. február 9.

Értesítik a tanácsot arról, hogy a lőcsei Daniel Prosper Putscher, az itteni egyetem hallgatója jelenleg börtönbüntetését tölti. Létfenntartására kölcsön kellett kérnie. Tartozásai igen tetemesek. Kérik, hogy a tanács intézkedjen, hogy Putscher apja, akiről egyébként is tudják, hogy Lőcsén köztiszteletben áll, s nincsenek anyagi gondjai sem, fizesse ki fia tartozását.

Unssere freündliche Dienste zuvor.

Edle, ehrenveste, wohlgelahrte und wohlweise, besonders günstige Herren und gute Freünde. Wir geben denenselben aus dem Inschluss zu vernehmen, wie sich dero Stadtkinder einer, nahmentlich Daniel Prosper Putscher, litterarum studiosus bisshero bey vnss auffgeführet, und wie er in der bischöfflichen Residenz zu Zeit über dergleichen Freveln und gewissenlosen Händeln attrapiret und zu gefänglicher hafft gebracht worden. Wenn er denn auff vnssere, von seinen hiesigen Creditoren erbetene Zuschrifft daselbsten biss zu deren befriedigung enthalten wird, und wir benachrichtiget sind, dass sein Vater, ein begüterter und wohlangesehener Mann ihres Ortes sey, und diesen seinen Sohn, ob er gleich ihm bisshero seinen kindlichen Gehorsam sehr schlecht mag

erwiesen haben, dennoch in diesem Unglück, darein er sich selbst gestürtzet, <...> wieder väterlich beytreten dörffte, dessfallss aber gehalten ist, die auffgeborgte Schuld, alss die meisten theils in des Sohnes vnerbehrlichen Nutzen, vnd zu seiner alimentation verwendet worden, hinwieder abzutragen. So haben wir auff der creditorum ferneres Ansuchen ihnen nicht entstehen sollen, und gesinnen an die Herren freündlich, sie wollen erwehnten, des debitoris Vater zu fordersamster Bezahlung weisung thun, oder bey dessen vnvermutheter verweigerung dahin Obrigkeits wegen nachdrücklich anhalten. Das verschulden wir in dergleichen und andern Begebenheiten hinwieder, und sind denen Herren freündlich zu dienen willig und gefliessen. Datum Jena, den 9. Februaris 1693.

Rector und professores der fürstlichen
sächsischen gesambten Universität daselbsten

Címzés: <...> Herren Stadtrichtern und andern Raths<...> der Königlichen Freyen Reichs-Stadt Leutschau in Ober Ungarn, unsern besonders günstigen Herren <...>
Leutschau

140/55

235.

Christian Joachim Schwab a lőcsei főbírónak és a városi tanácsnak
Jéna, 1699. június 23.

Köszöni a tanács támogatását. Hálája jeléül mellékeli dolgozatát, s egyúttal felajánlja szolgálatait.


Perillustris ac Generose Domine Judex, Amplissime Magistratus, Domini et Maecenates Gratiosissimi. Qvanqvam argumento non uno, Patroni aeternum devenerandi, vestram in omnes bonarum literarum cultores eximiam declaretis benevolentiam, tamen mihi auxiliatrices manus expetenti inprimis beneficam voluntatem vestram luculenter satis reddidistis testatam. Uberrimos enim munificentiae rivulos in me derivando mihi non solum viam ad majora contendenti facilitare, verum et studia in patriae commodum directa, et ad scopum praefixum properantia benignitate vestra promovere voluistis. Felix profecto sim, qvi tanto favore digner! Sed infelix qvoqve, qvod fontem hunc, ex qvo vester in me favor nunqvam non exploratissimus promanat, debita adhuc gratitudinis corona ornare neqveo. Gratia enim vestra erga tenuitatem meam cum sit major, qvam ut a me compensari qveat, me totum redhostimenti loco, vel ad aeterna officia praestanda vobis trado, et studia qvoqve mea ad voluntatem et nutum vestrum depono. Accipite qvaeso munusculum hocce humanitate ea, qvâ in obseqviosum vestrorum meritorum cultorem semper extitistis, nec studiis porro meis bene velle desistite. Ego gratitudinis memor, si summum hocce patrocinii monumentum officiis meis debite compensare non potero, memoria tuebor, et laudibus etiam,

qvamdiu vita fruar, proseqvar. Interea Devm precibus humillime obtestor, ut vos patronos maximos in patriae et studiorum porro meorum praesidium omni felicitate florentes qvam diutissime conservet, et prosperitate qvoqve perpetua beet. Jenae 23. Junij Anno 1699.

Earundem praetitulatarum dignitatum vestrarum cliens humillimus
Christianus Joachimus Schvab medicinae studiosus

Címzés: Perillustribus, Generosis, Nobilissimis, Amplissimis atque Consultissimis Dominis, Domino Judici Primario, nec non Amplissimo Senatui Liberae Regiaeqve Civitatis Leutschoviensis, Dominis et Maecenatibus mihi Gratiosissimis
Leutschoviae

136/1



W. Trotzendorfnak, Melanchthon híres követőjének egyik leveléből.

TARTALOMJEGYZÉK

Előszó 5

1. Paul Kramer – *Goldberg, 1550. április 13.* 9
2. Peres Ferenc – *Goldberg, 1550. április 22.* 10
3. Valentin Trotzendorf – *Goldberg, 1550. szeptember 12.* 11
4. Anton Platner – *Goldberg, 1550. szeptember 16.* 12
5. Valentin Trotzendorf – *Goldberg, 1551. március 2.* 12
6. Paul Kramer – *Goldberg, 1551. március 1.* 13
7. Anton Platner – *Goldberg, 1551. március 3.* 15
8. Valentin Trotzendorf – *Goldberg, 1551. július 9.* 16
9. Anton Platner – *Goldberg, 1551. július 9.* 16
10. Paul Kramer – *Goldberg, 1551.július 10.* 18
11. Paul Kramer – *Goldberg, 1551. augusztus 20.* 19
12. Anton Platner – *Goldberg, 1551. szeptember 12.* 21
13. Benjamin Lybschwitz – *Lőcse*, 1551. december 16.* 22
14. Anton Platner – *Goldberg, 1552. november 19.* 24
15. Valentin Trotzendorf – *Goldberg, 1552. december 16.* 26
16. Valentin Trotzendorf – *Goldberg, 1553. február 15.* 27
17. Anton Platner – *Goldberg, 1553. április 21.* 28
18. Anton Platner – *Goldberg, 1553. június 19.* 29
19. Valentin Trotzendorf – *Löwenberg, 1553. június 26.* 30
20. Martin Barth – *Bártfa, 1554. február 26.* 31
21. Anton Platner – *Wittenberg, 1554. augusztus 16.* 32
22. Anton Platner – *Wittenberg, 1554. augusztus 16.* 35
23. Anton Platner – *Wittenberg, 1556. március 9.* 37
24. Basilius Kroner – *Wittenberg, 1556. október 28.* 39
25. Basilius Kroner – *Wittenberg, 1557. április 11.* 40
26. Martin Barth – *Wittenberg, 1557. november 20.* 41
27. Martin Barth – *Wittenberg, 1558. május 26.* 42
28. Martin Barth – *Wittenberg, 1558. május 28.* 43
29. Martin Barth – *Wittenberg, 1558. szeptember 12.* 44
30. Martin Barth – *Wittenberg, 1558. szeptember 14.* 45
31. Martin Barth – *Lipcse, 1558. október 9.* 47
32. Martin Barth – *Lipcse, 1558. október 9.* 48
33. Anton Platner – *Wittenberg, 1559. március 17.* 49
34. Martin Barth Daniel Türcknek – *Wittenberg, 1559. április 15.* 50
35. Martin Barth – *Wittenberg, 1560. március 15.* 51

36. Paul Eber – *Wittenberg, 1560. október 12.* 52
37. Gregor Topscher – *Wittenberg, 1562. december 30.* 53
38. Gregor Topscher – *Lipcse, 1563. január 3.* 55
39. Gregor Topscher – *Wittenberg, 1563. április 1.* 56
40. Gregor Topscher – *Wittenberg, 1563. április 16.* 58
41. Gregor Topscher – *Wittenberg, 1563. július 16.* 60
42. Gregor Topscher – *Wittenberg, 1564. január 2.* 62
43. Gregor Topscher és Kaspar Kramer – *Wittenberg, 1564. február 28.* 63
44. Kaspar Kramer a wittenbergi egyetem rektorának – *Lőcse*, 1571.** 65
45. A wittenbergi egyetem magisztrátusa – *Wittenberg, 1571. július 26.* ... 67
46. Konrad Henckell – *Wittenberg, 1578. november 19.* 68
47. Peter Türck – *Wittenberg, 1579. március 9.* 69
48. Konrad Henckell – *Wittenberg, 1579. május 23.* 70
49. Peter Türck – *Wittenberg, 1580 előtt * június 21.* 71
50. Peter Türck – *Wittenberg, 1580. szeptember 26.* 73
51. Balthasar Huber – *Wittenberg, 1580. október 1.* 77
52. Konrad Henckell – *Wittenberg, 1580. november 1.* 79
53. Konrad Henckell igazolása – *Wittenberg, 1580. november 22.* 81
54. A wittenbergi egyetem magisztrátusa – *Wittenberg, 1581. január* 23.* 81
55. Martin Sturm – *Schweidnitz, 1581. március 30.* 82
56. Peter Türck – *Wittenberg, 1581. június 25.* 84
57. Jakob Kramer – *Privigye*, 1581. szeptember 15.* 86
58. Martin Sturm – *Schweidnitz, 1582. február 28.* 88
59. Peter Türck – *Wittenberg, 1582. április 6.* 90
60. Johann Bener – *Wittenberg, 1582. április 6.* 91
61. Jakob Kramer – *Iglau, 1582. augusztus 5.* 93
62. A wittenbergi egyetem magisztrátusa – *Wittenberg, 1582. augusztus 24.* 95
63. Peter Türck – *Wittenberg, 1582.* szeptember 7.* 96
64. Homonnai Tamás kötelezvénye – *Lőcse, 1583. február 4.* 98
65. Homonnai Tamás – *Wittenberg, 1583. április 24.* 99
66. Peter Türck – *Wittenberg, 1583. május 29.* 100
67. Polykarp Leiser – *Wittenberg, 1583. június 4.* 102
68. A wittenbergi egyetem magisztrátusa – *Wittenberg, 1583. június 5.* 104
69. Homonnai Tamás – *Wittenberg, 1583. június 7.* 104
70. Peter Türck – *Wittenberg, 1583. augusztus 23.* 106
71. Johann Bener – *Wittenberg*, 1583.* 111
72. Martin Sturm – *Wittenberg, 1584. június 15.* 115
73. Homonnai Tamás – *Wittenberg, 1584. július 6.* 116
74. Peter Türck kötelezvénye – *Lőcse, 1584. augusztus 17.* 117
75. Homonnai Tamás – *Wittenberg, 1584. november 23.* 118
76. Martin Sturm – *Wittenberg, 1585. július 10.* 120
77. Peter Türck – *Szomolnok, 1585. augusztus 13.* 122
78. Homonnai Tamás – *Bécs, 1585. augusztus 31.* 123
79. Homonnai Tamás – *Bécs, 1585. október 26.* 126
80. Johann Bener – *Wittenberg*, 1585.* 127

81. Homonnai Tamás – *Lakompak, 1586. április 27.* 136
82. A wittenbergi egyetem magisztrátusa – *Wittenberg*, 1586. június 22.* 137
83. Martin Sturm – *Wittenberg, 1586. július 3.* 138
84. Martin Sturm – *Wittenberg, 1586. szeptember 1.* 139
85. A wittenbergi egyetem magisztrátusa – *Wittenberg*, 1588. július 18.* 141
86. Martin Sturm – *Lőcse*, 1588. szeptember 2.* 142
87. Peter Schöppel – *Boroszló, 1589. április 27.* 142
88. Daniel Tophan – *Lőcse*, 1590*.* 143
89. Stephanus Xylander – *Wittenberg, 1592. február 18.* 144
90. Peter Schöppel – *Bécs, 1592. március 13.* 146
91. Samuel Spielenberger kötelezvénye – *Lőcse, 1592. április 10.* 149
92. Stephanus Xylander – *Lipcse, 1592. április 22.* 149
93. Samuel Spielenberger – *Görlitz, 1592. május 18.* 152
94. Stephanus Xylander – *Wittenberg, 1592. július 4.* 153
95. Johann Breuer – *Wittenberg, 1592. július 6.* 155
96. Anton Platner – *Lőcse*, 1592. augusztus** 157
97. Stephanus Xylander – *Wittenberg, 1592. október 20.* 157
98. Stephanus Xylander kötelezvénye – *Wittenberg, 1592. október 20.* 159
99. Samuel Spielenberger – *Görlitz, 1593. január 31.* 160
100. Stephanus Xylander – *Lipcse, 1593. május 15.* 162
101. Samuel Spielenberger – *Görlitz, 1593. május 19.* 163
102. Samuel Spielenberger nyugtája – *Görlitz, 1593. augusztus 3.* 164
103. Stephanus Xylander – *Wittenberg, 1593. augusztus 6.* 164
104. Jakob Monau – *Boroszló, 1593. augusztus 13.* 165
105. Stephanus Xylander – *Wittenberg, 1593. szeptember 3.* 166
106. Samuel Spielenberger – *Wittenberg, 1593. szeptember 4.* 168
107. Stephanus Xylander – *Wittenberg, 1593. szeptember 15.* 170
108. Stephanus Xylander – *Wittenberg, 1594. május 29.* 171
109. Samuel Spielenberger – *Wittenberg, 1594. május 31.* 174
110. Michael Hermann nyugtája – *Lőcse, 1594. július 14.* 177
111. Stephanus Xylander és Samuel Spielenberger nyugtái *Lipcse, 1595. április 2.* 178
112. Samuel Spielenberger – *Wittenberg, 1595. május 5.* 178
113. Aegidius Hunnius – *Wittenberg, 1595. május 31.* 180
114. Samuel Spielenberger – *Altdorf, 1595. augusztus 27.* 181
115. Stephanus Xylander – *Wittenberg, 1595. október 31.* 183
116. Daniel Tophan – *Wittenberg, 1596. február 15.* 185
117. Stephanus Xylander – *Wittenberg, 1596. április 14.* 187
118. Stephanus Xylander – *Wittenberg, 1596. június 2.* 191
119. Kaspar Servat – *Besztercebánya, 1596. szeptember 24.* 193
120. Samuel Spielenberger – *Regensburg, 1596. október 10.* 194
121. Stephanus Xylander – *Königsberg, 1597. február 26.* 196
122. Samuel Spielenberger – *Regensburg, 1597. március 16.* 199
123. Stephanus Xylander – *Königsberg, 1597. június 23.* 200
124. Stephanus Xylander – *Königsberg, 1597. július 24.* 203

125. Stephanus Xylander – *Wittenberg, 1598. március 12.* 205
126. Samuel Spielenberger – *Regensburg, 1598. május 5.* 207
127. Stephanus Xylander – *Wittenberg, 1598. július 21.* 209
128. Stephanus Xylander – *Wittenberg, 1599. január 21.* 212
129. Samuel Spielenberger – *Lőcse*, 1599. december*.* 216
130. Samuel Spielenberger – *Neudorf, 1600. augusztus 10.* 217
131. Stephanus Xylander – *Lőcse*, 1601. november** 219
132. Kubinyi Kristóf – *Laziska, 1602. október 3.* 221
133. Jakob Kramer kötelezvénye – *Lőcse, 1614. június 6.* 222
134. Lazarus Henckell – *Bécs, 1614. július 3.* 222
135. Jakob Kramer – *Strassburg, 1614. augusztus 1.* 223
136. Jakob Kramer – *Strassburg, 1614. december 15.* 224
137. Jakob Kramer – *Strassburg, 1614. december 15*.* 226
138. Georgius Dechius – *Thorn, 1615. január 27.* 227
139. Peter Zabler – *Lőcse*, 1616. április 8.* 229
140. Kaspar Rugner – *Lőcse, 1616. augusztus 26.* 230
141. Jakob Kramer – *Strassburg, 1616. december 13.* 231
142. Lazarus Henckell – *Bécs, 1617. február 4.* 233
143. Sebastian Walch – *Strassburg, 1617. november 3.* 233
144. Lorenz Beisser – *Strassburg, 1618. január 6.* 235
145. Peter Zabler – *Lőcse*, 1619. április 11.* 236
146. Martin Rausch – *Stettin, 1620. június 9.* 237
147. Daniel Sturm – *Stettin*, 1620. június 9. után** 241
148. Erasmus Schmidt nyugtája – *Lipcse, 1620. október 20.* 241
149. Daniel Sturm – *Stettin, 1620. november 19.* 242
150. Martin Rausch – *Stettin, 1620. december 11.* 244
151. Martin Rausch – *Stettin, 1620. december 13.* 251
152. Daniel Sturm – *Wittenberg*, 1621. május 1.* 254
153. Peter Zabler – *Lőcse*, 1621. május 28.* 256
154. Peter Zabler – *Lőcse*, 1621. szeptember 24.* 257
155. Daniel Sturm – *Wittenberg*, 1621. november 8.* 258
156. Daniel Sturm – *Wittenberg, 1622. szeptember 22.* 259
157. Friedrich Schäffer – *Boroszló, 1623. március 28.* 260
158. Daniel Sturm és Friedrich Bresler nyugtája
Wittenberg, 1623. április 5. 261
159. Peter Zabler – *Lőcse*, 1623. április 26.* 262
160. Johann Klein – *Lőcse*, 1623. április 26.* 263
161. Daniel Bresler és Johann Schander a főbíró és a tanács nevében
Bécs, 1623. május 7. 264
162. Daniel Sturm – *Wittenberg, 1623. május 24.* 265
163. Friedrich Bresler – *Wittenberg, 1623. június 9.* 267
164. Erasmus Schmidt – *Wittenberg, 1623. június 26.* 270
165. Daniel Sturm Karl von Holznak – *Wittenberg, 1623. szeptember 27.* .. 272
166. Daniel Sturm és Friedrich Bresler nyugtája – *1624. február 23.* 273

167. Daniel Sennertnek, a wittenbergi egyetem rektorának igazolása Daniel Sturm számára – *Wittenberg, 1624. március 11.* 273
168. A wittenbergi egyetem magisztrátusa – *Wittenberg, 1624. március 11.* 275
169. Erasmus Schmidt – *Wittenberg, 1624. március 12.* 276
170. Daniel Sturm és Friedrich Bresler nyugtája *Boroszló, 1624. március 21.* 279
171. Friedrich Schäffer és Karl von Holz – *Boroszló, 1624. március 21.* 279
172. Johann Windisch – *Lipcse, 1625. október 4.* 280
173. Johann Windisch – *Wittenberg, 1626. június 30.* 282
174. Johann Windisch – *Wittenberg, 1626. október 28.* 284
175. Johann Windisch – *Wittenberg, 1627. március 14.* 285
176. Peter Zabler – *Lőcse*, 1627. június 1.* 287
177. Johann Windisch – *Wittenberg, 1627. szeptember 26.* 288
178. Johann Windisch – *Wittenberg, 1628. február 25.* 290
179. Johann Windisch – *Wittenberg, 1628. december 1.* 292
180. Johann Windisch – *Wittenberg, 1629. január 12.* 293
181. Josef Alauda – *Wittenberg, 1629. május 14.* 295
182. Johann Windisch – *Wittenberg, 1629. május 21.* 296
183. Josef Alauda – *Wittenberg, 1630. június 1.* 297
184. Peter Zabler – *Lőcse*, 1634. február 6.* 298
185. Peter Zabler – *Lőcse*, 1634. május 17.* 299
186. Samuel Kramer – *Königsberg, 1635. március 26.* 301
187. Samuel Kramer nyugtája – *Danzig, 1635. július 3.* 303
188. Samuel Kramer – *Wittenberg, 1635. október 13.* 303
189. Peter Zabler – *Lőcse*, 1636. január 27.* 305
190. Samuel Kramer – *Wittenberg, 1636. október 11.* 306
191. Peter Zabler – *Lőcse*, 1636. december 9.* 308
192. Matthias Gosnovitzer a szebeni főbírónak és Szeben város tanácsának – *Königsberg, 1637. április 14.* 308
193. Kaspar Kramer – *Königsberg, 1638. június 29.* 311
194. Peter Zabler – *Lőcse*, 1638. augusztus* 312
195. Samuel Kramer – *Wittenberg, 1638. október 8.* 313
196. Samuel Dürner Christoph Teüfel lőcsei tanácsosnak és esküdtjegyzőnek – *Königsberg, 1639. február 1.* 315
197. Peter Zabler – *Lőcse*, 1639. március 7.* 316
198. Kaspar Kramer – *Königsberg, 1639. március 19.* 317
199. Johann Windisch – *Lőcse*, 1643. május 7.* 318
200. Peter Zabler – *Lőcse*, 1643. május 7.* 319
201. Peter Murr – *Königsberg, 1644. szeptember 6.* 320
202. Tarnóci Márton – *Lőcse, 1648. április 20.* 321
203. Nikolaus Kulman – *Lőcse*, 1649. március* 322
204. Johann Salentarius – *Lőcse*, 1649. november 30.* 323
205. Friedrich Seldenreich – *Frankfurt/Oder, 1651. október 31.* 325
206. Johann Salentarius – *Wittenberg, 1652. január 1.* 326
207. Friedrich Seldenreich – *Frankfurt/Oder, 1653. július 29.* 328

208. Johann Müller – *Lipcse, 1653. szeptember 23.* 329
209. Johann Müller – *Lipcse, 1653. október 5.* 330
210. Johann Müller nyugtája – *Lipcse, 1653. december 17.* 331
211. Johann Müller – *Lipcse, 1653. december 17.* 332
212. Johann Müller – *Lipcse, 1654. június 17.* 333
213. Matthias Christophori – *Wittenberg, 1656. december 26.* 334
214. Elias Lachanosarcus – *Lőcse, 1656.* 335
215. Elias Lachanosarcus – *Wittenberg, 1657. július 16.* 336
216. Elias Lachanosarcus – *Wittenberg, 1658. július 17.* 337
217. Joachim Erythraeus – *Wittenberg, 1658. augusztus 20.* 338
218. Johann Kemmel – *Wittenberg, 1658. szept. 11.* 340
219. Johann Burius – *Szucsány, 1659. január 21.* 342
220. Johann Müller – *Lipcse, 1659. április 15.* 343
221. Georg Sebastiani – *Wittenberg, 1659. július 13.* 344
222. Johann Kemmel – *Wittenberg, 1659. november 2.* 345
223. Elias Lachanosarcus Johann Seldner lőcsei postamesternek és városi tanácsosnak – *Sonnenwald, 1661. január 28.* 346
224. Elias Lachanosarcus Johann Seldner lőcsei postamesternek és városi tanácsosnak – *Sonnenwald, 1662. január 1.* 348
225. Johann Breuer – *Wittenberg, 1663. szeptember 12.* 350
226. Samuel Breuer és Magnus Steiner szerződése *Lőcse, 1666. február 1.* 351
227. Alexander Riess – *Wittenberg, 1667. május 1.* 353
228. Alexander Riess – *Wittenberg, 1667. május 1.* 354
229. Alexander Riess – *Wittenberg, 1667. október 25.* 355
230. Lányi György – *Wittenberg, 1668. május 31.* 356
231. Matthias Frölich – *Wittenberg, 1668. december 21* 357
232. Lányi György – *Wittenberg, 1669. május 5.* 358
233. Johann Deutschmant – *Wittenberg, 1673. július 26.* 359
234. A jénai egyetem magisztrátusa – *Jéna, 1693. február 9.* 361
235. Christian Joachim Schwab – *Jéna, 1699. június 23.* 362

Mivel a levelek nagy többségének címzettje a lőcsei főbíró és/vagy a városi tanács, a tartalomjegyzék csak az egyéb címzetteket tünteti fel.

Leutschauer Stipendianten und Litteraten

1. Dokumente der Auslandsstudien

Dieser vorliegende Band unseres Unternehmens versucht die im weiten Sinne kulturhistorischen Dokumente der Stadt Leutschau (heute Levoca) im 16–17. Jahrhundert zu erschliessen. Zwar ist die herausragende Bedeutung von Leutschau und der Zips in der erwähnten Epoche allgemein bekannt (im 17. Jh. sind z. B. die meisten Drucke im Karpatenbecken hier erschienen), die Kulturgeschichte des Zipser Deutschtums ist jedoch bislang weniger erforscht als beispielweise die der Siebenbürger Sachsen. Aus diesem Grund und weil die Stadt Leutschau auch in anderer Hinsicht andere Städte in Oberungarn gut repräsentiert und weil durch ihr wirtschaftliches und politisches Gewicht über diese Stadt ein viel spannenderes Bild zu entwerfen ist, fiel die Wahl auf sie.

Das Ordnen des gewaltigen Materials im ehemaligen Stadtarchiv unternahm Kálmán Demkó Anfang der 1880-er Jahre, der ausführliche Katalog wurde von József Hajnóci veröffentlicht. Der von Demkó in 21 Klassen eingeteilte Stoff wurde von Hajnóci kronologisch geordnet. Die Feuerbrunst im Jahre 1550 verwüstete auch das Rathaus samt des Archivs und so wurde gezwungenerweise dieses Anfangsdatum für unsere Forschungen gewählt. Das Abschlussdatum ergibt sich daraus, dass wir uns bei den Untersuchungen auf Klasse 5. konzentriert haben. Es enthält ca. 2000 Dokumente über kirchliche, religiöse Angelegenheiten und über in- und ausländische Studien. Im vorliegenden ersten Band veröffentlichen wir ausschliesslich die mit der vom Stadtrat unterstützten *peregrinatio academica* verbundenen Briefe, im weiteren nehmen wir uns die Publikation der Dokumente über die einheimische, mit Leutschau verknüpfte Tätigkeit der sog. Akademiten und Litteraten, ferner die Register, die Anmerkungen und eine Studie vor.

Der heutige Fundort des bearbeiteten Materials: Statny Okresny Archív v Spisskej Novej Vsí, pracovisko Levoca; Fond: Archív Mesta Levoce (Kreisarchiv Iglau, Leutschauer Filiale, Fond: Stadtarchiv Leutschau, Slowakei. Die Zahlen am Ende der Dokumente deuten auf die genaue Einordnung der einzelnen Schriften innerhalb der Klasse 5. hin).

Hiermit möchten wir der Leitung und den Mitarbeitern des Stadtarchivs Leutschau für ihre Hilfe und Unterstützung herzlich danken.

Levočskí štipendisti a literáti

1. Dokumenty zahraničnych študijných ciest

Naše podujatije – prvým výplodom ktorého je tento zväzok – je zamerané na sprístupnenie dokumentov z kultúry a najmä zo školstva mesta Levoče v 16–17. storočí. Význam tohto bohatého spišského mesta v dejinách vzdelávania je všeobecne známy. V 17. storočí tu uzrelo svetlo najväčšie množstvo tlačených publikácií, a to b relácii nielen dnesného Slovenska, ale aj celej Karpatskej kotliny. Vývinový stupeň knihtlače, ale aj školstva a celej kultúry bol tu taký vysoký, že právom môže reprezentovať aj iné spišské mestá.

Orientáciu v niekdajšom mestskom archíve uľahčuje úprava prevedená K. Demkom v 1880-ych rokoch a tlačeny katalóg J. R. Hajnócziho. Spomenutí upravili materiál 21 tried do chronologického poradia. Ucelený materiál je k dispozícii len od r. 1550 v dôsledku vtedajšieho požiaru. Preto sa aj náš zväzok začína listmi z r. 1550 a uzaviera sa rokom 1699 z praktických dôvodov. Listy sme vybrali len z 5. triedy archívu, lebo tu sa nachádzajú spisy s tematikou vzdelávania, cirkvi a školstva. Z takmer 2000 preskúmaných listov sme do tohto zväzku pojali listy súvisiace s *peregrinatio academica.* Neskoršie pristúpime k publikovaniu doma datovaných listov „akademitov" a „literátov" z Levoče, ako aj k uverejneniu zhrnutých registrov a sprievodnej štúdie.

Spracovaný materiál sa dnes nachádza v Štatnom Okrešnom Archíve v Spišskej Novej Vsí, pracovisko Levoča, Fond: Archív Mesta Levoče.

Vedúcim a odborným pracovníkom archívu touto cestou vyslovujeme vďaku za vzácnu spoluprácu.

ISSN 0864 - 831x
ISBN 963 481 844 7

Felelős kiadó: Mikola Tibor
A nyomdai munkákat az Európa Alapítvány támogatásával
a Bartina Nyomda Kft végezte, Szekszárdon
Felelős vezető: Kerényi Antal